Amos egyptius floruit tpe cōstātini magni: de quo ꝛfert Sozomenus prio historie triptite: ꝙ iuitus ipe pentib⁹ cogentib⁹ duxit uxorem: nec tñ eā expt⁹ fuit. Nā primo die nuptiaꝝ solus cū sola ī thalamo: dū sibi uirginitatē laudaret eā ad uirginitatem ꝯuandā induxit: unde & ābo uirginitatē uouentes in singulis cubilib⁹ sepati dormierunt annis .18. demū cōi uoto abinuicē diuisi sunt: ipeq; mulieri domū ꝓpriā ꝯcessit & ad eremū ꝓpauit. Atq; in monte nitrie .22. annis pmansit eremiticā uitā ducēs: de quo refert Hieronym⁹ ī uitis patrū: ꝙ apud thebaidē fuerit pater .iii. monachoꝝ. Dum aūt amos cum discipulo suo theodoro iter agēs ad flumē deuenisset: dū alter alteꝝ nollet nudum uidere mandauit discipulo ad horam secedere. Et dū seipm etiā nudū uidere pueret: diuina uirtute ad aliā ptem fluminis trāslat⁹ est. De quo discipul⁹ transiens miratus: qa nec uestē nec pedes īfusos haberet audiuit miraculū: adiurat⁹ a magro: ui illđ ꝙ diu uiueret nemi reuelaret. Hic filium hoīs qui bouē rapuerat: quē canis rabid⁹ momorderat: postꝙ pater bouē restituit a morsu canis rabidi liberauit. ¶ Dum aūt latrones paneꝫ quo uescebat eidē auferrēt: duos dracones eductos ex antro ad custodiā celle misit Sed uenientes fures & dracones uidentes pre timore quasi mortui ceciderūt: quos supra exiens cōsortans erexit & ad penitentiam ꝓuocauit: optimosq; cūctorum monachos effecit. ¶ Eodem etiā tpe dū draco alius īmanis regionē uastaret: & multos perimeret: oblatum sibi pueꝝ ex solo uisu bestie extinctum suscitauit: & draconē orōe de antro eductū: in duas ptes discerptū occidit. Cui⁹ animā cum gloria ad celum tendentē antonius abbas longe posit⁹ uidit & discipulis nūciauit: notatoq; die & hora repertum est amonem eodē tpe a corpe migrauisse: quieuit in christo die .iii. cal. decembris.

¶ De sancto pafnutio abbate. VII.

Pafnutius abbas eremi cultor ultimiq; deserti in regione heraclee: cum esset angelice uite orauit deum ut sibi reuelaret cui sanctorum bene uiuentium similis haberet. Cui angel⁹ reuelauit: ꝙ similis ipse esset symphoīaco cuidam in ciuitate cantando uictum quęrenti. Ad quē sanct⁹ admirās accessit: & eū reptū secreto de sua uita quesiuit. Qui rñdit se fuisse predonem: & ex illo statu ad officiū ioculatoris uenisse. Nihilq; sibi boni consciū: nisi ꝙ aliqñ uirginem consecratā a se & collegis raptam: dū ceteri deflorare uellēt ab eis eripuit: & noctu eā domum intactā reduxit. Et alia uice mulierem profugam in eremo reptam: dum quo tenderet quesiuisset: & illa uirum cum filiis pro fiscali debito carceratos & flagellis afflictos respondisset se etiam eadem cā perquiri obidq; fugeret triduo: sine cibo: pacto assereret ipse illam ad antrū suum ducēs refecerat: & trecentos solidos pro uiri & filioꝝ redēptione sibi dederat. Que illo precio dato uirum & filios de carcere eduxerat: qđ audiēs pafnutius & nihil se tale fecisse ꝓtestans dum sibi a deo reuelata: hōi retulit: ille abbatem ad eremū secutus in melius uitam mutauit. Cuius animā ab angelis in celū deferri post modicū tempus sanctus cōspexit pafnuti⁹. ¶ Iterum idem qđ prius querens a deo sibi reuelari per angelum edocet se fore similē tali primario ciuitatis. Ad quē sanctus ueniens eūq; de ipsi⁹ sanctitate secrete requirēs dixit ille se habere uxorem cum qua annis triginta continuerat eāq; nunꝙ nisi affectiōe sobolis primis temporibus cognouisse: ex qua tribus susceptis filiis abinde in castitate permanserāt: hospitē nunꝙ dimiserat nec pauperē sine cibo uel alia stipe licentiauerat contra iustitiā nunꝙ iudicauerat: & discordes pro uiribus ad concordiam reduxerat: que audiens pafnuti⁹ reuelata sibi a deo narrat. Illeq; relicto seculo abbatem ad eremum secutus est: uenientesq; ad fluuium ꝓfundū transierunt ita ut nuda uix genua pertingeret. Cui dū sanctus cellam in eremo designasset: illeq; ad uite perfectioris apicem ascendisset postmodū anima illius ad celos deferri ab angelis eidem patri reuelatur. ¶ Pafnutius uero bis a deo petita: tertio quesiuit. Cui reuelatur ipsum esse similem mercatori ad se uenientī. Cui supra occurrēs nullo ab eo amplius quesito uisa & audita narrauit. Isq; statim per famulos mandauit ut merces ad urbē delatas & cetera sua bona pauperibus errogarēt: cum abbate mansit in eremo: qui etiam breui tpe ad celestia migrauit. Pafnuti⁹ uero ī extremis ꝯstitut⁹: admonuit frēs: neminē ēē peccatorē uel cui⁹uis status contēnēdum premissas tres referēs uisiones: qui etiam in pace quieuit .iii. calendas decēbris uidētibus presbyteris & fratribus animam eius in celum ab angelis subleuari.

¶ De sancto Andrea apostolo. VIII.

A Ndreas apostolus filius ioannis & frater simonis petri de ciuitate bethsaida galilee: qui primo fuit discipul⁹ ioánis baptiste tribus uicibus a domino uocat⁹ est Primo ad sui notitiá: quádo uidelicet audiuit a ioanne de xpo. Ecce agnus dei: & cum alio discipulo secutus iesum: uidit ubi manebat: & mansit apud eú die illo: inueniésq; fratrem suum simoné adduxit ad iesum. Secundo ad sui familiaritaté: qñ. s. iuxta mare genesareth turbis ꝯcurrentibus: christ⁹ intrauit nauem simonis: & capta multitudine pisciú: uocatisq; iacobo & ioáne secuti sunt iesum. Tertio ad sui discipulatú: qñ ambulans iesus iuxta mare galilee petrum & andream de piscatione uocauit: ꝑmisso sibi ꝙ fierent hominú piscatores: qui relictis retibus secuti sunt eú: eiq; de cetero adheserút. ¶ Post ascensioné domini diuisis discipulis andreas apud achaiá ꝑdicans multos ad fidem christi ꝯuertit: & ecclesiis prouinciam repleuit. Et dú quidam nobilis iuuenis inuitis parentibus apostolo adhesisset: parentes domú in qua morabatur cum apostolo succenderunt: sed puer iussu apostoli tectú ascendens: & aquá ampulle sup ignes spargens flámas extinxit: & dum illi per scalas ad eum uellét ascendere: subito excecantur multisq; ꝯuersis: parentes iuuenis post dies quinquaginta defuncti sunt. ¶ Vxor cuiusdá homicide parere nó ualens: sed in partu periclitans: sororem ad deam suá dianam placandam misit. Idolum uero sorori respódit ꝙ eam iuuare nó poterat: monuitq;: ut andreá apostolum ꝑ auxilio adiret. Ad quam uocatus apostolus eam primo de idolatria redarguit: deinde pro ea orauit: illaq; mox fetum mortuú emittens liberaē: & baptizatur. ¶ Senex quidam nicolaus uenit ad apostolum: dicés septuaginta annis quibus uixerat cótineri nó potuisse: sed semper luxurie deseruisse. Et ꝙ aliquando ad carnis concupiscentiam refrenandá euangelium super se ferebat. & dum lupanar intrasset oblit⁹ euágelium deponere: audiuit a meretrice: ꝙ uidebat super eum mirabilia: que etiá se ab illo tangi non permisit. Pro quo dú apostol⁹ a tertia usq; ad nonam ieiunus orasset: & se non comedere uouisset: nisi deus peccatori subuenıret: post quinq; dieꝝ abstinentiá audiuit se obtinuisse pro sene. Sicq; apostolus nicolao penitentiá sex méses in pane & aqua imposuit: qua pacta senex in domino feliciter expirauit. ¶ Dum iuuenis christianus & pulcherrim⁹ a matre lasciua de crimine nephando attemptatus fuisset: illeq; flagitium execraret: mater i iuuené crimé retorxit: & eum iudici accusauit: qui dum apostolum in suum patrociniú aduocasset. Iudex irat⁹ puerum in saccum pice linitum iussit mitti: & in flumine iactari. Andreá uero qui ꝑ eo intercesserat in carcerem mitti: sed orante apostolo tonitruo terribili & terremotu facto: omnibus exterritis mulier a fulmine ꝑcussa interiit: iuuenisq; mortem euasit. & iudex cum multis fidé christi suscepit. ¶ Cú apud niceam ciuitaté septem demones multos infestarent: & plures transeuntes occiderent: apostolus uocatus illuc accessit: demones in specie canum aduenire iussit: eisq; in christi nomine ut inde discederent mádauit quo miraculo multi ꝯuersi sunt. ¶ Post modicum apostolo nunciatur: ꝙ iuuenis qdam iuxta portam alterius urbis a septé canibus fuerat prefocatus. Intellexit igitur illos fuisse demones: quos ab oppido nicee expulerat: & compatiés patri defuncti: illuc accessit: mortuum excitauit: & discipulú christi fecit. ¶ Quadraginta uiri ad apostolum uenientes: ut ab eo fidei doctrinam perciperét excitata tépestate a diabolo: nauiq; submersa in mare necantur. Quorum corpora ut apostolus uidit ad littus delecta: & que facta fuerant per spiritum cognoscens: oratione sua uiros suscitauit: & baptizauit. ¶ Vxorem etiam egee ꝓconsulis & maximillam senatricem & multos ď populo ad christum conuertit: pluresq; discipulos acquisiuit. ¶ Cum ergo egeas proconsul patras ciuitatem ingressus christianos ad sacrificia idolorum compelleret: eidé andreas occurrens ipsum de ipietate redarguit: eo ꝙ ipse iudex hominum constitutus iudicem suum celestem agnoscere debuit. Quem dum ꝑconsul uanum & superstitiosum diceret: eo ꝙ christum a iudeis crucifixú coleret: apostolus christum sponte crucem subiisse respondit: ex eo ꝙ mortem suam discipulis ꝑdixit: & proditorem cognouit: addens mysterium crucis magnum esse. Cui procósul respondit: ꝙ mysteriú dici non poterat sed supplicium cóminans apostolo: ut nisi sibi obtemperaret: ipsum mysterium in se experiri faceret. Tunc apostolus mysterium crucis cepit exponere: & ꝙ fuerat necessarium saluti hominum multis rationibus suadere Et dum in confessione crucis persisteret immobilis: iubente proconsule i carcerem recluditur: sed a populo uisitatur: uolentibus procósulem occidere: & apostolum fractis ianuis liberare: quos apostolus sua predicatione ad patientiam inuitauit. Mane autem facto andreas de carcere educitur: & dum christum crucifixum constantissime confiteretur: iussu egee a triginta hominibus fustigatur: deinde in cruce suspendi iubetur: nó quidem clauis confixus sed quasi i equuleo

extensus funibus alligatus: populi multitudine insequente & ipsum innocēter mori clamante. Qui dum crucem a longe salutans adorasset: uestibus suis exutꝰ in cruce suspensus est. In qua biduo uiuens uiginti milibꝰ astantium hominum predicauit. Sed dū turba egee mortem minaretur: territus procōsul uenit ut eum deponeret: quem dum ministri uellent soluere brachiis in aerem stupidis effectis nullo modo ad eum potuerūt pertingere. Et dum fideles eū deponere uellent: apostolus orauit ad dominum: ut i pace suum suscipet spiritum. Statimq; splendor nimius instar fulguris per horam dimidiaꝫ ipsum obtexit: cum quo lumine abscedente apostolus deo spiritū emisit. Cuius corpus maximilla senatrix cum aromatibus sepeliuit .ii. cal. debembris. Iuxta ciuitatē patracen̄. Indeq; processu temporis corpus eius constantinopolim trāslatū est: ut habetur .8. idus maii. Egeas uero anteq̄ domum rediret arreptus a diabolo expirauit. Cuꝰ frater nomine stratocles cum omni eius familia ad christum conuersus est.

¶ De sancto nathanaele discipulo. VIIII.

NAthanael discipulus de oppido chana galilee: unꝰ fuit ex septuagita duobus xpi discipulis: quē christus ꝯmendat Ioānis primo: dicens ipsum esse israelitā i quo dolus non est. Hic etiam post resurrectionē christi unus fuit ex numero illoꝝ .vii. discipulorum: quibus christus apparuit iuxta mare galilee quando petrus piscando traxit rete in terram plenum magnis piscibꝰ .cliii. ut habetur Ioannis ultimo: qui etiam a plerisq; scribitur fuisse alio nomine uocatꝰ ursinus: qui & ab apostolis eps bituricen̄ constitutus post completū predicationis officium in deo feliciter requieuit .ii. cal. decembris: qđ tñ falsum esse reputatur. Nam corpus huiꝰ nathanaelis apđ treugren̄. ciuitatē gescit. Corpꝰ ursini bituricen̄. urbi sepultū ueneratur. hec frater uincentius.

¶ De scō nathanaele anachorita. X.

NAthanael anachorita ut dicit heraclides: fraude demonis accidiā passus ex priore cella recessit: & aliam cuidaꝫ uico uicinā sibi collocauit. Vbi dum habitare cepisset. d mon ad eū noctu ueniens in specie carnificis pannis sordidis indutus: flagris strepitum facere cepit: dicens se fore demonē: q eum de priori cella eiecerat: qui & eum de ista fugare cupiebat. Mox sanctus compunctus ad priorem locum rediit: & adeo se inclusit: ut .xxxvii. annis nunq̄ limē excederet. Multasq; diaboli insidias ptulit: ut propositum frangeret: quas tñ omnes deuicit. Septē episcopos ad se uenientes gratāter suscepit & abeūtes usq; ad limē associauit. Quē dū diaconi eo q̄ non egrederetur redarguerent se oīo seculo mortuum esse respondit. ¶ Nocte quadam demon in specie pueri sibi apparuit asinū panibꝰ oneratū deferēns. Et dū asellum in terram corruisse fingeret & abbatis auxilium peteret. Ille pplexitate circunclusus: ne aut misericordie opus negligeret aut propositum frangeret: oratiōe sua puero iualuit: ut si uera esset uisio deum inuocaret: sibi subuenire patrum. Si autē temptatio esset euanescerer. Moxq; puer cum asino euanuerunt cum turbine maximo strepitantes: hec omnia heraclides in libro qui dicit paradisus.

¶ De sancto Trophiano epō. XI.

TRophianꝰ episcopus magne sanctitatis uir: & miraculorū gloria preclarꝰ .ii. cal. decembris apud antonas in domino feliciter requieuit. Cuius corpus tolose translatum: ibiq. terris sepultum: spiritum in celis uiuere multis miraculis manifestat: ut dicit Ado.

¶ De sanctis diodoro & Mariano & eorum sociis martyribus. XII.

DIodorꝰ presbyter & marianꝰ diaconus cum multitudine innumerabilium hominum utriusq; sexus & diuersarum etatum: quoꝝ numerum & nomia solius dei scientia nouit: passi sunt rome sub numeriāo iperatore tēpore Stephani pape primi. Qui die anniuersaria dedicationis sanctoꝝ martyrum chrysanti & darie i loco crypte: ubi eorum corpora sepulta erant diuīa celebrātes uia salaria uidelicet extra portam urbis i harenario ubi prefati martyres terra & lapidibus obruti fuerunt: accusati sunt iperatori. Tunc iperator iussit in introitu crypte parietem leuari: & montem qui crypte iminebat ad sublonem sup eos deiici: & sic omnes presocati sunt. Quorum corpora ibidē iacuerunt usq; ad tēpora Stephani pape .vi. anno domini .886. ¶ Qui uenerabilis pater effossa crypta reliquias sanctorum innumerabiles inde collegit: ex quibus quasdā laterani: aliquas apud sanctū petrū: aliquas ad basilicā .xii. apostolorum quā a fundamentis renouauerat: aliquas uero p alias ecclesias & monasteria sepelienda diuisit: in quorum ossium collectione odor mirabilis quasi florum & rosaꝝ respsus est: & lampas in crypta accēsa .vi. diebus continuis arsit: in qua nec quicq̄ de oleo consumptum est nec flāma extincta: donec oīa sanctorū ossa a cōgerie lapidū sunt collecta. ¶ Quidā autem cū de reliquiis aliquas questus grā subtra-

xisset: continuo in lectum decidit graui langore detentus: & cōmissum furtum cōfessus reliquias restituit: & sic sanitatem recepit. Horū omniū martyꝝ passio die calēdarum decembriū celebrat̄.

¶ De sancto diodoro epō & ꝯfessore. XIII

Diodorus alexandrinus cesarieñ: episcopus: dum antiochen⁹ esset presbyter: clarus sapientia habebatur. Qui electus antistes multa opuscula compilauit. Io apostolum cōmentarios edidit: aliaq; multa eusebii cesariensis secutus characterem. Cuius licet sensum imitatus fuerit: eius tamen attingere non potuit eloquentiam: ignarus secularium litterarum. Floruit tempore imperatoris ualentis: ut dicit hieronym⁹ libro de illustribus.

¶ De sācto ansano martyre: ꝗ maxima uirgine & martyre. XIIII

Ansanus martyr ciuis romanus fili⁹ nobilis trāquillini duodecī annorum occulte inscio patre a protasio presbytero in christi fide doctus & baptizat⁹ est: atq; a Maxima uirgine de territorio tonagritano de sacro fonte leuatus: qui a patre imperatoribus diocletiano & maximiano delat⁹ decimotertio anno imperii eorum cum ipsa maxima uirgine ab eisdem tentus & carceri traditus est diebus multis. Quam quidem sacram uirginem prefati imperatores tādiu fustibus cedi fecerunt: donec spiritum exhalaret. Ansanus uero de carcere fugiens uenit balneoregium: ubi uisione angelica confortatus est. Deinde ueniens ad ciuitatem senarum: dum christum dominum predicaret a proconsule lysia tentus in ignem missus ē quo diuina uirtute extincto: dum permansisset illesus iuxta fluuium arbiam eductus: ibiq; iussu presidis decollat⁹ est: ibiq; sepultus calēdis decembris.

¶ De sancto proculo episcopo & martyre. XV

Proculus episcop⁹ & martyr de syria ueniens romam tempore iustini imperatoris: totamq; romanam prouinciam discurrens christum ꝑdicabat: miraculis & uita refulgens. Quem sanctus ualentinus episcopus ichthyraneñ. constituit sacerdotem. Et dum die quadam celebraret presente predicto episcopo: angelus domini acceptum de altari calicem in aera uidentibus omnibus subleuauit: & deinde in altari reposuit sanguine consecrato. Sanctus autem presbyter de mandato angeli sanguinem consecratum libauit. Deinde propter persecutionem paganorum fugit de tyro siue ichthyranā. cum episcopo ualentino: & ueniens ad ciuitatem nequinam a gentilibus gothis tentus & uerberibus afflictus atq; in carcere missus est: sed per angelum eductus uenit lazanū: ubi sancto ualentino per martyrium assumpto: constitutus episcopus totam ciuitatem per multa miracula conuertit ad christum. Deinde ueniens spoletū christū predicauit: ide a deo monit⁹ ꝑsecutionē fugiēs uenit bononiam: ubi theodori filiā: que manū habebat aridam sanauit: & patrem cū filia conuertit ad fidem: & filiū beroniani a demonio liberauit. Et post multorū conuersionē a totila rege gothoꝝ captus ablatis sibi binis loris a tergo decollatus est: & iuxta ciuitatem humatus: ubi ꝓcessu tēporis puer mortuus iuxta ipsū sepultus reuixit. Tuncq; corpus ipsius integrum repertum honorifice leuatum est: huius passio agit̄ die calē. decēbris

¶ De sancto albano martyre. XVI

Albanus martyr ī ciuitate magūtia passus est: & ibi sepultus. Hic habuit patrem christianum imperatorem de partibus aquilonis: qui mortua coniuge filiam decoram ex ea habens: inepteq; diligens: eā nuptui multis principib⁹ petentibus tradere recusabat. Quam tandē flagitioso amore carnaliter cognouit: & ex illa albanū filiū suscepit. Mater igitur de consensu imperatoris ad tegendam infamiam filium ī capsella pallio inuolutum in partibus ungarie exponendū mandauit: qui repertus iuxta nemus a rege ungarie carente liberis suscipitur: & ob eius elegantiam occulte in rure nutrit̄: simulataq; regina pregnante: tempore partus puer natus fingit̄: & a rege adoptat⁹ ut naturalis tractat̄: ab omnibusq; baronibus & ciuibus filius regis uere putatur: tā ipsis ꝗ iuuene predictorū ignaris. Factus ergo iuuenis gratus & strenu⁹: filia imperatoris aquilonis: que est propria mater: eidē a patre putatiuo in cōiugium queritur: & ab imperatore traditur: uere putante filiam tradere filio uero regis. Post tēpus modicū rex ungarie infirmatur: & ad extrema ueniens filio adoptiuo regnum cōmittens: eo ꝙ aliū non haberet: eidem seriem facti reuelat: & qualiter ab eo repertus non est eius fili⁹ naturalis. In cuius euidentiam pallium ī quo ipsum inuolutū ex nemore susceperat usq; tunc reseruatum albano tradidit. Quod iuuenis audiens: consternatus ad uxorē ingreditur. Et dum sibi causam tristitie querenti factum pandere nollet: eo ꝙ se ex hoc contēnendum ab uxore putaret: pallium quo siue expositus inuolutus fuerat: quod tunc eidem a rege traditum er . t: de sinu iuuenis cecidit: quod dum mater uidit agnouit: & mu

gua collocutione habita: repertum est albanum incestu genitum: matre incestuoso cōnubio cognouisse. Consilio inter eos habito tristitiā ex morte regis simulant: mortuūq; regem ungarie iuxta condecentiā regiam tumulant. Deinde ad utriusq; patrem imperatorem pperant: ut eidem seriē facti pandāt. Quos ille ut filiā & generū cū magna letitia & solēnitate suscepit. Sed die sequenti pacta letitia mutue uisionis: impatorem solum albanus & mater in cameram uocant: eidemq; cum lachrymis factum seriosius explicant: & ad diuinam misericordiā iplorādam per penitentiam regem confortant. Qui omnes sancto cuidam episcopo reatum confessi: de ipsius consilio eremitam sanctissimū adeunt pro penitentia assumenda. Qui eis septennē pegrinandi penitentiam iponit. Sicq; utroq; regno episcopo regendo cōmisso. vii. annis pegrinantur: continue annis singulis eremitam reuisentes. Peracta igit̄ penitentia dum eremum sancti uiri petunt in silua depeunt & superueniente nocte iuuenis pentes in lecto eisdē de foliis arborum strato collocat: ipse uero in arborem excubat. Ac instigante diabolo pentes uigilantes ad uomitum redeunt: & in abominandū antiquum scelus inuicem coeuntes recidunt. Quod albanus sentiens turbat⁹ ex arbore preceps irruit & parentes baculo ipatiens peremit. Facto mane ad eremitam redit: qui iam omnia per spiritum precognita que contingerant reuelauit. Iussu ergo ipsius albanus iterato septēnem pegrinatiōem assumit: qua perfecta ad eremitam redit. Et dum semper pegrinari decreuisset: uitam suam per eremitam ɔscribere fecit. Quam in pyxide locatam ad collum suum alligauit & abiit. Sicq; relicto regno factus anachorita & pegrinus apud ciuitatem maguntiam in nemore a latronibus paganis inuentus: dum se christianū diceret iugulatus est: corp⁹ quoq; in flumine iactatum est. Quo cursu fluminis ad molendinū delato: dum filia militis cuiusdam leprosa se in flumine balnearet repente a lepra mundatur. Quod dum admirans deferret in urbe multi leprosi uenientes & se in amnē tingentes mundabantur. Et mirantibus cūctis unde talem aqua uirtutem haberet pquirentes corpus martyris inuenerunt: & repetta pyxide uitaq; ipsius plecta deo grās agētes corpus cum honore ad ciuitatem portantes uenerabiliter condiderunt cal. decēbris ubi & quiescit miraculis clarens.

¶ De sancto eligio epo. XVII.

Eligius nouionensis episcopus ut ait Sigibertus claruit anno sexto constantii: qui & constantinus. Hic de ciuitate lemouiceñ oriundus patre eutherio matre terrigia: dum ab annis puerilibus artem aurificum didicisset: omniaque lucrabatur: paupibus erogabat: & multa miracula operabatur. Interque contracto cuidam elemosynam prebēs dum ille manum porrigeret sanus efficitur. Et dum iam optimus magister in arte sua factus esset: & aurum certo sub pondere sibi a rege traditum fuisset: ut inde sibi sellam fabricaret: ipse sibi binas sellas fabricatas ope curioso regi tradidit: quibus ponderatis in utraq; auri pond⁹ qd̄ sibi dederat repperit sicq; miraculose aurum duplicatum iuenit. ¶ Deinde factus est episcopus nouioneñ. Et dum die quadam homiem ex iustitia damnatum panbulo: pietate motus depositum sepeliret: eum manibus contractando suscitauit. ¶ Multa corpora sāctorum reppit deo sibi reuelante in ciuitate nouioneñ. corpus sancti qntini martyris: & in suesoneñ corpora martyrum Crispini & crispiniani: & i beluaceñ corpus scī martyris luciani. Defunctus est autem anno uite sue. lxxx. miraculis clarus. Sed dū anno reuoluto corpus ei⁹ trāsferri deberet incorruptum inuentum ē: & barba sibi renata que die sepulture sue sibi fuerat abrasa. Quieuit autem in domino die cal. decembris.

¶ De scā natalia uxore hadriani mr̄. XVIII

Natalia uxor olim sancti hadriani martyris corpore uiri & aliorum martyrum cum eo passorum cōstantinopolim trāslatis ut in eorū legetur passione. vi. idus septembris manum uiri sibi in solatium retinuit: & nicomedie ubi uir passus fuerat remansit. Quam dum tribunus de uolūtate maximiani imperatoris propter ei⁹ decorem & diuitias in coniugium peteret: assentire simulauit triduana inducia postulata. Et dum deū pro sui corpis castitate oraret: admonetur in somnis ab uno ex martyribus uiri cōsociis ut constātinopoli fugiat. Que manu hadriani sumpta nauem cum pluribus christianis ascendit: quam tribunus dum insequitur: uēto insurgente contrario: & plurib⁹ submersis redire compellitur. ¶ Media uero nocte diabol⁹ in specie naute cum naui fantastica fugientibus christianis apparuit. & ꝙ uiam errarent asseruit atq; ad sinistram pergere docuit. Hoc autem faciebat ut eos perderet. Mox dum uela uerterēt: hadrianus cum nauicula natalie apparuit: & demonem illum fuisse reuelauit: eosq; precedens cōstantinopolim saluos mane perduxit. Quo dum introissent: Natalia domum ubi martyrū corpora seruabātur intrauit: manum uiri iuxta corpus posuit: & post orationem dormitans a sancto martyre iuitata ad celestia p uisu

euigilans reuelata narrauit: & uale faciens omnibus spiritum emisit calen. decembris. Cuius corpus a comitibus iuxta aliorũ corpora sepultum est.

¶ De sancta bibiana uirgine & marty. XIX

Bibiana uirgo sub iuliano apostata passa est rome. ✝ Cuius pater flauianus christianus fuit habẽs coniugem & filias christianas: Qui accusatus apud iulianum imperatorem: q; martyres plurimos sepelisset: ab eodem in exilio damnatus in pace quieuit. Post cuius obitum iulianus matrem bibiane & filias comprehensas tradidit ✝ fausto presidi: ut eas ad sacrificandum compelleret: a quibus ille conuersus & ab imperatore martyrizatus atq; ab eisdem sanctis sepultus est. Quod iulianus comperiens matrem & filias perquirebat. Sed post dies modicos bibiane mater ✝ darsosa & germana latentes in christo quieuerunt. Bibiana uero a iuliano reperta & tenta: dum idolis sacrificare nollet plumbatis diutissime uerberatur: & superuiuens triduo propter nimiã cedem emisso per os sanguinis profluuio ad dominum per martyrium perrexit q̃rto nõ. decembris. Cuius corpus a ioanne presbytero positum est apud palatium lucinianum iuxta corpora genitricis & sororis.

¶ De sancto petro chrysologo epõ. XX

Petrus chrysologus archiepiscopus rauennas de ciuitate imolẽsi oriundus a sancto cornelio imolensi nutritus & doctus atq; in diaconum consecratus est: uite sanctitate & sapientia insigniter pollens. Igitur episcopatu rauenne uacante: dũ quidam ciuitatis rauennatis ciuis a clero & populo electus esset: & pro confirmatione habenda multi nobiles romam ad sixtum papam tertium accessissent: anteq̃ illi ad urbẽ peruenirent: sixtus papa a beato petro apostolo & sancto apollinare sibi apparentibꝰ per uisum admonetur: ut nullum alium in rauenne archiepiscopum consecraret: nisi illum quem ipsi in eorum medio eidem ostendebant. Venientibus ergo ciuibus ad urbẽ ab eisdem papa per triduum requisitus: ut electum suum consecraret: omnino renuit: iussa sibi a sanctis referens & ostensum requirens. Cuius dum nomen ignoraret: sed eũdem ex uultu cognoscendum diceret p tres dies inter omnes sibi assistentes ostensum uidere nequiuit. Post triduum autem imolensis episcopus cum petro eius diacono corã papa comparuit: qui eidem pro electi confirmatione instanter supplicauit. Sed dum pontifex petrum in medio multorum aspexit: etiam a longe eundem mox recognouit & q; ille esset: qui sibi ostensus fuerat asseruit: atq; ipsum cunctis approbantibus in episcopum consecrauit. Qui sanctus laudabiliter uiuens: doctrina: uita: & miraculis floruit. Tandem obitu suo sibi diuina monitione reuelato imolã perrexit: & iuxta corpus sancti cassiani martyris: ubi & nutritus fuerat: orans ad christum migrauit: & iuxta eundem martyrem sepultus est quarto nõ decembris. Cuius calix & patena eorum cõtactu sanant a morsu rabidi canis. Hic multas homelias super euangeliis: & sermones elegantes composuit: & propter sermonis sui uenustatẽ petrus chrysologus: quod est sermo aureus cognomen accepit. ¶ Extat & eius epistola cõtra eutycetem tempore leonis primi imperatoris conscripta: cuius sententie auctoritate postq̃ in concilio calcedonensi lecta est: eutyces hereticꝰ dãnatus est

¶ De sanctis uero & securo martyribꝰ. XXI

Verus & securus germani apud aphricã sub psecutione uandalica passi: glorioso martyrio coronati sunt quarto nõ decembris ut in martylogio adonis legit.

¶ De sancto cassiano martyre. XXII

Cassianus martyr in ciuitate tingitana que est metropolis mauritanie passus est: qui exceptoris diu gerens officium: tandem celitus inspiratus execrabile duxit christianorum neci deseruire: unde renuncians eidem officio sub christiana confessione triumphum meruit obtinere martyrii die tertio nõ. decẽbris: ut dicit in martylogio adonis: cuius corpus i prefata ciuitate tumularum: inde processu temporis ad ciuitatem imolensem translatum est: ubi & quiescit miraculis clarens.

¶ De sanctis claudio hilaria & sociis martyribus. XXIII

Claudius tribunꝰ & hilaria uxor eius & filii eius iason & maurus cum militibus septuaginta sub numeriano imperatore passi sũt Nam ut in passione chrysanti & darie dicetur: dũ sanctus chrysantus ab imperatore traditus esset tribuno claudio ad torquendum. Videns claudiꝰ qualiter omia tormenta superaret: & qualiter deos gentium apertis rationibus confutaret: & quia fustes quibus cedebatur molles redebantur: conuersus est ad dominũ cũ uxore & filiis & septuaginta suis militibus sibi commissis Quod imperator audiens iussit claudium ligato ad collum eius saxo in mari precipitẽ dari. Milites quoq; singillatim audiri: ita ut qui se christianum confiteretur capite cederetur: qui uero se christicolam negaret:

dimitteretur. Prius ergo iason & maurus filii claudii non īterrogati se christianos cōfitentes decollat sunt. Quos omnes ceteri imitantes infra horam eodem martyrio coronati sunt. Quorum corpora a christianis in cuniculo ubi decollati fuerant condita sunt noctu non longe ab urbe uia salaria. Filioꝝ uero corpora hilaria mater in suo ꝑdio sepeliuit. Et dum ad tumulū oraret: & pagani superuenientes eam occidere uellent: orādi spatio accepto in confessione spiritū emisit. Cuius corpus iuxta filiorum cadauera due eius ancille clandestine sepelierunt. Horum omnium martyrum passio recolitur die .iii. noñ decembris. De quibus infra in passione chrysanti & darie .8. cal. nouembř.

¶ De sancto lucio rege & ꝯfessore. XXIIII

Lucius beatus confessor fuit rex britānie baptizatus a thimotheo discipulo sancti pauli. Qui regno composito & bene ordinato relictis omnibus secularibus pōpis multisq; ad deum conuersis: ueniens per augustam in ciuitatem curie multis ad uite pfectionem exēplo & doctrinis īductis die .5 decēbř i pace qeuit. ut dicit fř bartholome⁹

¶ De scā Barbara uirgine & martyre. XXV

Barbara uirgo passa est in ciuitatis nicomedie tempore maximiani imperatoris sub preside marciano. Cuius pater dioscorus nomine eiusdē ciuitatis nobilis & paganus: turri excelsa fabricata filiam pulcherrimam barbaram intromisit: ne ab hominibus uideretur. Cūq; plurimi eam in cōiugium peterent: illa iam animo christiana diuinitus īnspirata: consensum denegabat. Et dum pater in balneo qđ edificabať ī turri iussisset artificibus duas fieri fenestras: eo discedente barbara tertiam erigi fecit. Et descendens in balneum depingensq; digito ī marmore crucis signum: mox ī petra signū crucis apparuit acsi ferro sculptum esset. Similiter in & silicie uestigia pedum illius ī pressa sunt. Et descendens puella in concam inundantibus aquis: orauit ut sanctificareť aqua & submergens corpus se ipsam baptizauit in nomine patris & filii & spiritussancti. Egressa igitur de aqua turrem conscendens in idolorum facies conspuit: & respiciens in celum deum uerum adorauit. ¶ Rediens ergo pater & eam iterrogans cur tres fenestras in balneo fieri iusserat audiuit ab ea quia tres sunt qui mundum illuminānt: pater & filius & spiritussanctus. Quod audiens pater arrepto gladio eam insequitur ut occideret illam: que dum fugeret & a mōtis crepidine preclusa artaretur orauit ad dominum: & scisso lapide mons per medium diuisus uirginem suscepit: & ad aliam partē eiecit. Quo dū pater ascēdēs duos pastores greges pascētes iterrogasset an puellā fugiētē uidisset: un⁹ eoꝝ cū iuramēto negauit eā saluare cupiēs: alter uero ipsā digito ōndit eā occidi uolēs. Moxq; ipse cū pecorib⁹ suis ī lapides ꝯuersi sūt usq; i pñs ibi manētes. Quā pater apphensā & p capillos tractā: & durissime cesam: martiano ꝑsidi die sequēti tradidit puniēdā. Et dū xpm ꝯfitereť & idola gētiū demonia eē ꝯtestareť: iussit eā ꝑses spoliatā suspēdi & crudis neruis cedi ac ciliciinis saccis plagas ei⁹ extergi: deīde carceri immissam pedib⁹ in ligno constringi: ubi domino sibi noctu apparente confortatur: ipsiusq; uulnera consolidantur. Quod dum die sequenti preses deorum pietati ascriberet: & uirgo eius insaniam derideret iussit eum uersis pedibus suspendi: & latera ei⁹ unguib⁹ radi atq; ardentes lampades applicari. Insuper & caput maleis contundi donec de naribus ipsius sanguis abunde stillaret in terram. Deinde māmillas fecit precidi ipsamq; nudam per ciuitatem circunduci. Dum autem sic ducta orasset ad dominū angelus sibi apparens, denudatum corpus eius candida stola contexit & mānillis restitutis plagas omnes sanauit: qđ dum preses cerneret furore nimio repletus eam decollari mandauit. Quam pater ad montem ubi eam comprehenderat adducens: caput eiusdē manibus propriis amputauit. Moxq; ab igne celesti consumptus est. Corpus autem uirginis a ualentiano quodam christiano nicomedie sepultum est die secundo noñ decembris. Indeq; temporis processu constantinopolim translatū postmodum a uenetis quibusdā nobilib⁹ uenetias delatus: requiescere dicitur i ecclesia scē marie cruciferoꝝ.

¶ De sancto meletio epo ponti. XXVI.

Meleti⁹ eps & ꝯfessor apud pontū floruit. Qui cū eēt eruditōnū cura magnific⁹ uirt⁹tñ animi & uite synceritas lōge i eo magnificētior extitit: ut dicit i martylogio uiuardi: q etiā post laudabilē uitā ibidē in pace quieuit .ii. noñ decembris.

¶ De scō meletio epo antiocheñ. XXVII.

Meleti⁹ eps antiochen⁹: ut scribit theodoric⁹ i historia triptita tpe constantii ipatoris arriani claruit. Hic dū citatē quādā armenie regeret & barbaros doceret pp sui eloqii uenustatē ab arriāis & catholicis pariter antiochie eps postulať. Quē ipator cōstāti⁹ uidere nolēs & pbare utꝝ eēt arrian⁹ an catholic⁹ iussit ut expōeret. Dñs possedit me ꝛc. qđ ille exponens trinitatē publice docuit & aptissimis rōib⁹ ꝯprobauit: pp qđ

ab arriãis reuocat⁹ & a ꝯstantio reprobat⁹: & ab ecclesia sua expũsus reuersus armeniã eusebio epõ adhesit: & clar⁹ miraclis uita & scientia ipace quieuit.

¶ De sco clemẽte pſbro & confes. XXVIII

CLemens presbyter alexandrin⁹ qui ut dicit ado in diuinarũ eruditionum scholis q̃maxime floruit: panthei auditor: origenis uero preceptor fuit. Hic libros octo condidit stromatum: quod sonat opus uarie contextũ. Composuit & libros octo quos informationum uel dispositionum nominare possumus. Item librum ad gentiles exhortationum. Item librum qui dicit pedagogus libris tribus distinctum. Item librum qui scribitur: quis est qui saluus fieri possit diues. Item librũ alium de pascha & de disputatione & de ieiunio & obtrectatione. Item alium exhortatorium ad patientiam. Item ad neophytos. Item alium qui inscribitur canon ecclesiasticus. Item de his q̃ iudaicum sensum requirunt: quem ad alexãdrum hierosolymorum episcopum scripsit. Item librum contra hereses. Extat & eius tã diuinarum scripturarum q̃ litterature secularis uolumina eruditionis & eloquẽtie referta: in genesim etiam cõmentarios scribere pollicitus est. Hec hieronymus de uiris illustribus. Quieuit in pace die secũdo nonã decembris. Seueri imperatoris tẽpore florẽs.

¶ De sancto sabba abbate. XXIX

SAbbas abbas ex prouincia capadocie ciuitate mutalapsis patre ioanne matre sophia: claris & xp̃ianis originẽ traxit. xvii. theodosii ĩpatoris ãno. Dũ aũt pater ei⁹ militatur⁹ cũ uxore alexandriã pgeret: filiũ puulum hieremie fratri cõmendauit. Quem dum uxor illius inuite conspiceret: puer relicto seculo occulte patruum deserens: & ad monasterium quod dicitur scando fugiẽs: ab abbate gregorio suscept⁹ ẽ & monachus effectus: qui i omni sanctitate uiuens: etatis processu summa preditus abstinentia cepit etiam clarere miraculis. Inter que dum tempore hyemali pistor uestes lotas siccandas in furno adhuc calido posuisset: & oblitus ipsacum clibanum pro pane coquendo ex incuria accendisset: deinde recordatus uestium damnum suum defleret. Sabbas compassione motus furnum ingressus accensum illesas uestes illesus eduxit. ¶ Post hec perrexit ad eremũ ad gerasimũ abbatem: ubi multa diaboli figmenta & certamina superans dudum mansit. Deinde ueniens herosolymam sibi locellũ edificauit: & sacra loca quotidie perlustrans ad locellum redibat contemplationi uacans. ¶ Die quadam apud ecclesiam sancti ioannis baptiste mulierem dudum fluxum sanguinis passam sanam effecit. ¶ Quendam etiam a demone obsessum liberauit. ¶ Et cum siccitas nimia populum urgeret: adeo ut neq; in puteis neq; in foueis aqua reperiri posset: & ex hoc ciuitas periclitaretur: fodientibus ciuibus in locis plurimis si forte aqua alicunde prorumperet: oratione sancti pluuia largissima noctu descendit. que foueas & cisternas repleuit: omnemq; populum satiauit. Sicq; multorum signorum gloria clar⁹ uirtutibus pollens: sub ioanne archiepiscopo quieuit in pace die sabbati nonã decembris anno domini. 524. sepultus hierosolymis inter duas ecclesias: cuius corpus inde processu temporis uenetias delatum: quiescit in ecclia sci antonini martyris.

¶ De scõ basso epõ & martyre. XXX

BAssus episcopus ex nicea puincia dum christum predicaret a perennio preside detentus & ad deorum sacrificia inuitatus: cũ dolis ĩmolare contemneret: primo in equuleo suspẽsus ac diuti⁹ tortus est: deinde laminis ardẽtibus circa latera appositis excruciatus iesum christum dominum maiori constantia profitebatur. Qua ppter in equuleo leuat⁹ fustib⁹ & scorpionib⁹ p̃sidis iussu diutissime cesus ẽ. Post hoc deposit⁹ ad statuas deoꝝ ligna pro sacrificio portare compellitur: data sententia: ut si non sacrificaret: eodem igne cõsumeretur: qui dũ sacrificare cõtemneret: in ignem missus sed in eo dudum manens illesus educitur. Sicq; a preside ad iudicẽ nicee prouincie destinat⁹ cum litteris sibi mandantibus ut bassũ: aut sacrificare compelleret: aut excogitatis supplicus perimeret. Sed dũ a iudice suasus sacrificare nollet: fabricatis duob⁹ clauis ad mensuram longitudinis corporis eius eisq; a plãtis pedũ per medium corporis usq; ad uerticẽ confix⁹ in christi ꝯfessione emisit spiritũ nonã decẽbr. tpe decii & ualeriani. Cui⁹ corp⁹ a xp̃ianis i nicea ciuitate sepultũ est.

¶ De scã crispina uirgine & martyre. XXXI

CRispia uirgo i aphrica ap̃. coloniã thebestinã tpe diocletiani & maxĩani impatoꝝ cũ sacrificare nollet iussu anolini pcõsul' decollata ẽ: ibiq; sepulta nonã. decẽbr.

¶ De sco dalmatio epõ & martyre. XXXII

DAlman⁹ martyr & ep̃s de italia oriũd⁹ p̃re senatore dũ xp̃ian⁹ esset occult⁹ oia deferens ad albã ciuitatẽ deuenit: ibiq; xp̃m p̃dicare cepit & miracul' clarere. ad quem quidam ualentin⁹ magister militũ de rauenna ueniens eius audita fama pro filio

suo graui infirmitate detento supplicare cepit: orationeq; fusa sanctus filium liberatum eidem nunciat: qd ille repatrians dum uerum esse cognouit ad dalmatium rediit & conuersus ad christum ab eodem cum filio baptismum suscepit. Iterumq; ad propria remeans & christum annuncians miraculi testimonio multos ad fidem conuertit: dein de dalmatiis angelo duce ticenum ueniens dum flumen sine pōte uel naui ab angelo in momento transuectus multis coram positis transiuisset: populum multum conuertit ad christum. Ibiq; constitutus episcopus predicationis officium fideliter perficiebat: dei de ad gallias transiens: plurimos infideliū christianos effecit. Et post hec reuelatione diuina: dum ad suam rediret ecclesiam iuxta flumē ticeni ab infidelibus captus & ī cerebro gladiis percussus per martyrium migrauit ad christum. Sed dum corpus eius exanime staret nec dudū cecidisset uiso miraculo multi ex infidelibus conuersi sunt. Sepultusq; est ibidem miraculis clarꝰ. Passus est autem die nonī decembris.

¶ De scō Nicolao epō & confes. .XXXIII.

Nicolaus episcopꝰ ciuis patere urbis patre epiphanio matre Ioanna: diuitibus claris & sanctis exortꝰ prima die sue natiuitatis dū balnearetur erectꝰ stetit in peluı fere dimidia hora. Ad ubera matris positus. iiii. & vi. feria semel ī die māmas sugebat: qui ex nomie auūculi sui nicolai myreorum antistitis uocatus est nicolaus. Dū adhuc puer imbuendus litteris a scholis rediret: claude femine eidem obuie gressū rectum tribuit. ¶ Cuidam seruo dei nomine sabbatio in extasi posito palatium mirificū auro & gemmis fabricatum cum sede mirabilis claritatis intro posita ostenditur: que omnia nicolao adhuc puero in celestibus ꝑparata reuelantur. Factus autem iuuenis coetaneorum consortia & mores deuitans ecclesiam frequentabat: & que de scripturis audiebat memoriter retinebat. ¶ Parentibus defunctis quid de diuitiis sibi dimissis domino gratum ageret cogitabat. Hinc auaritiam si non daret. Hinc inanem gloriam si preberet īcurrerē formidabat. Sed post dies modicos dum quidam conciuis nobilis ad extremam deductus inopiam: tres filias suas uirgines fornicari disponeret: ut inde miserrimus quicquam ꝓ uictu acquireret. Nicolaus hoc audiens noctu domum uiri latenter adiens per fenestram auri pondus intro clam proiecit clamq; discessit. Quod homo ille reperiens ex eo primogenitam maritauit. Et dum idem secundo sanctus confessor peregisset: secundam filiam similiter pater nuptui tradidit. Dum autem tertio dei famulus idem opus perfecisset homo ille qui uigilans benefactorem suum studio obseruabat: sanctū fugientem cepit: eūq; cognouit & ad pedes eius se prostrauit. Quem ille erigens eidem superinde silentiū quoad uiueret impauit: illeque tertiam filiam coniugio dedit. ¶ Post hoc defuncto archiepiscopo myreorum dum episcopi suffraganei pro eligendo presule orantes conuenissent: reuelatur cuidam episcopo magne auctoritatis: in quē uota omnium dependebant: ꝙ illum elligere deberent: quem hora matutinali primum ad ianuam ecclesie nicolaum nomine repperirent. Cum autem nicolaum māe expectantem episcopus reperisset & nomē ipsius didicisset: eundem licet satis renitentem in cathedra collocarunt. Qui gregi dominico prefectus ad amplioris perfectionis apicem: omni decoratus uirtute attingere satagebat multisq; miraculis coruscabat. ¶ Quadam die cum suis clericis ad refectionem discumbēs deficiente sibi uino modicum uini in uasculo allatum quod uix tribus in mensa sufficeret cunctis in fundi ꝑcepit: & ad sufficientiā omnibus fuit satis. ¶ Alio quoq; tempore dum unicus solūmodo panis in cellario repertꝰ esset: operariis in ecclesia sua laborantibꝰ apposuit. Indeq; plene omnes refecit. ¶ Virum & uxorem q xxx. fere annis sine prole fuerant: ad se uenientes: & ꝑ filio supplicantes oleo lampadis ecclesie inunxit & orationem premisit. Eodemq; anno mulier filium enixa: eundem in ministrum uiro dñi obtulit: quem ille baptizauit: & sacris litteris erudiuit. ¶ Obsessum a demonio de regione andronica liberauit: puellam manibꝰ aridis de castello euādis sanauit: & alios multos a diuersis passionibus dei uirtute curauit. ¶ Dum ecclesiam construi faceret & lapis magnus in edificium opus esset: qui a .lxx. hominibus nullatenus moueri poterat: sanctus dei superueniens signo crucis premisso cum duobus clericis ipsum amouit: & ad locum detulit ordinatum. ¶ Quadam die tēpestate seuissima quassati quidam naute nicolaū aduocant: & continuo uir quidā eis apparuit dicens se esse nicolaum ab eis aduocatum: qui eos in antēnis & rudentibus iuuare cepit statimq; tempestas cessauit. Et dum ad eius uenissent ecclesiam: quem nunq̄ uiderant sine indice cognouerunt. Quod ille non suis meritis sed eorū fidei attribuere docuit. ¶ Dū quodā tempore fame ualida regio esset oppressa & naues onerate tritico ad portū myree deuenissent rogauit sanctus nautas ut saltem pro quaq; naue in centū modiis eorꝝ inopie subuenirent. Cumq; illi rñderent

non audere hoc facere: eo ꝙ mensuratū alexandrie granum eadem mensura constantinopoli in horrea imperatoris eos reddere oportebat: instat sibi: ut petita adimpleant: confisus in christi grana: ꝙ nihil diminutionis in eorum mensura recipient: quod cum fecissent: mensuram quam receperāt integre ministris regiis reddiderunt: & miraculum narrauerūt. Granum autem illud quod sanctus acceperat miraculose per biennium ad uictum & usum seminis abundauit. ¶ Sed cum adhuc in regione illa aliqualis cultus idoloeum superesset: arborem quandam diane consecratam quam quidam colebant rustici: sanctus precidit: diabolo in aera ululāte se de sua sede per nicolaum eiectum. Et dum quidam uiri ad sanctum uisitandū nauigio pergerēt: demon in specie deuote mulieris eisdem in fagenula apparuit: oleum i uase tribuit: rogans ut ex eo parietes ecclesie sancti nicolai perungerent: eo ꝙ ipsa tūc ad ipsum locum accedere non posset. Qua discedente in alia nauicula eisdem cum pluribus uir apparuit nicolao simillim⁹: mulierem illam dianam fuisse docuit: & ut oleū sibi datū in mari iactarent admonuit. Quod proiectum in mare contra naturam aquam inflāmauit: qui dum myream ueniunt: nicolaum conspiciunt: ipsumq; esse qui sibi apparuerat recognoscunt. ¶ Eodem tempore dum imperator constantinus tres principes nepotianum: ursum: & neapoleonem contra hostes imperii misisset: & illos ad portum myree applicantes uir sanctus ad prādium inuitasset: cum essent in mensa nunciatur uiro dei: cōsulem pecunia corruptum tres iuuenes milites innocentes decollari mandasse. Illico sanctus tribus illis principibus sibi associatis ad locum properauit: & iuuenes iam genu flexo gladium uibrantis expectantes repperit. Audacter igitur se i spiculatorem ingerens gladium sibi extorsit: innocentes exoluit: quos secum adducens consulem adiit: eumq; durius obiurgans: tandē penitentem suscepit. ¶ Dum autem principes imperiales cum uictoria redeuntes: ab imperatore magnis honoribus sublimati fuissent: ex inuidia apud eum de proditione delati sunt: quos ille carceri traditos precepit mane sine audientia decollari. Qui liberationem trium iuuenum factam a uiro dei recolentes eiusdem se meritis cōmendarūt. Eadem nocte uir dei imperatori per uisionem apparuit: ipsum de impietate redarguit: & nisi innocentes dimittat exitiale bellum eidem cōminatur ad mortem. Interrogatus quis esset: dixit se esse nicolaum epm myreorum: similiq; uisione prefectum exterruit: Euigilans princeps uiros aduocat: & si cui sancto se cōmendassent interrogat. Qui dum se sancto nicolao cōmendasse dicerent. Miratus imperator ueniam petiit: innocentes absoluit: & eosdem ad uirum dei cum muneribus destinauit. ¶ Fertur beatum nicolaum adhuc senem niceno coucilio interfuisse: & quendam arrianum zelo fidei in maxillam percussisse: ob idq; a concilio mitra & pallio priuatum extitisse: propter quod ut plurimum sine mitra depingitur. Sed dum aliquando missam beate uirginis: cuius erat deuotus: in pontificalibus celebraret: & priuationem mitre & pallii defleret: quasi zelo nimio fidei sibi ablata: ecce cunctis uidentibus duo angeli eidem astiterunt: quorum unus mitram: alius pallium sibi diuinitus restituerunt. Et extunc insignia reassumpsit sibi celitus restituta. Qui ad ultimam horam deueniēs: angelos sibi occurrentes conspexit: & suum cōmendans spiritum domino in pace quieuit die octauo iduum decembris āno domini. 343. Ex cuius ossib⁹ oleum iugiter emanare cōsueuit: quo liniti languidi a cunctis infirmitatibus sanabantur. ¶ In multis chronicis inuenitur: ꝙ post multum temporis destructa a turchis myrea ciuitate a mercatorib⁹ barrēsibus corp⁹ sci nicolai barrū trāslatū ē: ibiq; iacere usq; i pñs: ut plurimū credit & a multis peregrinantibus uisitatur. Veneti autem idem corpus asserunt uenetiis delatum. Cuius historia translationis debito loco uidelicet tertio calendas iunii ponetur. ¶ Miracula autem sancti: tum quia infinita esse dicuntur & inumera: prout collecta ecclesia asserit: tum etiam quia ea sola de sanctis ponere curauimus: que uel in uita eius uel circa mortem: aut erga coeum corpora contigerunt: ex aliis uoluminibus lectori legenda dimittimus. ¶ Hoc solo ad eius uenerationem exarato: ꝙ dum beati nicolai historia de nouo edita esset que notata cum suo cantu ad manus quorundam fratrū monasterii sancte crucis de cesena deuenisset: & fratres eam in eius festo canere ad officiū uellent: eorum prior omnino recusauit: & fratres redarguit: dicens ioculatoria i ecclesia non esse licitum decantare. Nocte superueniente sanctus nicolaus priori apparuit: eumq; uultu terribili lecto abstraxit: pauimento collisit: & incipiens antiphonam. O pastor eterne &c. per singulas differētias uocum fuste quem tenebat: ictus supra dorsū patientis ingeminans: per ordinem ad finem usq; decantauit. Qui semiuiuus dimissus clamoribus fratres excitans uisa & gesta narrauit antiphonam quam nunq̄ audierat rettulit: & centum notas in ipsa consistere didicisse ex centum pcussionib⁹ quas susceperat

adiecit:& prout dixerat sic esse compertū fuit. Dataq; licentia fratres nouā historiam eo die & deinceps tā ipsi q̄ alii in multis ecclesiis celebrarunt.

¶ De scō Nicolao papa prio. XXXIIII.

Nicolaus papa huius nominis primus natione romanus ex patre theodoro successit benedicto .5. & sedit annos .ix. menses .ii. dies xx. Et ut in chronica martiniana habetur post magnum gregoriuȝ papā nullus usq; ad eum apparuit ī sede romana eidem sanctitate ꝯparandus. Floruit autem tēpore Ludouici secundi īpatoris. Hic michaelem constantinopolitanum imperatorem excōmunicauit propter ignatii patriarche iniustam depositionē. Excōmunicauit etiaȝ lotharium regem gallie ꝑpter gualderade pelicis sue societatem. Qui rex tpe hadriani successoris nicolai pape romā ueniens concubina dimissa: absolutionem ab eo recepit & non multo post uita decessit. ¶ Huius tēpore sanctus cyrillus pene omnium sclauorum apostolus corpus sancti clemēns pape a cersona ubi in mare ponticum proiectum fuerat: ex mari exiccato auferens romā detulit. Quod per nicolaum papā in ecclesia sancti clementis reconditum fuit: ubi & ipse cyrillus paucis explens diebus sepelitur miraculis corruscando. Nicolaus uero papa post multas & uberes collatas elemosynas & alia multa bona que fecerat in christo qeuit: & in ecclesia sancti petri apostoli sepultus est.

¶ De sanctis dionysia datiua & sociis martyribus. XXXV.

Dionysia: datiua: leontia & Emilanus medicus & religiosus uir nomine terrius: nec non bonifacius & seruus & uictricus atq; maioricus adolescens: apud aphricam martyrio coronati sunt. Qui omēs persecutione uandalica sub Hunetico rege arriano pro confessiōe fidei catholice: & ne ab arrianis rebaptizarentur decertātes: grauissimis & innumeris suppliciis excruciati: confessorum christi numero sociati sūt. viii. idus decembris. Ex quibus maioricus adolescens: dionysie matris sue eidem in tormentis assistentis exhortationibus roboratus in certamine confessionis spiritum reddidit. hec ado

¶ De scō ābrosio epō & doctore. XXXVI

NIcasius remeñ eps passus est tempore uandalice ꝑsecutiōis cū sorore: eutropia: beato aniano tūc apud aureliañ ep̄ante. Nam dum uandali ciuitatē remeñ diu obsiderent ultimo subuersionis eiusdem urbis die: expugnantibꝰ hostibꝰ ciuitatē. Nicasiū ciues consulūt: qd utiliꝰ fiedū aut hostibus se tradere aut patriā defendere. Qui diuina reuelatione urbē presciēs subuertendā constāter aut mortis eē ꝑiculū subeundū: quod multis dudū iminere didicerat ꝑꝑ peccata sua offerens se morti patū. Apertiq; ianuis cum sancta eutropia sorore sua furibundis occurit aduersariis in hostio basilice beate marie ab eodē cōstructe. Et dū uix facto silentio inimicos ab otiū suaꝝ lesiōe monuisset: ab eisdē decollatꝰ est. Germanā uero eiꝰ ꝑꝑ pulchritudinē ipsiꝰ: īfideles ad illudēdū seruauerūt. Quod dū ipsa cerneret martyrium potiꝰ q̄ uiolationē eligēs occasionē captauit: ut hostes de īpietate ī sanctū ep̄m exhibita redargueret: uni ex carnificibꝰ oculos digitis quasi ī ultionē euellēs. Et sic ī eā ceteri īsurgentes trucidarūt cū aliis ciuibꝰ multis. Ceterisq; fugatis ciuitas depopulatā pluri mis captiuatis. Scōꝝ autē occisoꝝ corpora relicta sunt ī expugnata ciuitate. Supra que noctibꝰ celestia luminaria refulgebāt & angelica cantica resonabāt: donec reuelatione diuina post uandaloꝝ abscessum: a ciuibꝰ q remāserāt corpora scōꝝ seagrātia: digno honore locis cōgruētibꝰ tumulata sunt. Passio horum martyrū. xix. cal. ianuarii.

¶ De sancto ualeriano episcopo. LXX.

VAlerianus eps apud aphricā passus est tp̄e ꝑsecutionis uandalice. Nam cum ex ꝓcepto gerserici regis: ad tradendū īfidelibꝰ diuina mysteria cūcti sacerdotes artarētur: ita ut arriani de palliis altaris sibi camisias & femoralia facerēt. Sanctꝰ epus ad hec ꝯpulsus uiriliter ꝯtradixit: ꝑꝑ quod ānoꝝ plus. 80. extra ciuitatē expelli singulariter iussus est. Et ita preceptū: ut nullus eū ī domo neq; ī agro dimitteret habitare. Sicq; in strata publica multo tp̄e nudus sub aere iacens ī ꝯfessiōe & defēsiōe catholice ueritatis cursum beate uite ꝯpleuit. 18. cal. ianuarii.

¶ De sanctis anania: azaria & misaele pueris. LXXI.

ANanias azarias & misael pueri nobiles de populo iudeoꝝ: cum daniele ꝓpheta & aliis multis iudeis & cū ioachī rege iuda a nabuchodonosor rege chaldeorū capti: de hirl'em ī babylonē adducti sunt ut scribit dan̄. prio. Quos uti pulchriores & doctiores rex castrauit ut ait iosephꝰ: & tra

didit eos ꝑposito eunuchoꝝ aphanaz: & fecit eos erudiri ꝓuincialibus litteris pariter & chaldeoꝝ lingua: & mutauit eis rex noīa danieli balthasar: ananie sydrac: azarie misach: & misaeli abdenago. His q̃tuor ꝑposi tus eunuchoꝝ specialē posuit ꝓcuratorem malasar. Hi ꝓposuerunt non cōtaminari cibis gentilium: & a ꝑposito eoꝝ obtinuerūt diebus. x. leguminibus & aqua temptari. Et cū probasset: & eos ex hoc in nullo ceteris macilentiores uidisset: accipiebat cibaria regia & uinū potus eoꝝ: & dabit eis legumina & aquam. Et transactis tribus ānis coparuerunt coram rege ꝓut ille statuerat: nec sūt inuenti eis similes in regno in omni sapiētia & disciplina. ¶ Postq̃ aūt daniel uisionem statue & eius expositionem deo sibi reuelāte referauit: ut dicit dañ. 2. Et nabuchodonosor rex danielem plurimū honorauit: ad petitionē ei⁹ ananias azarias & misael cōstituti sunt a rege sup opera ꝓuinciaꝝ babylonis. ¶ Post hec nabuchodonosor rex fecit statuam aureā: & statuit eam in campo duram flumis iuxta quem gigantes edificauerant turrem babel: & conuocatis omnibus principibus & populis ad dedicationem & adorationē statue: ut habet dañ. 3. & omnes iussu regis statuā adorassent: tres pueri statuam adorare nolentes iussu regis uincti cū uestib⁹ in fornacem ignis septuplo accensā missi sunt. Cum qbus angel⁹ dni descendit & eos uinctos exoluit: flammā ignis excussit: & q̃si uentum roris flantem fornacis medium redegit. Flāma autem se cubitis. 49. diffundens ministros regis eam incendentes incendit. Tres autem pueri i medio flamme ambulantes q̃si ex uno ore bñdicebāt dñm & hymnū Benedicite cōponentes: omnē creaturam ad dei benedictionē inuitabant. Cū aūt rex tres uiros in fornacē missos diceret: & quartum similem filio dei se uidere stuperet: quod de angelo itelligendum est: eos de fornace uocauit. Qui egressi corporib⁹ & capillis & uestibus oīno inusti apparuerunt: Quo miraculo stupefact⁹ rex posuit edictū ꝙ pena capitis & dom⁹ diruende nemo blasphemare ꝑsumeret deum sidrac misac & abdenago: eisdemq; ampliorem cōtulit dignitatem. Qui post multum tempus in babylonem quieuerunt in pace. Qui & inter sāctos ueteris testamenti cōnumerati sunt a mathatia primo math. secūdo capitulo. Quorum corpora sub quodam specu posita sunt: i sepulchro quod daniel sibi & sociis preparauit: ubi & ipse postmodum tumulatus est. Horum dies dormitionis apud hebreos agitur. 17. calen. ianuarii: ut i etus martylogio hieronymus scriptum ostendit.

¶ De sancto lazaro episcopo. LXXII

Lazarus epūs frater marthe & marie magdalene xp̄i discipul⁹ nobilis de genere iudeoꝝ: diues ac prepotens patre syro matre eucharia exort⁹: quatriduanus defunctus a dño ex mortuis suscitat⁹: discipulus xp̄i & apostoloꝝ ꝯsoct⁹ fuit: & i die penthecostes un⁹ ex numero. 120. discipulorū extitit: in quos spūſſcūs corpaliter effusus ē. Et deinde una cum ceteris ꝑdicationi uerbi dñi instabat: distractisq; oībus sicut & ceteri ꝑcium apostoloꝝ pedib⁹ ꝑnītauit: & apostolicā uitam & formam assumpsit. ¶ Verū ꝑsecutione iudeoꝝ que facta est post stephani lapidationem: ita ut cuncti discipuli dispgerenẗ ꝑ ciuitates ꝑter apostolos: ut dicit actuū. 8. Ipse una cum sororibus suis & scō maximino & scō cedonio: q fuerat cec⁹ a natiuitate. & cum marcilla pedisequa marthe nauicule sine remo uel duce impositi sūt & mari expositi a iudeoꝝ finib⁹ expulsi. Qui deo duce massiliam puenerunt: ubi ꝑdicante magdalena & omni ꝓuincia ad deum conuersa: ut in eius legenda debito loco diceẗ: ipse āno. 14. a clero & populo epūs massilieñ ꝯstitut⁹ ē. Et postq̃ magdalena deserta mōtium petiit: ipse massilie degens dei populū feliciter gubernauit: ubi & in dño requieuit 16. calen. ianuarii. Cuius ibidem in matrice ecclesia caput ostendiẗ. Diciẗ ꝙ lazar⁹ a domino suscitatus: cōfestim xp̄m interrogauit an eum iteꝝ mori oporteret: & ꝙ de cetero nunq̃ risit.

¶ De sanctis floriano calanico & sociis martyribus. LXXIII

Florianus & calanicus & alii. xl. martyres passi sunt ab atheis saracenis apud ciuitatē gazam anno. 27. heraclii imperatoris: q dū eādem urbem dudū impugnātes cepissent: iussit abert⁹ eoꝝ princeps omnes ꝑsatos xp̄ianos ibidē reptos captos i uiculis ferreis i carcerē mitti: & post dies. 50. ad ciuitatē cletheoropoli adductos iteꝝ uiculari: deinde calanicū cū aliis. 15. ad terrorē aliorū decollauit: quoꝝ noīa hec sunt: sildeuādus: citon: calani⁹: himeri⁹: plusci⁹: theodorus: stephan⁹: deuand⁹: rol⁹: tarisi⁹: petrus. paul⁹: ali⁹ theodor⁹: & duo ioānes: q passi sūt die. 11. nouēbꝛ: quos florian⁹ sepeliuit: & post alios dies. 50. iussu pricipis florian⁹ cū ceteris a saracenis cesi sunt: quoꝝ omnium passio recoliẗ. 16. calen. ianuarii.

¶ De translatione sancti ignatii. LXXIIII

Translatio corporis sācti ignatii epī & martyris die. 16. caẗ. ianuarii celebraẗ: qui terti⁹ post petrum apostolū antiochenā rexit ecclesiam. Hic rome dentib⁹ be-

ſtiarum paſſus.calē.februarii: inde delatus iacet antiochie:ut dicit ado.

¶ De ſcis ruſo & coſmo martyrib⁹. LXXV

Ruſus & coſm⁹ apud macedoniā ciuitatem philippis paſſi ſunt: ibiq; tumulati requieſcūt. Hi ex eo numero diſcipulorum fuerūt per quos primitiua eccleſia i iudeis & grecis fundata eſt. De quorum etiam felici agone ſanctus polycarpus ſcribit in epiſtola ad philippenſes hortans fratres ī domino: ut ſequantur ueſtigia martyrum predictorum in conſtantia martyrii tolerandi Qui paſſi ſunt die.15.calen.ianuarii.

¶ De ſancto hildefonſo epiſcopo. LXXVI

Hildefonſus epiſcopus toletanus adhuc puer dei amore relictis parentibus ſpretoq; ſeculo agalienſis monaſterii monachus factus annis multis in ſanctitate uite permanſit. Tandem in toletanum epiſcopum promouetur. Inter alia ſanctitatis merita beatam uirginem in ſumma deuotione habuit: & in ipſa eccleſia conſtituit: ut feſtū eius octaua die ante natale domini celebraretur: quod uſq; hodie ibi ſeruatur. Que eidem per uiſionem apparens ſtolam candidam & cathedram ſibi aſſignauit: dicens q ipſe ſolus eiſdem xeniis potiretur: ſucceſſoribus cunctis eiſdem ſede ac ueſte reputatis idignis. Sed poſt eius obitum dum ſiagrius eius ſucceſſor eadem indutus ſtola: in ipſa ſe ſede poſuiſſet: totus contractus in terram decidit: artus ſuſtinere non ualens: qui poſt multos dies ad penitentiam rediens ſanatus eſt. Et ueſtis ac ſedes in ipſa eccleſia pro reliquiis conſeruantur. Hec in mariali. Multa alia uirtutum opera per ſancti merita ibidem oſtenſa ſunt. Qui eodem die quo feſtum uirginis in eccleſia ſua conſtituit celebrari: uidelicet octaua die natiuitatem domini precedente feliciter i pace quieuit: que dies eſt.15.calen.ianuarii. Nam eo die quo matrem domini uenerabatur in terris: eodē eum illa uoluit honorare in celis.

¶ De ſancto nemeſio martyre. LXXVII

Nemeſius martyr paſſus eſt apud egyptum. Qui primo emiliano iudici per calūniam quaſi latro delatus: ſed ab eodē crimie purgatus & abſolutus eſt. deinde ab ipſo iudice tanq̄ chriſtianus dephenſus geminatis ſuppliciis excruciat⁹: ab eodem magiſtratu cum latronibus incendi iuſſus eſt: ſaluatoris perferens ſimilitudinē: qui cum latronibus pertulit crucem: qui paſſus eſt 14.calen.ianuarii. Hec ado.

¶ De ſanctis amone zenone & ſociis martyribus. LXXVIII

Amone zeno: ptolemeus: ingenuus & theophilus apud alexandriam martyrium paſſi ſunt. Qui tribunal b⁹ aſtantes: cum quidam chriſtianus a iudice tortus ī ſuppliciis trepidaret: & iā pene ad negandum declinaret: uultu oculis ac nutibus conabātur illum erigere. Cumq; hac de cauſa clamor totius uulgi in eos proſiliret prorumpentes in medium chriſtianos ſe eſſe teſtantur: pro quorum uictoria chriſt⁹ illico glorioſiſſime triumphauit: ſuiſq; ꝯſtantiam animi dedit. Qui paſſi ſunt die.15.calen. ianuarii: ut ait ado in martylogio.

¶ De ſancto thoma apoſtolo. LXXIX.

Thomas apoſtolus qui dicitur didymus quaſi i fide dubius poſt reſurrectionē chriſti corp⁹ dñicum & membra palpauit: dum ī chriſto uulnera tetigit carnis: in nobis uulnera ſanauit infidelitatis: ut dicit gregorius. Poſt aſcenſionē domini dū apud ceſaream predicaret: chriſtus ſibi apparens dixit regem indorum gundapherum prepoſitum ſuum abanē ad ſyriā deſtinaſſe querere hominem architectonico opere eruditū pro palatio ſibi conſtruendo: quem una ſecum uolebat ad indiam mittere. Vt eū idos chriſto acquiſiſſet: ad ſe cum palma martyrii perueniret. Dominus ergo prepoſito thomam tradidit aſſerens eum ſuum ſeruum in tali arte pitum. Nauigantes autē ſimul: dū abanes eum īterrogaſſet: an ille dominus ſuus rex eſſet: dixit eum thomas eſſe filiū magni regis qui tenet regnum in ſupernis montibus quo hoſtis proximare nō ualet: ipſumq; multos ſeruos diuerſarum pitos artium habere: quos ad multa deſtinat opera & quicquid lucri acquirunt: ſuo regi redeuntes attribuūt. Et cum multa de celeſti palatio metaphorice loquereť: ille de terreno edificio intelligebat. ¶ Cūq; die. vii. andronopolim perueniſſent: ubi rex filie ſue nuptias celebrabat & omnes tam ciues q̄ aduene uocati a rege nuptiis intereſſent: abanes & apoſtolus ſimiliter cum ceteris diſcubuerunt. Puella autem hebrea dum curiam cum fiſtula leticaret. & thomam apoſtolum non manducātem: ſed celo intentum uidiſſet. Intelligēs ipſum hebreum cepit iudaice canere dicens unus eſt de⁹ hebreorum qui creauit omnia. & cetera. Que dum crebro ad ꝯplacendum apoſtolo repeteret: pincerna thomam alapa percuſſit: eo q quaſi dedignans fercula appoſita non comederet. Apoſtolus autem nō optando ſed pronoſticando predixit: ſe inde nō ſurrecturum niſi man⁹ que eum pcuſſerat a canibus in medio conuiuio portaretur.

Quod qa hebraice dixit: sola puella intellexit. Dum ergo pincerna ad fontem pro aqua haurienda iuisset: ipsum leo inuadens occidit: sanguinem bibit manūq; eius canis niger in conuiuio detulit. Quod puella uidēs factum ceteris narrauit: fistulam proiecit & apostolum adorauit. Et stupentib⁹ cunctis apostolus ad regis instantiā sponsum & spōsam benedixit. Quo abeunte dū illi sero thalamum introissent: in manu sponsi ram⁹ palme dactylis plen⁹ apparuit. De quo ambo gustantes obdormierunt: & gēmatum regē per somnum uiderunt: qui eos ut consilio apostoli crederent admonuit eisq; benedixit. Quibus euigilantibus & mutuo somnium idem referentibus apostolus ad eos ianuis clausis ingreditur: eisq; christum ānuncians ad seruandam uirginitatem hortatur. Tunc eisdem duo angeli splendidi astiterunt dicētes se fore angelos a deo ad eorum custodiā delegatos: ut si apostoli monitis obedirent omnia que poscerent a domino impetrarent. Quos apostolus baptizauit: & de fide diligenter instruxit. ¶ Cum autem thomas cū abane iam propter miracula uisa conuersio indiam introisset: & eum prepositus regi p̄sentasset: ac apostolus sibi mirū palatium fabricandum promisisset: & modum edificandis ope romano designasset: placuit regi: eidemq; copiosum thesaurum assignauit: & in aliam prouinciā abiit. Per totū autem biennium quo rex abfuit: apostolus predicationi christi insistit: & innumerabilem populum acquisiuit: thesaurum pauperibus errogauit: & multas ecclesias fabricauit. ¶ Rex autem rediens & que thomas fecerat discēs: apostolum cum abane in imo reclusit: cogitans eos uiuos excoriatos icendere. Interea gad frater regis moritur: & dū ei sepulchrū preciosum paratur: quarto die gad mortu⁹ resurrexit: & fugientibus cunctis ac stupentibus regi dixit: q̧ homo ille quem rex perdere querebat: amic⁹ omnipotentis dei erat cui & ipsi angeli seruiebant: qui etiam eum defunctū in paradisum adduxerant: & ei palatium quod sibi thomas fabricauit ostenderat. Et quia rex se eodem palatio indignum fecerat: ipse illud: reddens sibi pecuniā emere poterat: quam rex amissam existimabat. Quo audito territ⁹ rex cū fratre thomā absoluunt: ad pedes ei⁹ ꝓcidunt: & ueniam petunt. Et cum de palatio fabricato in celis cōtenderent: quod gad oīno cupiebat redimere: & gundaphor⁹ ꝓ se retinere: uel saltē cū fratre cōmuniter habere: docuit eos apostolus īnumerabilia palatia a mundi principio ī celis p̄parata: que fidei p̄cio & elemosynis cōparant. Sicq; regē & fratrē ad fidē cōuertit & baptizauit. Et dū p unum mensem omnes egrotos regionis ꝯgregari fecisset: orationē pro salute illorum fudit: & statim splendor sicut fulgur de celo ueniens omnes territos prostrauit. Et post hore spatium confortati ab apostolo omnes incolumes surrexerunt. Tunc apostolus tam eisdem q̄ omni populo predicauit: & nouem milium hominum exceptis mulieribus & paruulis ad christū conuertit. ¶ Post hec profectus est ad superiorem indiam per reuelationem insignib⁹ miraculis coruscando: inter que scinticem cecam amicam migdonie sororis regine illuminauit. Et dum migdonia regis cognata & uxor carisii apostolum uidere quereret: deposito cultu & ornamentis & induta habitu humili inter alios paupetes ad eum intrauit: ut ei scintices suaserat. Videns ergo migdonia apostolum miracula facientem & eum audiens predicantem credidit: factaq; eius discipula uiro adherere nolebat. Tunc carisius regem rogauit: ut reginam ad sororem mitteret: quatenus ei suaderet ut ad se uirum more solito īgredi permitteret. Quod dum regina nomine treptia faceret: sed soror ipsi econtra miracula que ostendebat apostolus enarrasset: regina thomam uidere cupiens ad domum symphorii ubi ipse predicabat eum sorore accessit: & multitudinem infirmorum ante ianuam repperit: quos omnes apostol⁹ manu eis imposita sanauit inter quos dum elephātiosus toto ulceratus corpore introisset predicante apostolo: apparuit puer splendidus: qui leprosum ad ꝑtem trax t & eum uti excoriasset uitulum: pelle nudauit & omni lepra mūdatum emisit. Quod uidens treptia regina & ipsa conuersa est. Et dum reuersa hec regi asmodeo retulisset: & exinde eius torum exemplo sororis abhoreret rex uocans carisium conqueritur: quia dum uxorem ei⁹ sibi acquirere uoluerat suam amiserat. ¶ Igitur de consilio carisii rex apostolum carceri durissimo tradidit. Ad quem ueniens migdonia ueniam petiit: eo q̧ ipsius causa i carcerem missus esset. Quam ille consolat⁹ hec ꝓ christo libenter pati asserebat. Post hec de mandato regis apostolus educitur: & super laminas ferri candentes nudis pedibus sistitur. Statimq; fons erupit & laminas extixit. Quem de cognati consilio rex in fornacem ardentem emisit: que tamen adeo refriguit q̧ die sequenti thomas inde illesus exiuit. Demum carisius regi suadet ut apostolum deos ipsorum adorare compellat: ut uel sic dei sui iram incurrat. Cunq; ad hoc compelleretur ueniens thomas ad templū solis: hebraice demoni precepit ut quam

eito ipse genua flecteret: demon idolũ ꝯmi-nueret. Demõ autẽ apostolum rogabat: ut sibi templũ diruere ꝑmitteret: quatenꝰ oẽs eius aduersarii iterirẽt. Quod thomas eidẽ minime ꝯcessit: quin potiꝰ: ut nemĩoẽ lede-ret eidẽ ipauit. Apostolus ergo gẽtibꝰ pñtis hebraice xp̃m adorauit: mãdans demoni ut simulacrũ euerteret & in abyssum iret. Sta-timq; idolũ solis: sicut cera liquefactum ẽ. Tunc mugiẽtibꝰ sacerdotibꝰ põtifex templi gladiũ substulit: & in ultiõnẽ dei sui aposto-lum transuerberauit. Rex aũt & carisius ui-dentes populũ uelle necẽ apostoli uindica-re aufugerũt: xp̃ani aũt corpꝰ eiꝰ tulerunt & honorifice sepelierunt. Quod tñ ꝓcessu tẽ-poris inde trãslatũ est ad ciuitatẽ edessaʒ ut habebiẽ in festo eiusdẽ trãslatiõis uidelicet quinto non̄ iulii: passus est aũt beatus apo-stolus. xii. cal. ianuarii.

De sanctis dionysio episcopo & pelagia uir-gine & martyre. LXXX.

Dionysius ep̃s discipulus sci tho-me apostoli fuit ille spõsus filie regis: quẽ apostolus una cũ spõ-sa eiꝰ regis filia nomine pelagia ꝯuertit ad xp̃m in andronopoli ciuitate. ut superiꝰ habeẽ. Qui ab apostolo baptizatus dionysius: sponsaq; eiꝰ pelagia nominata est. A quibus thomas abiẽs post aliquot ãnos misit ad eos quẽdam discipulũ suum ꝑsbyterũ: qui eos in fide ꝯfirmauit & ecclesiã edificauit. In qua relicto seculo dio-nysius ep̃s factus est: totũq; populum ciuita-tis ꝯuertit ad xp̃m: pelagiã quoq; sponsam suam matrem uirginũ cõsecrauit. Et est ibi sedes sancti thome apostoli usq; ĩ hodiernũ diem. Quã sedẽ beatus episcopus dionysiꝰ strenue gubernauit: & post hec ad dñm ple-nus sãctitate precxit. Pelagia uero uxor eiꝰ post ipsius obitũ: cũ nollet nubere nec ido-lis imolare sñiam decollatiõis accepit. Et se-pulta est in ipsa ciuitate in eodẽ tumulo cũ dionysio uiro suo.

¶ De sanctis triginta martyribꝰ. LXXXI

Triginta sci mares rome uia laui-cana inter duas lauros sub ꝑse-cutione diocletiani & maximiani imperatoꝝ oẽs una die uidelicet. ii cal. ianuarii passi sunt & glorio-so martyrio coronati: ut dicit ado ĩ suo mar-tyrologio.

¶ De sancto chirsdonio martyre LXXXII

Chirsdonius mr̃ apud alexandriã passus ẽ. Qui cũ ad sacrificia deo-rum prio blãditiis suadereẽ: dei-de iuriis & ꝯminatiõibꝰ atq; sup-pliciis cogeret: & sacrificare cõ-temneret: gladio per uiscera trãsuerberatꝰ neci traditẽ: & martyrio coronatẽ. ii. cal. ianñ.

¶ De sca uictoria uirgie & mr̃e. LXXXIII.

Victoria uirgo nobilissima ciuis romana tpe decii apud ciuitatem tribulanã martyriũ passa ẽ. Que illustrissimo cuidã eugenio fue-rat ꝺ̃spõsata tñ a cunabulis xp̃ia-na. Dũ autẽ qdam titus aureliꝰ uirginẽ ana-tholiã siue calistenẽ xp̃ianã p matronas uxo-rem peteret: & illa multis postulatis iducias interi omne patrimoniũ suũ pauperibꝰ erro-gasset: deinde se ĩfirmã fingeret: ut sic ĩ uirgi-nitate ꝑseueraret: eãq; titꝰ aurelius xp̃ianã didicisset: rogauit eugeniũ ut uictoriã spon-sam suã ad anatholiã mitteret: ut eidẽ xp̃ia-na xp̃ane ꝯiugiũ suaderet. Quod dũ eugeni-us fecisset: & uictoria anatholiam ad matri-moniũ hortareẽ: dicẽs & se xp̃anã sponsum habere mox uiꝝ futuꝝ: qa xp̃s nuptias non contẽnat: eo ꝙ & patriarche & ꝓphete ꝯiu-ges hũerunt & posteritas eoꝝ a deo benedi-cta ẽ. Extra anatholia uirginitatẽ matrimo-nio ꝑferebat: & ꝯiugia primis tẽporibꝰ fuisse necessaria ꝑp terre repletionẽ astruebat. Sed heliam q celũ lingua clauserat uirginẽ allegabat. Dixitq; ꝓterea se ab angelo qui sibi apparuerat fuisse ĩ obseruande uirginita-tis ꝓposito ꝯfirmatã. Cũq; & uictoria eũdẽ angelũ uidereẽ flagitaret ut sic & ipsam ad pu-dicitiã ꝓuocaret angelus dñi ĩsplẽdidus ue-ste niuea eisdẽ appuit: q uictoriã de uirgini-tate admonuit: assimilãs uirginitatem auro: castitatẽ argento: & iugalitatẽ metallo. Qui-bus confortatis post multa uerba angelus disparuit: & uictoria uotum uirginitatis emisit: & facultates suas paupibꝰ largiri ce-pit. Quod ubi sponsus eiꝰ cognouit: tito cõ-questꝰ est ꝙ ꝓpter ꝯiugẽ sibi acquirendam ipse amiserat propriam. Et dum eã uti xp̃ia-nam eugenius accusare uellet: titꝰ eidẽ hoc dissuasit: eo ꝙ sponsa occideretur: & bona sua fisco applicarentur. Sed consuluit ut a decio imperraret quatenus sponsam suam extra urbẽ ad predium duceret: ubi ip sam penis afflictam ad uotum suum facilius in-clinaret. Quod & ille fecit: & sponsam eius uictoriam in suburbio tribulam territo-rii adduxit. Quam fame diebus pluribꝰ affli-xit. ¶ Post dies aliquot uenit ad eam domi-tianus patronus tribulane ciuitatis: qui uir-gini panes detulit: & se ab urbe sua fugisse nunciauit eo ꝙ draco pessimus iuxta ciuita-tem erat: qui plurimos perimebat: & flatu aerem inficiebat. Cui uirgo si populus uel-let in christum credere: promisit se draconẽ ab oppido effugatẽ qđ & ille populum fa-cturum spopondit. Igitur post biduanum ieiunium uictoria die dominico ut promi-serat ad tribulanam ciuitatem angelo duce deuenit: & assumpto populo ad specus

draconis accessit eiq; in xpi noie ꝯfestim abire ꝓcepit:& sic draco cursu rapidissimo exiliens nusq̄ ꝯparuit. Tunc populꝰ ad sidē cōuertitur:& uictoria in ipso deaconis speleo includit̄:eidēq; mox nouē uirgines a parentibus oblate associant̄. Et post modicū temporis monasterio ꝯstructo mater.65.uirginum facta est:quas diligenter instruxit:& in dei laudes & uite scitate ꝑseuerauit. ¶ Post triennū aūt eugenꝰ rogauit iouianū pōtificem capitolii: q misit ad eam temploꝝ comitē taliarchū:ut uictoriā sacrificare ꝯpelleret:aut gladio necaret. Qui ueniens ad cādum dee ueste imolare renueret:ipsam gladio in corde ꝑcussit: & timens populū stati aufugit. Quam sacedotes cū populo ciuitatis i eodē loco sepelierunt.10.caľ.ianuarii.

¶ De scīs uiginti martyribus. LXXXIIII

Viginti martyres apud nicomediā passi sunt: quos oēs diocletiana ꝑsecutio grauissimis cruciatos tormentis uno & eodē die martyres xpi fecit: & sanctoꝝ numero in celis collocauit.10.calen. ianuarii:ut dicit ado.

¶ De sancto seruulo confessore. LXXXV

Seruulꝰ ꝯfessor xpi uir sūme patientie & scitatis fuit:de quo gregoriꝰ.4.diaľ.cap.15. scribit q̄ a primeua etate usq; ad uite sue finem paralyticꝰ iacebat in porticu sancti clementis rome:nec tn̄ aliqn̄ uisus est ulla tristitia aut perturbatione moueri. Hic qcqd ex elemosyna ꝑcipiebat paupibꝰ errogabat. Et cū litteras ignoraret:libros diuine scripture emerat:& religiosos hospitalitate recipiens eos sibi legi faciebat:q ad extremā horā ueniens uoces in celo psallentium se audire dixit:& inter eoꝝ cantus spiritum emisit:corpore magno odore fragrāte Ad cuiꝰ tumbā rome apud sanctū petrū sepulti miracula diuinitꝰ crebrerrime fiunt. Quieuit aūt in xpo.10.caľ.ianuarii.

¶ De scō abdia propheta. LXXXVI

Abdias ꝓpheta: ut hebrei tradūt: tempore achab regis israel & iosaphath regis iuda ꝓphetauit in samaria. Hic ꝯm hebreos fuisse dicit̄ ille uir:cuius uxor relicta consilio helisei liberata est a creditoribus oleo supabundante. Et fuit abdias de trrra sichem de agro bethamar: quiquagenarius ille tertius cui pepercit helyas duobus primis cum suis quinquagenis igne celesti consumptis: qui relicto obsequio regis helye discipulus factus est. Hic dū impiissima iezabel uxor achab ꝓphetas dn̄i occideret:& centum ꝓphete in spelunca laterent:eos abdias pauit:panem & aquā sibi quotidie deferens usq; ad mortē achab: ꝓpter quod accepit gratiā prophetandi: cuiꝰ ꝓphetia dirigitur ꝯtra filios edom:qui descēderūt ab esau & filiis israel siue iacob semp infesti fuerūt: eo q̄ ipsi esau filii siue idumei gloriabantur de pluribus ꝓliis:in quibus filii iacob pugnantes cū gentibus succubuerant̄ unde & propheta nō gentiū uirtute sed dei indignatione ꝓpter peccata populi factū asseuerat: promittens filiis iuda regnum eorū ꝑpetuo duratuꝝ. Qui etiā ꝓpheta tēpore iorā regis israel quieuit in samaria : que postmodū sabasten dicta est:ubi & sepultus est helyseus ꝓpheta & ioannes baptista. Dies autem depositionis abdie a iudeis agitur.9.calen.ianuarii. Hec hieronymus & iosephus ex uoluminibus hebreorum.

¶ De sancto naum ꝓpheta. LXXXVII

Naum ꝓpheta hebreorum traditione de elchesi que est in tribu symeon ante aduentū regis assyriorum: q.x.tribꝰ israel captiuauit fuisse dicit̄. Nam & circa finē ꝓphetie sue predicti regis aduentū idem propheta nūciare uidet̄: q etiā ꝑdictis.x.tribubꝰ captiuatis tempore ezechie regis iuda ꝓphetauit:cuius uaticiniū ꝯtra niniuitas iuchit. Nam cū ionas ꝓpheta ipsius urbis subuersionem ꝑdixisset:& populo ad penitētiā ꝯuerso:deꝰ placatꝰ sententiā reuocasset. Videntes niniuite ionā fuisse mētitū diuina ingrati misericordia grauioribꝰ se criminibꝰ implicarūt: ꝓpter qđ dictꝰ ꝓpheta iudiciū dei ꝯtra ipsam ciuitatē ad futuꝝ ꝓnunciat in eiꝰ ꝓphetia. Quod qdem nedū trāsmigratis x.tribubꝰ extitit ꝯsolatio sed etiā reliquiis iuda:q sub ezechia rege ab eisdē assyriis impugnabant̄. Dū ex ꝓphete naum ꝓnunciatione didicerunt eosdē a chaldeis fore capiendos:sicut in ipsius libro legentibꝰ appatet Qui etiā ꝓpheta i diebꝰ ꝑfati regis iuda die 9.caľ.ianuarii:quieuit in pace i terra sua in qua & sepultꝰ ē. Hec hieronymꝰ & iosephꝰ Predicti duo ꝓphete ex numero.12. ꝓphetarum sunt:q minores uocant̄:q i catalogo scōꝝ ueteris testamēti nūerāt̄ ecclīastici.49

¶ De scō gregorio ꝑsbrō & mar. LXXXVIII

Gregoriꝰ martyr i ciuitate spoletana passus est tēporibꝰ diecletiam & maximiani impatoꝝ sub flacco ꝑside & tyrcano. Qui cū de mādato ipatoꝝ ipsā ciuitatē i gredi oes ad sacrificia deoꝝ ꝯpellerer:nūciat eidē gregoriū ꝑsbrm i eadē urbe xpm colere:& aliis crucifixū ꝑdicare:nec nō plurima simulacra deoꝝ destruxisse. Qui missis xxx.militibꝰ ipm ꝯphensū sibi ꝑsitari fecit: & cepit agere ut diis thura incenderet:q dū constanti animo ꝑsidis minas ut blanditias

derideret: iussit eũ colaphis cedi: deinde ip̃s nodosis fustib⁹ i dorso flagellari: & post hec eundẽ uolutatum supra uentrem similiter acrius uerberibus affligi. Et dũ hec omnia supasset fecit eum preses in craticula alligari: & ignẽ subterponi. Sed dũ sanctus gregorius orasset: terremot⁹ magn⁹ factus ẽ: qui totam concussit ciuitatẽ: & cecidit ps urbis que submerita dicit: & oppressit. 350. paganorum: ignis quoq; extinctus est: & sanctus illesus ꝑmansit. Flaccus uero & tyrcan⁹ territi fugerunt. Sedato uero terremotu fecit eum flaccus ferro uinctum i carcerẽ trudi: ubi angelo sibi apparẽte cõfortat⁹ ẽ. Sequẽti die eductus de carcere iussu presidis imolare cõtemnens cardis ferreis in genib⁹ cedi tur: deinde lampadib⁹ circa latera iflãmat. Et cum ad oĩa imobilis redderetur: mandauit flaccus tyrcano ut eũ duceret ad decollãdum ad ãphitheatrum. Quẽ tyrcanus i medium ãphitheatri duxit: ubi sancto orãte angelus domini eidem appuit: & ipsum ad celestia inuitauit: quẽ aquilinus spatarius decollauit. Et de mandato tyrcani dimisse sũt fere plurime: ut corpus deuorarẽt: que corpus itactũ custodientes adorabãt. Flaccus uero eadem hora uomẽs iteriora expirauit. Sed quedã matrona xp̃iana nomine abundãtia. 35. aureis corpus martyris a tyrcano redemit qđ aromatibus ꝯditum iuxta muros ciuitatis ad pontẽ lapideũ & riuũ q sanguinarius dicitur sepeliuit. Passus est autẽ die nono cal. ianuarii.

¶ De sanctis quadraginta uirginib⁹ & martyribus. LXXXIX.

QVadragita scẽ uirgines apud antiochiam syrie martyrium passe sunt. Que sub persecutione deciana p diuersa tormẽta & supplicia lamiate: passionis coronam a domino pcipere meruerunt nono cal. ianuarii hec in martylogio adonis.

¶ Explicit liber primus.

¶ Incipiunt capitula libri secundi.

¶Expliciũt capitula libri secũdi.

¶Incipit prologus libri secundi.

SEcũdꝰ liber p̃ntis catalogi ꝯtinet scõꝝ festa: quoꝝ festiuitates occurrunt ĩfra tẽpus ĩ quo ecclesia rep̃ntat ipsius xp̃i & ecclesie mutui cõsensus obligationẽ & m̃rimonialẽ ꝯtrectationẽ: q̃ fuit ab ĩcarnatione uerbi usq; ad baptismũ dñi. Et hoc tẽpus ecclesia designat a natiuitate saluatoris usq; ad septuagesimã: q̃n uidelicet ĩcarnationis & natiuitatis dñice festũ: necnõ actꝰ infantie: ut ẽ circũcisio: magoꝝ adoratio: purificatio: & ĩ egyptũ fugatio recolunt̃. ¶Hoc aũt tp̃s ĩ tres ꝑtes subdiuisũ est. Primo eñi agit̃ de ꝯiugio inter deũ & populũ iudeoꝝ ꝯtracto: ꝑ quoꝝ salute p̃cipaliter filiꝰ dei uenit ĩ mundũ. dicẽs matthei. 15. Nõ sũ missus nisi ad oues que perierũt domus israel. Et hoc tp̃s ecclesia rep̃ntat a natiuitate dñi usq; ad epiphaniã. In quo tp̃e ipse ꝑ humanitatẽ mũdo editꝰ mox pastoribꝰ iudeoꝝ per angelos nũciat̃: & ab eis sibi notissimus notꝰ in iudea deꝰ uisitat̃. ¶Scđo agit̃ de eodẽ cõmercio ĩter xp̃m uerbũ & gẽtiliũ populũ cõfirmato: a festo epiphanie usq; ad eiꝰ octauã ĩclusiue. In quo tp̃e dei filiꝰ magis q̃ erant primitie gẽtiũ stella appente reuelat̃: & ab eisdẽ uti uerꝰ deꝰ cũ oblatione muneꝝ adorat̃. ¶Tertio agit̃ de utroq; grege ĩ unũ ouile ꝑ xp̃m m̃rimoniũ copulato: ab octaua epiphanie usq; ad septuagesimã: in quo tp̃e ep̃le pauli legunt̃: in qbꝰ apostolꝰ xp̃m ꝑ salute iudeoꝝ & gẽtiũ aduenisse ꝓbat: & utrũq; populũ saluasse cõmemorat: & potissime in ep̃la ad romanos. Ad huiꝰ igit̃ tp̃is festa ꝑtractãda ꝓcedendũ est.

¶Finis prologi.

¶ Incipit liber secũdus a natiuitate domini usq; septuagesimã.

¶De natiuitate dñi nostri iesu xp̃i. Cap. I.

NAtiuitas dñi nr̃i iesu xp̃i s̃m carnẽ cõpletis ab adã annis v. mil. c. lxxxxix. ut eusebius in chronicis suis ponit scã est tp̃e octauiani augusti primi. Uenientẽ aũt filio dei ĩ carnẽ tanta pace totus mũdꝰ gaudebat: ut uniuerso orbi unicꝰ rõanoꝝ ĩpator pacifice p̃sideret: qa ei nascebat̃ q pacẽ pectoris & eternitatis tribueret. Voluit etiã ut ortũ suũ pax tp̃is illustraret ¶Cesar igit̃ augustꝰ uniuerso orbi p̃sidens scire uoluit quot ꝓuincie: quot ciuitates: quot castra: quot uille: quot hoies ĩ toto orbe forẽt: & .42. anno impii sui iussit orbẽ uniuersum describi. Nam ut ĩ historia scholastica dicit̃: oẽs hoies ad urbẽ unde trahebant ori

ginem pgebat:& quilibet dominiū offerens se romano subditum imperio profitebatur. Et dicebatur professio: quia ore ꝓprio fatebantur:& descriptio: quia eoꝝ nomina scribebanť. Hec descriptio prima facta ē a preside syrie cyrino: quia enim iudea in medio terre habitabilis esse dicitur prouisum est: ut in ea incoharetur:& deinde per circunstātes regiones prosequeretur. Ioseph autem de genere dauid a nazareth ī bethleem profectus est cum maria desponsata sibi uxore pregnante: potissime quia instatte eius tempore pariendi: thesaurū sibi a deo ꝯmissum noluit alicui cōmendare. ¶ Cū ergo bethleem appropinquasset ut legitur in libro de infantia saluatoris: uidit uirgo ptem populi gaudentem & partem gemētem. Quod sibi angelus exponens ait partem gaudentem eē gentilem populum: q in semine abrahe eternam benedictionem erat accepturus: gemētem uero esse plebem iudaicam: a deo suis demeritis reprobatam. Et dū ambo bethleē aduenissent propter uiatorum multitudinē hospitiis occupatis steterunt eadem nocte ī diuersorio qđ erat in cōmuni transitu inter duas domos habens opimentum: ubi ciues in diebus ocii conueniebāt: ubi & presepiū cum feno erat: ad qđ animalia in diebus fori alligabanť. In ipsa media nocte beata uirgo filium suum. viii. cal. ianuarii peperit:& eum pāniculis inuolutū super fenum in presepio collocauit. Quod fenum beata helena postmodum rome trāstulit. ¶ Circa christi natiuitatē tria sunt cōsideranda: scilicet nouitas admirabilis: ueritas infallibilis:& utilitas iextimabis. ¶ Nouitas admirabilis attendiť ex parte facti: quia deus homo factᵃ est. Nam ut dicit Bernardus ī eadem psona: eternum: antiquū & nouum mirabiliter cōuenerunt: eternum scilicet diuinitas: antiquū. s. caro ab adam trāsducta: nouum. s. anima de nouo creata. Quod autem dei uerbum idem permanēs incarnatum fuerit:& sꝫ humanam rationem transcendat: tñ aliq̃li exēplo potest ostendi. Constat enim uerbū qđ est ī mente hominis adeo occultū: quod neqꝫ uideri neqꝫ audiri: neqꝫ tangi uel cōtrectari potest. Si tñ litteris scribatur nullatenus in sui substantia ꝯmutatum: fit legibile & per consequens uisibile & audibile. In super est manibus contrectabile imo & quantum ad litteraꝝ formā destructibile reddiť. Similiter uerbum dei qđ in mente diuina eternaliter genitum est: icōmutabile permanens: qđ erat spūale & inuisibile per carneꝫ assumptam uisibile & contrectabile: imo & quantum ad humanitatem passibile factum est. ¶ Secundo attenditur ex parte modi: qꝛ natus est de uirgine & sine dolore atqꝫ pollutione matris & salua eius semper integritate. ¶ Hoc autem fuisse, quinqꝫ rationibus ꝓbatur. Primo per prophetiam Isaie. vii. Ecce uirgo concipiet & pariet filium. ¶ Secundo per figuram: hoc enim figuratum est per uirgam aaron: que floruit:& per portā ezechielis que clausa pemansit. ¶ Tertio ꝑ custodiam: Ioseph enī eo ꝙ eam custodiuit testis sue uirginitatis fuit: ut dicit augustinᵘ ¶ Quarto per experientiam. Nam ut habeť in libro de infantia. Ioseph ad uirginis puerperium ut morem seruaret patrium: duas obstetrices aduocauit. s. zebel & salome. Zebel igiť ꝑiētem considerans exclamauit uirginem pepisse: eo ꝙ nulla signa corruptiōis uidisset. Salome autē dum incredula probare uellet: cum manū apposuit: cōfestim manus eius aruit. Iussu tñ angeli sibi appentis puerum penitens tetigit:& continuo sanitatem recepit. ¶ Quinto per rationis euidentiam. Nam ut dicit anselmᵘ quattuor modis potest deus producere hominem. s. sine homine:& sine femina: sicut fecit adam. De homine sine femina: sicut fecit euam. De homine & femina: sicut cōmunis probat usus. Restabat igitur quartᵘ modus de femina uidelicet sine homine: sicut in christo mirabiliter factum est. Alioquin diuisio modi ꝓducendi in deo apparuisset iperfecta. ¶ Tertio attenditur talis nouitas ex parte temporis; Nam in temporis nouitate filius dei natᵘ ē. Et quantū ad annū quia ī anno pacis uniuersalis in toto mundo uigentis: ut dictū est:& in anno descriptionis orbis: ut per hoc daretur intelligi ꝙ ille ueniebat in carne: qui electos suos ascriberet in eternitate: ut dicit gregorius. Et quantū ad mensem quia in mēse imo in signo quo dies pūctaliter incipiūt crescere: ut ex hoc prefiguraretur qđ ioannes baptista dixit. Illū oportet crescere: me autem minui. Debet enim humana uita in se deficere: in christo proficere. Et quantū ad diem: quia in die dominica: que fuit prima dies scli: in qua lux corporalis a deo principium creaturarum producta est. Sic & die isto: qui est post seculi renouati: ille qui est lux mundi uera:& priogenitᵘ ac principiū creature dei: corporaliter natus est. Et quātum ad horam quia in media nocte: ut scilicet medio tenebrarum tpe lux noua adueniens mundi tenebras illuminaret. ¶ Quarto attenditur ex parte loci: quia natus est in bethleem qđ interpretať domus panis. Ipse náqꝫ est: qui de ipso dicit Ioannis. vi. ego sū panis uiuus qui de celo descendi ꝛc. ¶ Veritas autem ifallibilis natiuitatis dominice: ꝑ quā ipsa natiuitas cōprobatur: ostendiť per omnes creaturas. ¶ Et primo per creaturā que hēt purū eē que sūt elemēta & lapides

Primo eni declarata est. Per celum i pte orientali: nam i ipsa die natiuitatis: ut habet in chronicis: Tres soles i oriente in celo appuerunt: q paulatim in unũ corpus solare redacti sunt. Per qd innuit q unº & trini dei noticia mundo oriebat. Item i pte occidentali Nam ut ponit orosiº. Cũ romani octauianũ p deo adorare uellẽt: eo q oĩa sibi ad uotũ succedere ꝯspicerent: ille triduanam iduciã petiit: sibyllã pphetissã aduocauit: eãq sup inde ꝯsuluit. Cũ die natalis dñi i camera cesaris orarẽt: media die circulº aureº apparuit circa solẽ: & i medio uirgo puerꝝ baiulãs & litteris aureis iscriptum. Hec est ara filii dei uiuentis. Tũc sibylla octauiano aduocauit: uisionẽ ei oñdit: & puerꝝ illum ipsa die natum dixit: quẽ augusto maiorem esse asseruit: quem ipator adorans eidẽ sacrificauit: i quo loco nunc edificata est ecclesia que dr scã maria ara celi. ¶ Secundo oñsa est per elemẽtũ ignis: q ea nocte p totum orbem cũctos sodomitico uitio laborantes extixit ut dicit hieroº i glosa supra illo uerbo isaie 9. Lux orta ẽ eis. ¶ Tertio p elementũ aeris Nã ut dicit chrysostoº: Ea nocte magis sup uictorialem montẽ orantibº stella i aere de nouo pducta & coruscans appuit: que eis natum dñm nunciauit: ut tractabit in festo epiphanie. ¶ Quarto p elemẽtum aque: ut eni testat inocentiº tertiº. Fõs aque: q dr taberna emeritoria: ubi nũc est ecclesia sãcte marie trans tyberim rome ꝯsurgebat in liquorem olei uersus: tota die natiuitatis usq i tyberim pfluxit. ¶ Quito p elemẽtũ terre Scribit nãq damascenus sup illo uerbo ps. Nox sicut dies illũinabit: q istud nocte natiuitatis dñice adimpletũ fuit: que nox i hora natiuitatis eiusdẽ: uidelicet nocte media in claritatẽ diei ꝯuersa est: & qa ipsa lux ad patres: q erant in limbo descendere non poterat: terra se in pluribus locis aperuit: & per eius rimas lux ad pñes usq descẽdit: & tunc adimpleta est pphetia isa. 9. Populº q ãbulabat in tenebris uidit lucẽ magnã: que in missa noctis ipsius legit p rout ad litterã ꝯtigisse dicitur. ¶ Sexto per creaturam cõpositam: que habet putum esse: ut sunt lapides & metalla. Nam ut dicit innocentius: romani templũ pacis tempore romuli cõstruxerunt & statuam posuerunt: & petentes a diis q̃tum durare debeat: audierũt: donec uirgo pariat: quod impossibile arbitrantes: templum eternum putauerunt: ideo & in foribus scripserunt: Templum pacis eternum Hoc autem i nocte dñice natiuitatis cum idolis corruit. Legit etiam q hieremia ppheta in egyptum descendens post mortem godolie: signum regibus egypti dedit: q eorũ idola corruerent cum uirgo filium pareret.

Vnde sacerdotes idolorum imaginem uirginis filium baiulãtis in sacro loco templi statuerunt: que pphetia in nocte natiuitatis dominice adimpleta est. ¶ Septimo ostensa est per creaturam: que habet esse & uiuere: ut sunt plante. In hac enim nocte: ut scribit frater bartholomeus. Vinee engaddi preter ꝯsuetum tẽpus que .s. pferunt balsamũ frõdes flores & fructũ ptulerũt. ¶ Experimẽto pbatũ: q si pulegiũ collectũ sit in festo natiuitatis bti ioãnis baptiste i aurora diei: & ex eo factº man pulºsuet usq ad diẽ dñice natiuitatis exsiccabit sicut natura deposcit: q si manipulus in nocte natiuitatis ponat in altare: i quo prima missa est decantãda: missa que media nocte cãtet i hora natiuitatis dnice pulegiũ aridũ fuirescit. ¶ Octauo p creaturã que habet esse uiuere & sentire: ut sut aĩalia: ut eni scribit in libro isantie. Ioseph cũ maria pficiscens bethleẽ duxit bouẽ. de cuiº pcii uendiri uiueret: & asinum ut pgnãtem cõmodius portaret: Natum uero xpm ipsa duo aĩalia cognoscentes eundem flexis genibº adorauerunt: ut impleret illud isaie prio: Cognouit bos possessorẽ suũ: & asinus psepe dñi sui. Modico etiam tpe ante natiuitatem xpi: ut ponit eusebius: boues arantes bubulco dixerunt: hoies deficient & segetes pficient. ¶ Nono ostensa est p creatura: que habet esse uiuere sentire & intelligere: ut sunt angeli hoĩes & demones. Nã ut dr luc. 2. Dum pastores circa turrem gregis hora natiuitatis dñice sup gregem suũ uigilarẽt: ut de more antiquoꝝ pastoꝝ fuit: in utroq solstitio estiuali. s. & hyemali facere: angelº dñi ilꝭ cũ nimia claritate appuit: eidẽ natũ saluatorẽ nũciauit: & ut ad eũ uisitãdũ pgerẽt admonuit: & subito fcã est cũ ãgelo multitudo militie celestis laudãtiũ & dicentiũ: Glia i altissimis do ꝛc. ¶ Item onsa est p homines fideles & ifideles: nã fideles pastores sũmo diluculo ad uerbum natũ uidendũ festinarũt: & que dcã erãt illis: uera cognouerunt: & mirati redeũtes eiusdem natiuitatis testes fuerunt. Item & pphete oẽs ueteris testamenti: q huius natiuitatis nuncii & pcones extiterunt: ipsamq futurã infallibiliter uerissimis oraculis pdixerunt: que p singula narrare nõ est opº. ¶ Itẽ cognita & manifestata fuit etiã p ifideles. De hac natiuitate balaã ariolº pphetauit nũeri. 24. Oriet stella ex iacob ꝛc. Item uirgiliº i bucolicis. Magnus ab itegro sclorꝝ nascit ordo. Iã redit & uirgo: redeunt saturnia regna. Et noua pgenies celo demittit alto ꝛc. Itẽ sibylla erythrea que fuit tempore troianoꝝ iter cetera ait. In nouissimis ãt tpibus hũiliabit deº & hũanbit ples diuina: iacebit i feno agnº: & officio puellari educabit deus & homo ꝛc.

Item scribitur in ɔmento boetii de discipli-
na scholastica sup illo uerbo: platonis pro-
bata diuinitas: ꝙ in tūba platonis repta est
lamina aurea: in qua scriptū erat. Credo ī fi-
liū dei nasciturū de uirgine passurū pro hūa-
no genere: & die tertia surrecturū. ¶ Itē ma-
nifestata est ꝑ demones: Refert thimotheus
historiographus: se ī antiqs romanorū chro
nicis inuenisse ꝙ octauian⁹. xxxv. anno im-
perii sui capitoliū ascendit: & qs post se rē
publicā gubernaret a diis quesiuit. Et res-
ponsū est sibi: ꝙ puer hebreus ex deo uiuē
te ante scl'a genitus: non multū post ex inta-
cta uirgine nasciturus. ¶ Vtilitas aūt in ex-
timabilis ē nobis collata ꝑ christi natiuita-
tem. Prio q̄tum ad demōis ɔfusionē. Nā an-
tiquus hostis nobis: ut ante: preualere non
pōt: unde legiť ꝙ hugo cluniaceñ in uigilia
natiuitatis dñi uidit beatā uirginem filium
in ulnis gestantē: & de festo natiuitatis filii
ɔgaudentē: atq̧ inimico nr̄o: qui āte hūc di
em hoībus ꝑualebat: insultantē. Ad quā uo
cem diabolus de humo erupit & uerba dñe
exprobrare cepit. Sed mētita ē iniqtas sibi
qa ab oratorio fratrū deuotio: a refectorio
lectio: a dormitorio stramēū uile: a caplo
patiā ipm eiecit. ¶ Secūdo ad uenie īpetra-
tionē unde cū meretrix lasciua de uēia des-
peraret: que ad penitētiā redire uolebat: co
gitans de iudicio reputabat se ream de īfer-
no se dignam: de pādiso se īmundā: de passi
one ingratam. Cogitās aūt ꝙ pueri de facili
placanť: puerum iesum ꝑ ei⁹ infantiā adiu-
rauit: & ante xp̄m deflēs uocem de sua uēia
audire meruit. ¶ Tertio ad morbi curatio-
nem. Nā ut dicit Bernard⁹ triplici morbo la
borabat gen⁹ humanū. Natiuitas erat īmun-
da: uita puersa: mors ꝑiclosa: uēit xp̄s: cui⁹
natiuitas nr̄am purgauit: cui⁹ uita nr̄am in
struxit: cui⁹ mors nr̄am destruxit. ¶ Quar-
to ad supbie hūiliationē. Nam supbia primi
hoīs fuit contra deū: qa ei⁹ preceptū ɔtēpsit
usq̧ ad deū: qa usq̧ ad appetitū diuinitatis
se erexit: supra deū uolēdo: qd̄ deus noluit.
At fili⁹ dei: ut dicit dama⁹: hūiliauit se pro-
pter hoīes: qnia uenit pp eorū salutē: usq̧ ad
homines ꝑpter nascendi modū ɔsilem: & su
pra homines ꝑpter natiuitatis modum sin-
gularem. Hec damascenus.

¶ De sancta anastasia martyre & sociis. II.

Anastasia nobilissima romanorū
filia pretexati illustris & gētilis
a matre sua fausta xp̄iana & a sā-
cto chrysogono in fide xp̄i eru-
dita est: que tpe diocletiani mar
tyrium passa ē. Nam tradita publio pagano
in ɔiugē: langorē simulās se semper ab eius
cōsortio abstinebar. Sed uir audiēs eam cū
una ancilla xp̄ianis carceratis necessaria mi
nistrare: eā in artissima custodia reclusit: ita
ut etiā alimoniā denegaret. Que uincta scō
chrysogono amarissimas epistolas destina-
bat: ille uero ɔsolatorias remittebat. Inter
hec uir ei⁹ moritur & sancta a carcerib⁹ li-
berať. Hec habebat. iii. ancillas & sorores
uirgines. s. agapen: thioniā & hyrenē: Quas
urbis prescūs dulcius uti christianas tenuit
& eas nolētes ɔsentire sibi nec diis sacrifica-
re martyriū pati fecit: ut habebiť. iii. noñ a-
prilis. Post quarū passionē anastasiā de ɔsēsu
su diocletiani ɔprehēdit: ut si eam sacrifica-
re faceret in ɔiugiū haberet. Quā cū ductā
in cubiculū āplexareť subito cecus efficitur
& ad deos accedēs si a cecitate liberari pos-
sit sciscitať. Qui eos contra se idignatos au
diuit: eo ꝙ anastasiā ɔtristauit. Et rediēs do
mū inter manus ducentiū expirauit. ¶ Post
hec anastasia ab eius successore decrēta est.
Qui audito ꝙ multas passiōes haberet: eidē
suadere cepit: ut si uellet libere xp̄ianitate
pfrui possessiones suas sibi daret: & tunc ue
ra xp̄iana eēt: eo ꝙ xp̄s omia erroganda iuf
sisset. Que cū eidem respōderet: facultates
paupibus: nō autē diuitibus errogādas: di-
ro carceri fame crucianda tradiť: sed a san-
cta Theodora: que iā ꝑ martyriū passa fue
rat: duob⁹ mēsibus celesti pane reficiť. Tan
dem cū ducētis uirginib⁹ ad īsulas palma-
rias ducta ē: ubi multi xp̄iani fuerāt relega-
ti. Inde post aliquot dies a ꝑfecto reuocata
& ad palos ligata ignib⁹ ɔcremať: ceteri ue
ro diuersis suppliciis pimūť. Inter quos u-
nus erat q pluries diuitiis spoliat⁹ dicebat:
saltē xp̄m sibi auferri nō posse. Corp⁹ autē
sancte anastasie in ei⁹ uiridario quedā apol
lonia sepeliuit: ubi postmodū in ei⁹ honore
ecclesia fabricata ē. Passa est aūt. viii. calen.
ianuarii circa annū dñi. 280.

¶ De scā eugenia uirgine & martyre. III.

Eugenia filia philippi nobilissi-
mi romanorū fuit tpe ualeriani &
galieni īpatorū: q quidē philip-
pus a senatu prefectus alexādrie
ɔstitut⁹ claudiam uxorē suam: &
filios auitū & ꝑgium ac filiā eugeniā secū
duxit. Que eugenia una cum ꝑto & hiacyn
tho eunuchis & ꝑuis suis studēs: omnib⁹ li
beralib⁹ artib⁹ erudita: anno. xv. etatis sue
ab aqlino aqlini ɔsulis filio ī ɔiugiū peti ē
sed ipse ab eadē in uirū cōtemniť. Et dū in li
bris apostoli studuisset animo iā xp̄iana ꝑ-
tum & hiacynthū ɔuertit. Et assumpto hitu
uiri ad monasteriū monachorū: qd̄ erat ex-
tra ciuitatē alexādrie: quib⁹ ꝑmittebať a pa
ganis ibidem habitare: ipsa accessit: & se ui-
rum simulās cum proto & hiacyntho fieri
monachus postulauit. Quā abbas helenus
per spiritū feminā cognoscēs eā nihilomin⁹

de uirili animo cōmēdauit: & ipsam una cū socus monachos fecit: que i dei timore pmā sit: & eugenius uocat⁹ in scitate uite pseue rans: post abbatis obitū in regimine succes sit. Parentes igit̄ eam dudū reqrentes & nō inuenientes lugebāt: sed uates gentiliū patri uaticinant̄ filiam & socios inter deos trāsla tos. Qua de re pater filie imaginem fecit: & eam ut deā adorari mandauit. ¶ Temporis pcessu dū matronā melāthiam noie eugenia oleo pungens a qrtana liberasset. Illa fratrē eugeniū uirū eē arbitrans: eūq; sepi⁹ uisitās in ei⁹ amorem exarsit: & cogitans qualiter secū cōmisceri posset: langorem simulans p eo misit. Quē tāq̄ uirū dū illa osculis & am plexib⁹ ad ꝯcupiscentiā puocaret: eiq; amo rem suum panderet: & ille sermonib⁹ & acti bus facinus oimode recusaret: ꝯfusa mulier & dubitans ne eugeni⁹ factū pderet & sic ue recundiā ipsa icurreret: clamare cepit: q̄ se eugeni⁹ uoluerit uiolare: prefectūq; philip pum adiit: & de crimine eugenium accusa uit. Tunc pfect⁹ ira accensus tam ipsā q̄ cū ctos xpianos reptos ꝯphendi iussit: diemq; statuit: quo oēs interirent morsib⁹ bestiaꝝ. Eugeniūq; sibi astantē iterrogat: an christ⁹ adulteria doceat. Cūq; hoc uirgo cōmisisse negasset: & melāthia seruos & ancillas put ab ea docti fuerant: testes adhibuisset. Euge nia p defensione ueritatis: & ne christianum nomen falsitate ꝯfundaret: a sūmo usq; deor sum coram pfecto uestem scidit: & se feminā esse ostendit: eugeniam uidelicet philippi fi liam & socios ptum & hiacynthū omnibus declarauit. Moxq; pater filiam cognoscens cū matre & fratrib⁹ i ei⁹ amplex⁹ irruit: & pgaudio lachrymas fudit. Melāthia autem cum omibus suis a fulmine interempta est. Sicq; eugenia parentes & fratres ad fidē cō uertit: unde & philipp⁹ pfecturā deserens a xpianis eps ordinat̄: quo p martyriū assum pto ✝ claudia cū filiis & eugenia romam re diit: ubi & uirgo multos ad xpm conuertit Quā pfect⁹ nicenus tentā fecit adduci ad tē plum diane: ut sacrificaret. Sed dū eugenia orationē fudit: templū cū idolo subuersum est multis paganoꝝ eam clamantib⁹ innocē tem: iussu igit̄ psidis ligato saxo ad collum eius i tyberim iactat̄: sed sup aquas manens minime mergit̄: inde i fornaces thermarum mitti: sed igne extincto illesa educit̄. Post hec p dies. 20. sine lumie & cibo carceri mā cipata: sed a xpo eam celesti pane reficiente ꝯfortata ē: q die quo ad terras descēderat: p misit eam ad celestia subleuare. Die igit̄ na talis dni misso spiculatore a pfecto i carcere decollat̄: uidelicet. 8. cal. ianuarii. Cui⁹ cor pus a xpianis iuxta urbē i pprio pdio sepul tum est. Ad cuius tumulū dū mater oraret: eidem appparuit: eamq; ꝯfortans die dnico pximo i xpo pausaturā nunciauit. Que die sibi pdicto ad xpm migrauit: & a filiis ✝ ad iuto ✝ & sergio iuxta eugeniā sepulta est: q & post tēpus multis paganoꝝ ꝯuersis quie uerunt in dno: sepulti & ipsi a fidelib⁹ iuxta matrem & germanam.

¶ De sancto stephano ptomartyre. IIII

annos. 3. mensem. i. dies. 21. Hic
ꝯstituit: ut ep̃i maxime utilitatis
uel necessitatis cã possint trãsferri de sede i se
dem. Hicq; gesta martyꝝ a notariis diligen-
ter exq̃siuit: & i ecclesiis recõdidit legẽdas.
Et hic sub maximino augusto martyrio co-
ronat̃. Sepult⁹ q; ẽ cũ collegis suis i cemite-
rio calixti: uia apia. iii. noñ ianuarii. Et ces-
sauit episcopatus dies. viii.

¶ De scã genouesa uirgine. XXXVIII.

GEnouesa uirgo parisieñ anno. vi.
martiani ĩpatoris claruit: ut ait
sigibert⁹. Hãc puellulã dũ in do
mo paterna sanctus german⁹ pa
risieñ ep̃s: uadẽs ad synodum cõ
ĩpexisset: p̃phetico spiritu p̃nũciauit: eã ma
ximã in scitate futurã: eãq; tũc de pudicitia
docẽs ad p̃positũ uirginitatis icitauit. ¶ Dũ
aũt die quadã p̃hibente matre oĩno ad eccle
siaꝫ ire uellet: & mater ipaꝫ alapa p̃cussisset:
subito lumẽ oculoꝝ amisit. Quod puella
uidẽs: & matri condolẽs: ac reã se crimis re
mordens: aquã de puteo haustam inuocato
xp̃i nomine oculis genitricis ĩfudit: & ma-
ter ꝯfestim recupauit uisum. Dũ aũt in xp̃i
uirginem dedicata fuisset: & ieiuniis ac ora-
tiõibus uacaret: ex longa carnis tabefactiõe
leprã incurrit: quã pluribus annis patiẽter
p̃tulit: sed demũ a xp̃o mundata est. Et dum
scĩ dionysii basilica fabricaret̃: & calce defi
ciente operarii laborare nõ possent: & ex hoc
dieb⁹ multis uacare ab ope necesse esset: ora
tiões uirginis effusa: camerã quam existima
bant uacuã adierunt: & eã calce miraculose
plenam inuenerunt: & sic in edificio p̃cesse-
rũt. ¶ Sed & sitiẽtibus operariis uirgo cup
pam uini porrexit: de quo refectis omnib⁹:

usq; ad ɔpletam ecclesiam nō defecit. Mul-
tos ab imūdorum spūum oppressione libe-
rauit: & aliis insignib⁹ miraculis renitēs: in
pace qeuit 5. noñ ianuarii apud sanctū dio-
nysium sepulta.

¶ De scō petro aulano martyre. XXXIX.

PEtrus martyr passus est in ciuitate
aulana tpe diocletiani & maxia-
ni impatoꝝq; alio nomine balsa
m⁹ uocat⁹ est. Hic a preside seue
ro tētus: dum se xpicolā confes-
sus esset crucis supplicio affixus: interēptus
est: uere petri apostoli effectus heres nomi-
nis ac imitator passionis. Cui⁹ passionē tran
stulit anastasius apostolice sedis bibliothe-
carius: ut scribit frater uicentius: qui passus
est. 5. noñ ianuarii.

¶ De sancto daniele martyre. XL.

DAniel leuita & martyr padue qe
scit corpe in ecclesia cathedrali.
Quod qdē hoc modo reptum ē.
¶ Anno eni dñi. 767. hic sanctus
appuit cuidā ceco ī tuscia existē-
ti mones: ut si illumiāri uellet ad corp⁹ suū
uisitandū paduā accederet: seq; danielē mar
tyreʒ nominauit. Qui paduā uenies & nihil
de scō inuenire uales: eo ꝙ ciuitas a longo-
bardis nuper dieb⁹ illis euersa fuerat: & di-
ruptis ecclesiis legende scōruʒ dispse: se de-
lusum putauit. Et dum ī ecclesia scē iustine
oraret: eidē ceco sanct⁹ daniel denuo appu-
it & ipsum illuminauit: ac locum sepulture
demōstrauit. Illicq; cōtinuo epō ioanni & ab
bati scē iustine: iam miraculum q̄ uisa nun-
ciauit. Qui congregato clero & populo: lo-
cum effodiētes: corpus martyris iuenerūt:
iacens sup ligneā tabulam ad instar sue lon
gitudinis supinū & extensum: hñs sup se ali
am marmoreā tabulā eiuidē longitudis cū
inferiori cōfixam clauis: uidelicet ferreis e-
normib⁹: caput martyris: pect⁹ & uentrem:
ac oīa transfodientib⁹ mēbra: & binas tabu
las colligētibus: que oīa qualiter a gētilib⁹
passus fuerat: euidēti⁹ ostenderunt. Sanguis
uero a corpe diffusus ita recens ī tabulis ap
parebat: acsi tūc ex uulneribus stillaret. Et
ex parte exteriori sculpt⁹ titulus legebatur.
Hic reqescit corp⁹ sci danielis martyris & le
uite. Quo autē tpe uel qua die seu sub quo
passus fuerit iudice aliter ignorat. ¶ Leuā
tes igit inde corp⁹ ad ecclesiam maiorē dei
genitricis transtulerunt: & ibidē honorifice
condiderūt: ubi & qescit miraculis fulgens.
Et quia passionis eius festum ignotum est:
festum ipsius martyris agit padue die: qua
corpus eius inuentum est: uidelicet terno
noñ ianuarii.

¶ De sancto theogene martyre. XLI

THeogenes martyr filius epi xpia-
ni: passus ē sub licinio impatore
in cyzico: que erat prima ciuitas
hellespōti. Qui ɔprehēsus & per
ductus ad legionē: que dicebat
ꝑa traiana. dum se xpianū ɔfessus esset: in q̄t
tuor palis extēsus: & fustib⁹ cesus ē diuti⁹:
donec. 18. centuriones sup eum mutarent.
Deinde in carcerem missus & in neruo extē-
sus: quattuorq; clauis ɔfixus ē: ubi ab ipso
xpo cū sanctoꝝ multitudine sibi appentib⁹
confortat: quos & ipsi custodes audierunt
psallentes. Inde educt⁹ & tribuno suo prešē
tatus: iussus est ab eo in mare mergi. Sed dū
mergeret: lux maxima super eum refulsit:
que oculos mergentiū excecauit. Postq̄ aūt
ipi ad christi fidē conuersi fuerūt: & bapti-
mū susceperunt: post dies. 9. lumē eis restitu-
tum est. Corpus autē martyris a fluctibus
ad littus iactatū: & a xpianis reptum: sepul
tum ē iuxta muros ciuitatis in uilla: que di
citur adamāti. Qui passus ē. 2. noñ ianuarii.

¶ De sanctis prisco prisciliāo & benedicta
martyribus. XLII.

PRiscus presbyter: & priscilian⁹
clericus: atq; benedicta religio-
sa rome martyriū passi sūt. Qui
sub impatore iuliano apostata:
xpianoꝝ imanissimo psecutore
ɔprehensi & ī confessione nois xpi: gladio
triūphū iplcuerūt. 2. noñ ianuari. hec ado.

¶ De sancta darfosa martyre. XLIII.

DArfosa martyr rome passa ē tē-
poř decii cesaris. Que fuit uxor
sancti fabiani pape & martyris.
Qui diuinit⁹ p colūbam elect⁹:
ut in ei⁹ passione dicet. xiii. cal.
februarii: uxorem dimisit. Et post eius mar
tyrium darfosa sanctissima in castitate pma-
nens: primū exilio relegat. Deīde a prefato
principe capite iussa ē puniri. a. non ianua-
rii. ut dicit in martylogio adonis.

¶ De scīs aqlino & sociis martyri. XLIIII

AQuilinus: geminus: eugentius:
martianus: quint⁹: theodorus: &
triphoni⁹ martyres: apud aphri
cam sub psecutione uandalica p̄
clarissimo martyrio corōati sūt
2. non ianuarii: ut dicit ado.

¶ De scō symeōe mōacho & ɔfessore. LXV

SYmeon monach⁹. 40. ānis apud
antiochiā in colūna quadā con
caua stetit iclusus: mira uite sci-
tate & penitētia clarēs. Hic a scō
timotheo abbate: primū mona-
chus factus ē. Semel ī hebdomada cibū sū-
mens: panē uidelicet solum aut herbaꝝ radi
ces cum aqua tantū. Funeq; colligat⁹ adeo
corp⁹ artauit: ut carnes ei⁹ circa ligaturas

putrefierent: uixq; iussu abbatis hoc sentiētis se solui pmisit. Deide relicto monasterio ad desertum accedens: i puteo sicco pluribꝰ annis mirā penitentiā egit. Postea in colūna 12. cubitoꝝ sibi a populo ꝓpe ciuitatē edificata: reliquo uite sue tpe uidelicet annis. 40 pmansit: & adeo artissimā pniam egit: q; femur ipsiꝰ putrefactū ē ex nimia tabefactōe. Anno integro sup pedē unū imobilis stetit. Multa quoq; miracula deꝰ p ipm ostendit. ¶ Nā cū populꝰ a dracone igentissimo uexaret: orōne scā: dū draco ipetu nimio uersus ciuitatē moueret: grossissimo ligno oculuʒ eiꝰ itrante: & oculo draconis erupto: draco uelocissime rediens: desta petiit: sicq; populū ab eiꝰ isestatiōe liberauit. ¶ Mulierē: que i potu spentē trāsglutierat: spentē euomere fecit. Et piclitanti populo nimia siccitate: aquā abūdāter d' terra ꝓduxit. Sicq; i colūna manēs post uitā mirabilē stādo spiritū emisit. Quē abbas antoniꝰ ueniēs uisitatū: dum eū prio stantē reppit: orare putauit: sed accedens ꝓpiꝰ: illū migrasse cognouit: & sepeliuit. In cuiꝰ exeqis aues circa corpus uolitantes: q̄si uocibꝰ eum deflebāt. Sepultusq; est apud antiochiam miraculis clarens: quieuit autem in. x. die noñ ianuarii.

¶ De scō thelesporo papa & martyr. XLVI

Thelesporꝰ papa & martyr natiōe grecꝰ ex anachorita: sixto primo pape i epatu romano successit: & edit ānos. ii. mēses. 3. dies a. Hic ꝯstituit: ut missam ante tertiā nullus psumeret canere: q̄ hora dñs nr̄ sm euāgeliū marci ascēdit i crucē. Et in missaꝝ solēnis diebꝰ celeberrimis hymnū angelicuʒ decātari pcepit. Et i natale dñi tres missas istituit celebrādas. Primā i galli cātu tā nocte media ꝓximāte: qñ xp̄s i bethleē nasci dignatus est. Secundā illucescēte aurora: qñ i cunabulis adoratꝰ ē a pastoribꝰ. Tertiā i hora diei tertia: qñ illuxit nobis dies redēptionis nr̄e. Hic etiam ꝯstituit. 7. hebdomadis añ pascha potissime oēm cleꝝ ab esu carniū & i ieiuniis abstiere: ut sicut discreta deberet uita elericoꝝ a laicoꝝ ꝯuersatione: sic & ieiuniū. Has aūt. 7. hebdomadas oēs elerici nō i delitiis ieiunēt. Et hic sub antonino ipatore martyrio coronatꝰ. Sepultꝰ est cū fribꝰ suis in uaticāo iuxta corpꝰ bti petri noñ ianuarii. Et cessauit epatus dies septem.

¶ De epiphania dñi nostri. XLVII

Epiphania dñi triplici miraculo decorat. Hodie eni magi xp̄m adorant. Ioānes saluatorē bapti zat: & aquā in uinū dñs i nuptiis mutat. Pro quoꝝ utro meruit epiphania nomiāri: ab epi quod est supra: & phanes apparitio: q̄si supna apparitio. Stella eni desup apparente xp̄s magis demōstratur. Et colūba spūssancti desup descendēte iesus baptizatus dei filius patris uoce inclamatur: & aqua in uinū miraculose transmutata: xp̄i iesu gloria manifestat. Hoc autem annoꝝ reuolutione factū est. Nam xp̄s dieꝝ 13. a magis est adoratus. Deinde annoꝝ. 30. & totidem dieꝝ est in iordane baptizatꝰ. Et post hec anno reuoluto eodē die fuit ad nuptias ioānis euangeliste inuitatus: ubi aquā diuina potentia cōuertit in uinū. Sed quia i hoc festo ecclesia principaliter instat circa magoꝝ adorationē: iō & huiusmōi materia ꝓsequēda est. ¶ Et nota: q; quia xp̄s rex pacificus uenit in mundū: ut pacem faceret: & pacem adduceret: ipse est eni pax nr̄a sm apostolū: ideo triplicem pacē homini adduxit. s. pacem tēporis: pectoris: & eternitatis. Propter hec tria necesse fuit: ut eēt rex: deꝰ & homo. Nam fuit necesse: ut esset pro pace tpis rex uniuersalis. Pro pace eternitatis deus imortalis. Et pro pace pectoris homo tēporalis. Iccirco in historia huiꝰ festiuitatis ꝓbatur: q; xp̄s fuit rex uniuersalis: & deꝰ immortalis: & homo tēporalis. Et hec tria ut dicet. figurata fuerunt in triplici munere sibi a magis oblato. Nam aurū decet regiam dignitatem: thus diuinā maiestatem. & myrrha humanā mortalitatem. ¶ Naro ergo domino: tribus magis in oriente positis super mōtem uictorialem orantibus: & aduētum stelle a balaā chaldeo in ortu xp̄i manifestā de expectantibus: noua stella apparuit: ut dicit chrysostomus: habens in medio formā pulcherrimi pueri: in cuiꝰ capite crux splēdebat: & audita est uox magos alloquens: ut in iudeā pergerent: & ibi natum pueꝝ inuenirent. Qui susceptis muneribꝰ stella eadem ductrice: iudeā uenerunt: hierosolymā intrantes: stelle uisionem amiserunt: regem iudeoꝝ natum quesierunt: eūdem nasciturū in bethleem ꝓphetico testimonio didicerūt: quo p gentes stelle ducatum recupauerunt: eadem stella duce ad pueꝝ natū deuenerūt: ipm adorauerūt. tria munera obtulerūt: ad moniti in sōnis p uiā aliā i patriā redierūt. ¶ Ostēdit ergo ex his primo: q; xp̄s est rex uniuersalis. Et hoc patet. Primo qa ex regibus generatꝰ: & i regia ciuitate natus: q; eni ex regibus israel sit p carnem genitꝰ: ondit mattheus euangelista i pricipio sui euangelii: āteq̄ deueniat ad historiā magoꝝ dicens Liber generatōis iesu xp̄i filii dauid ꝛc. Iōq; uoluit xp̄s i bethleem nasci: que est in tribu iuda: & appellat ciuitas dauid: eo q; ipse uiuerꝰ rex iudeoꝝ eēt de domo & familia dauid: p carnis generationem ꝓpagatꝰ. Ideoq; additur ꝓpheta michee. Et tu bethleem terra iuda ꝛc. In qua ad litterā ostendit: q; xp̄s

uerus rex iudeorum: qui populũ israel i uirga uirtutis erat recturus: in ipsa ciuitate fuerat nasciturus. ¶ Secũdo quia ab amicis principibus uisitatus. De more enim principũ seculi est: q rex de nouo regnum acquirẽs: ab amicis regibus eiusdẽ coronationi ꝯgaudentibus uisitetur. Sic & christus nuper per carnem assumptam regnum mũdi igrediens: & principẽ huius seculi foras eiiciens: ab amicis regibus nedum personaliter uisitatur: sed etiam muneribus honoratur. Qui licet appellentur magi fuisse: tñ reges a doctoribus asseruntur: & dicuntur ſm quosdam q fuerunt primo magi idest malefici: sed postea conuersi sunt. Re uera aũt magi idest sapiẽtes. Naz magus psice hebraice scriba dicitur: grece philosophus: latine sapiens: uenerunt autem ab oriente hierosolymã in .xiii. diebus ſm remigium miraculose & preter naturaz: quoniã puer ad quem pperabant: eos in tã breui spatio ducere poterat: uel dic ſm hieronymũ: q super dromedarios uenerũt: qđ est animal uelocissimũ: qđ tantũ currit uno die: q̃tũ equus i tribus: & dicitur a dromos qd est cursus & areti uirtus: quasi uirtuosus in cursu: uenerunt autez hierosolymã ppter tres ratiões. ¶ Prima fuit quia magi tempus natiuitatis christi agnouerũt: sed locũ ignorantes existimauerunt nouũ regem natũ in ciuitate regia reperturos: que erat hierusalẽ. ¶ Secũda ut citius natiuitatis locum discere possent: cum ibi sapientes iudeorum residerẽt. ¶ Tertio ut iudei inexcusabiles essent: qui locum quidem nascentis agnouerant: sed de tpe se nescios pretendere potuissẽt: unde magi iudeis ostenderũt tps: & iudei magis locum. Ex quo redarguitur iudeorum negligẽtia: dũ illi uni prophete credunt: isti pluribus nõ acquiescunt. Illi inquirunt regem alienũ: isti ꝯtemnũt pprium. Illi uenerũt e longinquo: isti manserunt e uicino. Venerunt autem & quesierunt illum dicentes. Vbi est qui natus est &c. His uerbis ut dicit remigius in originali. Verum regem: uerũ hominem: & uerum deum confessi sunt. Verum hominem: cũ dixerunt: ubi est: q natus est. Verum regẽ: cũ addunt: rex iudeorum. Verum deum: cũ cõcludunt: & uenimus adorare eum: cum solus deus debeat adorari. Tertio quia ab emulis formidatus. Timuit eni eũ rex herodes eius inimicus eisdem magis nunciantibus christũ: quare audiens herodes rex: turbatus est. Et hoc triplici de causa. Prio ne iudei suũ regẽ natum reciperent: & se alienigenã expellerent. Fuit eni primus alienigena: qui iudeis dominatus est. Secũdo: ne a romanis culpari posset: si aliquis ibi rex uocaretur: quem augustus nõ ꝯstituisset. Tertio: ut dicit gregorius: quia nimiorum terrena altitudo ꝯfunditur: cum celsitudo celestis aperitur. ¶ Turbata est & omnis hierosolyma cuz illo triplici de causa. Primo: quia impii nequeũt gaudere de aduentu iusti. Secũdo: ut regi turbato adularentur se turbatos ostẽdentes. Tertio: quia timuerunt: ne ꝓsente & uẽturo rege ad inuicem certantibus: ipsi in pturbationibus inuoluerentur. Tunc herodes principibus cõuocatis: sciscitabatur ab eis: ubi xps nasceretur Et ppheta michee in mediũ pfertur: q xps in bethleem sit nasciturus. Quod cũ audisset: conuocatis magis didicit ab eis tempus stelle: que apparuit eis: eosq; i bethleẽ ad requirendũ puerum destinauit: & ut eũ repertum sibi nunciarent rogauit: simulãs se adorare uelle: quem pdere cupiebat. ¶ Secũdo ostenditur: q est deus immortalis. Primo in noue creature productione: quod soli deo ptinet. Stella enim illa: que magis apparuit: fuit de nouo creata: que peracto suo officio in preiacẽtem materiam est reuersa. Et hoc ut plurimum doctores tenent. Hec autẽ stella ab aliis differebat i sex: quarum tres differẽtias primas assignat fulgentius: & alie tres tanguntur in glosa. Primo enim differebat in situ: quia non erat localiter in firmamento celi: sed pendebat in aere proxima terre. Secundo in fulgore: quia ceteris erat splendidior. Nam sole meridie fulgente lucidissima apparebat. Tertio in motu: nõ enim mouebatur motu circulari: sed precedebat magos motu progressiuo more uiatoris: & cũ stantibus quiescebat. Quarto in origine: qa alie facte sunt in mundi principio: hec autẽ modo. Quinto in officio: quia alie facte sũt: ut sint in signia & tẽpora: hec autem ut prebeat magis uiam. Sexto in duratione: quia alie facte sũt ppetue: hec aũt rediit i materiã ꝓiacentem officio suo cõpleto. ¶ Secundo ostenditur deus in secretorum & futurorum cognitione: cognouit enĩ xps: qd herodes facturus erat: iõ & magos ad eum mittere uoluit. Cognouit etiã: q se non adoraturus: sed occisurus cogitabat: iõ p aliã uiã redire ꝓcepit. ¶ Et nota: q cum magi hierosolymã ingressi sũt: stelle ducatum amiserunt ppter tres rõnes: ut dicit glosa. Primo: ut de loco natiuitatis xpi querere cogerentur: ut sic de eius ortu certiores redderẽtur: tam per stelle apparitionẽ q̃ p pphetie reuelationẽ. Secũdo quoniã iuste querentes humanũ auxiliũ: amiserunt diuinum. Tertio: qa sicut dicit apostolus: prophetia fidelibus: signa ĩfidelibus data sunt: iõ signũ istis gentilibus datũ: iter iudeos fideles eis apparere nõ debuit. Cum aũt de hierusalẽ ẽgressi fuissẽt: stella añtecedebat eos: usq; dũ ueniens staret supra: ubi erat puer. Quã uidentes illi gauisi sũt gaudio magno ualde ¶ Tertio in magorum adoratione. Nã itrantes

domū iuenerunt puer᷑ cū maria matre ei⁹: & ꝓcidentes adorauerunt eū. In quo ōndif uerus de⁹: qa ꝓceptū erat: ut nullus adoraref: nisi solus de⁹: ut dictū est. Eidē quoq; mūera obtulerūt: uidelicet aur᷑: th⁹: & myrrham: obseruantes i hoc antiquū legis ꝓceptum. Nō appebis in ꝯspectu meo uacuus. Hec aūt munera i spē obtulerunt ꝓpter q̄ttuor rōnes. Primo: qa ut dicit bernard⁹ btē uirgini aur᷑ obtulerunt: ꝓpter iopie subleuationē: th⁹ ꝯtra stabuli fetorem: myrrham pp membror᷑ pueri ꝯsolidationē & uermiū expulsionē. Scđo: ut dicit aug⁹: quoniā aur᷑ ad tributum: thus ad sacrificiū: myrrha ad sepulturā ptinet. Per hec itimantes: q̄ i xp̄o ꝯfessi sunt regiā potestatē: diuiā maiestatē: & humanā mortalitē. Et hec ē cōis rō doctor᷑. Tertio ut dicit maxius: quoniā i auro ōndif captiuitatis nr̄e redēptio ꝓciosa: in thure demonū supstitio cessatura: & futur⁹ uere religiōis cult⁹ apif: i myrrha uero: q̄ exanimata solent corpa ꝯsuari: ꝓfiguraf carnis nr̄e repatio & resurrectio mortuor᷑. Et hec oia p xp̄m futura erāt. Quarto: ut dicit greg⁹: & ē rō moralis: ut ex hoc significef: qđ xp̄o ꝯferre dēam⁹. Auro nāq; sapia designaf: salomōe attestāte: q ait: Thesaur⁹ desiderabilf regescit i ore sapiētis. Thure aūt: qđ deo im pēdif: uirt⁹ orōnis exprimif: psalmista attestante: q ait: Dirigaf orō mea sicut icensū in ꝯspcū tuo. Per myrrhā uero carnis mortificatio figuraf. uñ & scā ecclesia de suis oparīis usq; ad mortē ꝓ deo certātib⁹ dicit. Manus mee destillauerunt myrrhā. Nato ergo regi aur᷑ offerimus: si in ꝯspectu illius claritate supne sapientie resplendemus. Thus offerimus: si cogitationes carnis per sancta orationum studia in ara cordis incendimus: myrrhā offerimus: si carnis uitia per abstinentiā mortificamus: hec gregorius. ¶ Tertio ostenditur: q̄ est homo tēporalis. ¶ Primo quia ut homo uoluit nasci & educari: iō īuenerunt puerum cum maria matre eius. ¶ Secundo quia ut timens mortem uoluit occultari: quā naturaliter homies fugiunt. Ideo cum sicut deus presciuisset: q̄ herodes eum querebat occidere: ut homo uerus uoluit in egyptum aufugere. ¶ Tertio quia amans societatem uoluit a coetaneis sociari: homo enim naturaliter diligit societatē: cuȝ sit aial sociale: ut dicit philosophus: & maxime appetit consortium coetaneor᷑. Ideo christus uoluit a pueris innocentibus & coetaneis associari: cuius fidei preconium nō loquendo: sed moriendo confessi sunt: & flores martyrium extiterunt: ut dicit augustinus. & celebratur dies epiphanie ab ecclesia. 8. idus ianuarii: quo die iidem magi christum adorasse creduntur.

¶ De sanctis gaspar balthasar & melchior magis. XLVIII

Gaspar: balthasar & melchior fuerunt illi tres magi: & reges scissimi: qui ad christum adorandum stella duce ab oriente uenerunt. Hi de regione persidis orietalis: que est inda superior prouincia sabba dicūtur extitisse. Hor᷑ nomina hebraice dicunf. Apellius. Amerius. Damascus. Grece autē Galgalath. Malgalath. Sarachin. Latine autem nominātur ut dictum est. Fertur quoq; cum ad christum uenerunt. Gaspar fuisse annorum sexaginta: Balthasar quadraginta: & melchior uiginti: & ita cōmuniter pingunf. Hi sapientissimi philosophi & astroruȝ scie periti: successores balaam arioli fuerunt: & ad uisionem stelle uenerunt ex illa prophetia. Orietur stella ex iacob ꝛc. Naȝ ut ponit chrysostom⁹: quidam secretor᷑ inspectores elegerunt de seipsis. 12. & siquis moriebaf: filius eius substituebatur. Hi per singulos annos post menses ascendebant super montem excelsuȝ: qui dicitur uictorialis: & tribus diebus ibi morantes se lauabant: deum orātes ut stellā a balaā eor᷑ patre ꝓdictam eis ōnderet. Et sic successiue: terni & terni: oēs. 12. faciebāt. Dū āt isti tres reges i nocte natiuitatis dñi ibidē repti eēnt: stella de nouo creata eis appuit: & ut dictū ē: illis natū regē iudeor᷑ idicauit: eosq; ad eū adorandū iuitauit. Qui iussa fideliter pagētes: p aliam uiā admoniti i sōnis ab angelo: reuersi sunt i regionē suam. Nā ueniētes tarsum cū nauibus tarsensiū trāsfretarūt. Et q̄uis omni relicta gētilitate: exide fideles extitissent: tñ baptismū nō susceprūt: donec dispsis apostolis ad ꝓdicādū a scō thoma apostolo: q apud indiā ꝓdicauit: baptizati sūt: & i fide xp̄i ꝯfirmati: eiusdē i ꝓdicatiōe coadiutores fuerūt. Qui & i eadē regiōe i pace qeuerūt. Quor᷑ corpa īde trāslata: ꝯstātin⁹ magn⁹ ipator cōstātinopoli deportari fecit. Et deīde ꝓcessu tpis a scō eustorgio ep̄o mediolanū trāslata sūt: ut i ei⁹ uita dicef. 5. id⁹ aprilis. Nūc aūt regescūt apud colonīā istuc de mediolano delata.

¶ De scō melanio ep̄o. XLIX

Melani⁹ ep̄s rodonēsi uenetēsi pecia uilla: q̄ dicif plautio oriūd⁹: claruit tpe clodouei regis & anastasii ipatof. Qui īter cetera uirtutū ei⁹ isignia maxia uiguit potētia aduersus demones de obsessis homib⁹ expellendos. Hic cuidam fratri: quem maligπus inuaserat spiritus: dum iret ad aquaȝ hauriendam: alapam in maxilla prebens: demonē ab eo excussit. Oratoriū autē suū: qđ dicf plautium propriis manib⁹ fabricauit. In uenetēsi pago: diabol⁹ quēdā uirum

uadens: ad hoc eum induxit: ut seipsum suspendens laqueo strangularet. Quem sanctus superueniens & factum abhorrens: oratione facta: nedum hominem suscitauit: sed etiam ab imũdo spiritu totaliter liberauit. Tantem post multa signa uirtutũ iugiter intent⁹ i celũ migrauit a seclo. 8. id⁹ ianuarii. Et cũ sancti albin⁹: uictor: lautorius & marsus: corpus eius deferrẽt p uicẽnaꝫ rodoñ sepeliendũ. 12. uinculati i turri detẽti: scissa turre per mediũ soluti & incolumes exierunt. Sanctum corpus ad tumulũ comitantes.

¶ De scã macra uirgine & mre. L.

MAcra uirgo i ciuitate augustana rictiouaro ꝑside martyriũ passa est. Que dũ sacrificare nollet: iubente preside: primũ in equuleo suspẽsa & diuti⁹ torta: deinde in igne precipitata ẽ. Que cũ ibidẽ diu ꝑmansisset illesa: mamillis eius abscissis: squallore carceris afflicta ẽ: omi luce ac cibo negans: ueꝝ circa noctis mediũ lumine imẽso circũfusa: uiroq; uenerando canicie aspcõ sibi apparẽte ꝯfortata ẽ: & cũctis plagis sanata: uberib⁹ restitutis. Nouissime iubente preside sup testas acutissimas & prũas extẽsa: & diu uolutata orãs migrauit ad christũ. Selpultaq; ẽ in territorio remeneñ. viii. id⁹ ianuarii. Cuius corp⁹ post multos ãnos cuidã leudulso bubulco diuitus reuelat: ostensoq; sibi loco per uisionẽ: ibidẽ a fidelibus iuenit scilicet iuxta ecclesiã scĩ martini: & inde leuatũ honore ꝯdigno reconditum est.

¶ De reuelatiõe pueri iesu ex egypto. LI.

RElatio pueri iesu ex egypto: facta est regnãte in iudea archelao ꝑ herode pr̃e suo: ut dicit matthei 2. ca. circa ãnos. 30. ipii octauiani augusti: dũ uidelꝫ puer iesus septennii etatis ipleuisset: ut historia scholastica tradit. Qualiter aũt xp̃s i egypto trãslatus fuerit: in auctẽtico nõ habet: nisi q̧ dicitur matth. eodẽ cap. q̧ angelus dñi appuit i somnis ioseph: admonẽs ut tolleret pueꝝ: & matrẽ ei⁹: & fugeret in egyptum: & esset ibi usq; ad obitũ herodis. Eo q̧ herodes querebat pueꝝ ad ꝑdendũ eũ. Qui ꝯsurgens accepit pueꝝ & matrẽ ei⁹ nocte: & secessit i egyptũ: & erat ibi usq; ad obitũ hr̃odis ⁊c. ¶ In libro tñ de ĩfantia xp̃i: quẽ hieronym⁹ chromatio & heliodoro ep̃is transtulit ex hebraico in latinũ: scribit: q̧ ioseph uirginẽ cum filio iumento ipo͛uit: & ipse in alio ascẽdit: & arripuerũt ĩter per mõtana & per desertum: nolentes ire ꝑ maritimã tiore herodis. Erãt q; cum eis. 3. pueri & una puella in obsequium xp̃i. Et exeũtes dracones de quadã spelunca: cũ ceteri timentes fugierent: ꝯpetites pueꝝ adorauerunt. Simil͛r leones & leopardi & alia genera feraꝝ adorantes iesum ꝑ desertum antecedẽtes: uiam eis ostendebant.

¶ Et post dies tres dũ aqua in utrib⁹ defecisset: & omnes fessi sub palme arbore qescerent: uirgo maria respiciẽs ad comam arboris de fructibus eius concupiuit. Et cõfestiꝫ palma cacumẽ suũ ante pedes uirginis iclinauit: & collectis ex ea fructibus ad satietatem omniũ: arbor se iteꝝ erigens ad statum pristinũ redut. Tũcq; angelus appuit: & ramum ex palma euellens & asportans: ad celestia euolauit. Deinde ad radices palme fõs aque limpidissime erupit: ex quo omnes refecti sunt. Et dũ iter agentes maximo calore cõprimerent: & adbuc. xxvii. diebus itinerari opporteret: anteq̃ ad egyptũ ꝑuenirẽt: miro modo post tres dies in egyptũ deuenerunt: & in ciuitatẽ hermopoli se receperũt. Ibiq; manserũt peregrini usq; ad obitũ herodis. ¶ Malta quoq; miracula de xp̃o puero ab eodem ostensa: in prefato libello reperiũtur: que tam breuitatis causa q̃ ex eo q̧ inter apocripha connumerat omittuntur. Illud tamen memorabile pro constantia doctoribus habetur: q̧ ingrediente puero iesu in tẽplum idoloꝝ cuꝫ maria matre sua: oĩa phani idola corruerunt: iuxta prophetiam isaie propter qđ miraculum multi egyptiorum conuersi sunt ad eum: & uirginem matrem benigne tractãtes: puerum iesum pulcherrimum plurimũ reueriti sũt: & ipsum aliquẽ magnorum deorum existimabant. ¶ Extat ibidem fons modicus: in quo fertur uirginẽ matrem puerum sepius balneasse: & panos eius propriis lauasse manibus. In quo fonte omnes pueri etiam saracenoꝝ quacunq; ualitudine detenti: descendentes: confestim sanantur. Est & ibi lapis: ubi uirgo panniculos christi lotos ad siccandum extendebat. Ibi est uinea engaddi: que ꝑfert balsamum: que dicto fonte irrigatur: & si aqua alia irrigaretur: eo anno nullum fructum producerer. Et hoc notorium est in omni terra egypti ẽ. Et ibi ꝓpe arbor que persidis dicitur: ut ponit cassiodorus in tripartita. Que fert usq; ad terram inclinata: christum humiliter adorasse: que ualet in salutem membrorum: si fructus: folium: uel cortex patientis collo alligentur. Igitur postq̃ septem annis christus fuerat in egypto: defuncto herode: ut scribitur matthei secũdo: ioseph in sõnis monetur ab angelo: ut christum in terrã iuda reducat: qđ & fecit. Sed audiens q̧ archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo: qui adhuc erat patre crudelior: timuit illo ire. Et admonitus in somnis ab angelo secessit in partes galilee: habitauitq; in ciuitatem nazareth. Herode antipa herodis ascalonite minore filio: & fratre archelai:

iam tetrachiam galilee tenente. Dies autem huius relationis pueri iesu ex egypto facta scribitur a hieronymo in eius martylogio fuisse die sequenti post epiphaniã: uidelicet septimo idus ianuarii.

¶ De sanctis iuliano basilissa & sociis martyribus. LII

IVlianus martyr cũ sociis: & basilissa uirgo cum sociab⁹ tẽporib⁹ diocletiani & maximiani i ciuitate antiochia claruerunt. Qui nobilibus & xp̄ianis parentib⁹ ꝓgenitus: liberaliũ scientiis ĩbutus: dũ annorum 18. a parentibus ad ꝯiugium cogeret: & ipse i uirginitate deo seruire disposuisset: diuina monitus uisione parentibus ꝯsensit: & puellã nobilẽ & xp̄ianam noĩe basilissam in ꝯiugem accepit. Die igit̃ statuta nuptiis cum gloria celebratis: intrat cubiculum cũ uirgine iulianus: tanq̃ iura matrimonii soluturus: ubi dum uirgo miraret̃: q̄ odorem rosaꝝ & liliorum hyemali tp̄e sentiret. Exponit sibi iulianus hunc esse odorem pudicitie uirginalis: & post scãs admonitiones uirginẽ ad uotũ ꝯtinentie incitauit. Tunc apparentes sibi ex una pte xp̄s cum comitiua sanctoꝝ: ex alia dei genitrix cum societate uirginum: nimia luce circũfusa: sanctos dei ꝯiuges de uirginali ꝓposito ꝯmendarunt: & eis coronas aureas imposuerũt: ac librum uite aureis scriptum litteris ostenderunt: in quo nomina sua ꝯscripta iulianus & basilissa legerunt. Sicq; uisione ab eoꝝ oculis ablata: ambo sancti i scõ ꝓposito permanserunt. Adeo ut parentibus iuliani de medio morte sublatis: sua oĩa pauperibus erogarent: & duo monasteria cõstruerent: in quorum uno iulianus extitit pater & admistrator fere mille monachorũ: in altero basilissa cũ cetu sacratissimo multarum uirginum domino seruiebant. ¶ Dũ autem persecutio xp̄ianoꝝ i syria & egypto maxime uigeret: orauit basilissa: ut uirgĩes quas ꝯgregauerat: dominus periclitari nõ permitteret. Et per uisionẽ a christo confortatur: q̄ omnes filias suas: quas deo acquisiuerat: ad celos premittens: ipsa easdem postmodũ sequeret̃. Quod dũ icã suis referret uirginibus: subito cõmotus est locus: & apparuit colũna lucis inter eas: in qua lr̃is aureis scriptum erat: q̃liter oẽ illud sacꝝ collegium xp̄s infra certum tp̄is spatiũ ad celestia inuitabat: quod & factum est. Nam itra ꝯstitutum tẽpus: oẽs ille sacre uirgines ad celos in sancta confessione migrauerunt. ✝ Que postmodũ cuncte auro & gẽmis indute: basilisse apparuerũt oranti: & q̄ eã expectabant dicentes: & ad celestia inuitantes. Hec dũ basilissa iuliano gaudẽs retulisset: orans iuxta eum emisit spiritum: quam ille condigne tradidit sepulture. ¶ Post hec dũ martianus p̄ses antiochiam ab imperatoribus missus esset: & christianos omẽs diis imolare compelleret: & ep̄s ciuitatis cũ multitudine cleri & populi ad sanctum cõfugissent: misit martianus assessorem suum cũ satellitum multitudine: ut de predictis: an ita esset inquireret. Qui ueniens ad sanctum iulianum: & ip̄m cum oĩbus: qui cũ eo erãt: in fide xp̄i feruẽtes inueniens: eadem p̄sidi nunciauit. Tunc preses iulianum solum: uti auctorem omniũ iussit teneri. ✝ Reliquos uero omnes in quo erant loco inclusos incenso cenobio igne cremari: ubi martyrum occisorum audiebant̃ singulis horis canonicis uoces psallentiũ. ¶ Post hec martianus iulianum in custodia detentum ante se in foro deductum: cepit cõpellere ad sacrificia deorum. Quem sacrificare nolentem: iussit primo nodosis fustibus cedi. Et dũ cederetur: casu unus cedentium eruit alterius oculum: qui erat notissimus imperatorum. Qui dum iussu p̄sidis ad templa deorum ductus esset: ut eis inuocatis oculum recuperet: demones hoc sacerdotibus se non posse facere clamabant: q̄n poti⁹ eterno igni una cũ suis cultorib⁹ reseruatos affirmabãt. Et dũ illuc p̄ses ingressus esset: plus q̃ quinq̃ginta idola de auro: argento: crystallo & ebore i puluerem redacta sunt. Quod dum preses magice arti iuliani ascriberet: lotio ip̄m perfũdi iubet: ut sic maleficia solueret: quod tñ i balsami odorem uersum est. Sanct⁹ autem martyr uiro illi excecato facto signo crucis oculum restituit: q mox ad xp̄m cõuersus: mandato presidis gladio interemptus est. ¶ Deinde p̄ses iussit sanctũ ferro uinctum per totam ciuitatẽ circũduci. Et dum ante scholas: i q̄b⁹ celsus puer fili⁹ martiani studebat trãsiret: uidit celsus circa sãctũ multitudinẽ angeloꝝ coronã ꝑciosã sibi iponẽtes. Moxq; relictis scholis ꝯuersus: ad pedes sci iuliani cucurrit: & xp̄m ꝯfiteri uoce clarissima cepit. Et dũ pater p̄ses una cũ matre & aliis magnatibus eum uellent retrahere: cepit puer eos duri⁹ icrepare. Quos p̄ses indignat⁹ i artum: obscuꝝ: & fetidum carcerẽ iussit recludi: sed christi uirtute lux de celo super eos ingens infunditur: fetor in odorem conuertitur: sed & uincula q̄bus fuerãt alligati soluuntur: atq; uiginti milites: qui eos custodiebant: ad dominum conuertuntur: q̄d audiẽs preses eos una cũ iuliano & celso eius filio fecit in eadem custodia detinerĩ. ¶ Cõtigit autem: ut eo tempore septẽ fratres filii ꝗdam nobilis christiani: qui fuerat de genere carini ĩpatoris: & ipsi fideles imperatoribus adeo grati forent: ut ipsos sine ulla persecutiõe cũ quodã antonio presby-

tero: religione fidei uti pmitteret. Qui p uisionem a xp̄o moniti ad sanctū iulianū i carcerē una cuȝ prefato presbytero accesserūt: & ipsum ac socios hortari ceperunt. Et ab antonio presbytero celsus puer: una cū uiginti militib⁹ conuersis baptismi grām perceperunt. Quos martianus i eadē custodia detineri precepit: & oīa que gesta fuerāt principibus p litteras intimauit. Cui īpatores remiserunt: q̄ si sacrificare nollēt: singulos in cuppis pice: sulphure: & bitumine repletis cōcremaret. Et dum eos oēs eductos de custodia preses ante se statuisset: ut eos iuxta īperatorū decreta mori faceret: Sāctus iulianus iuuenem quēdam defunctum: qui portabatur ad tumulū suscitauit qui & mirabilia que in alio seculo uiderat: corā omnib⁹ enarrauit: & ipse fidē xp̄i recepit: Et cū uxor presidis plorans filio suaderet: ut tam acerba morte interfici nollet: promittit eidē celsus: q̄ in cuppa ignea pmaneret iust⁹. At preses filii iteritum horrens uicariū dereliquit: & inde cū lachrymis abscessit. Igit̄ oēs illi scī i cuppis missi: & igne succēso pmāserāt illesi Quod preses audiēs admirat⁹ illuc accessit: & magie iuliani hec omnia deputās: matri celsum per triduū concessit: ut ab ea ei⁹ animus mutaret̄. Que una cū omnibus illis: in honesta custodia detenta: a filio celso cōuersa est: & ab antonio presbytero baptizata. Quod audiens martianus ✠ uiginti milites extra urbē eductos tradidit decollādos ✠ Septē uero fratres igne ꝯsumi fecit. Iulian⁹ autem cū celso filio & matre ei⁹ coniuge: & cū antonio presbytero ac iuuene a mortuis suscitato: suo iudicio reseruauit. Quos oēs diutius examinatos: & in xp̄i ꝯfessione imobiles repertos: iterum carceri tradidit cruciandos. Sequēti die igressus i templū iouis eos omēs illuc adductos: cepit ad sacrificia suadere. Orante aūt iuliano templū cum oibus idolis submersum est: & mille de sacerdotibus & multitudie gentiliū pierunt: ubi ad miraculi attestationē ignis usq; in psēs eructat. Tūc martian⁹ territus eos iteꝝ carceri mancipauit: ubi media nocte ad eos ueniētes basilissa cum oībus sanctis: quos iulian⁹ xp̄o acquisiuerat: eos hortantes ad superna dulcius inuitabant. Die autē sequenti iussit preses digitos manuum & pedū sanctorum licinio oleo infuso ligari: & igni superponi. Dehinc ✠ celso filio suo cutē capitis auferri: ✠ antonio uero presbytero & ✠ anastasio iuueni suscitato oculos effodi. Sāctā aūt matrē celsi cum aliquis tāgere uellet: excecabatur. Sācti uero exoculati diuinitus illuminantur: & alii ab omnibus tormentis liberantur. Cumq; martianus eos oēs in amphitheatro bestiis exposuisset: & fere oēs scōꝝ pedibus procidissent: iussu presidis: oēs rei mortis ibidem deducūtur: cuȝ quibus iulianus & ceteri capitali snīa feriuntur: ut sic scōrum corpora a reoꝝ cadaueribus: xp̄ianis essent incognita. Statiq; facto terremotu cū coruscationibus & grandine: tertia ps ciuitatis cū omnibus templis fūdit⁹ corruerūt: preses autem inde uix euadens eadē nocte iterīit uermibus ebuliens. Sed dū xp̄iani corpora sanctoꝝ discernere non possent: anime singuloꝝ in specie uirginum super singulorum corpora uise sunt. & sic corpa sunt collecta & in ecclesia sub altari tumulata. Passio autem horū omnium sanctorum agitur septimo idus ianuarii.

¶ De scō lutiano presbytero & mr̄e. LIII.

LVtian⁹ antiochene ecclesie p̄sbyter & martyr uir doctissim⁹ atq; eloquētissimus fuit. De quo hieronym⁹ libro de uiris illustrib⁹ scribit: ꝗ tantū in scripturaꝝ studio elaborauit: ut usq; tunc: quedā exemplaria quorūdam opusculoꝝ luciani nūcuparētur. Ferunt̄ & de eius fide libelli: & breues ad non nullos epistole. Passus ē nicomedie ob christi confessionē sub persecutione maximiani tp̄e antherii pape: & sepultus helenopoli bithynie. Quā urbem cū prius drepana uocaret̄: cōstantinus imperator īstaurans: in honore matris ex nomīe ipsius helenopoli uocauit. Beda lucianū hunc sub ☙ lio maximo impatore: qui una cum ꝯstantio impauit: passum fuisse scribit: qui passus est vii. id⁹ ianuarii.

¶ De scō clero diacono & martyre. LIIII.

CLerus diaconus apud antiochiaȝ pro cōfessiōis gloria: septies tortus: & diu in carcereȝ maceratus ad ultimum decollatus martyrium consumauit. vii. id⁹ ianuarii. hec ado in martylogio suo.

¶ De sanctis luciano maximiano & iuliano martyribus. LV

LVcian⁹ p̄sbyter: maximian⁹ & iulian⁹ pueri: apud beluacū ciuitatē p xp̄i nomie passi sūt. Qui lucianus bti petri discipulus fuit. Et a scō clemēte papa cum beato dionysio epo ad gallias p̄dicādas directus: eidēq; comes & coadiutor datus extitit. Post hec idē p̄sbr̄: a scō dionysio beluaceñ urbi d stiat⁹: xp̄ȝ euāgelizās: plusq̄. 50. miliū gētiliū ad christum cōuertit. Inter quos maximianū: & iulianum pueros baptizauit. Ad hunc ꝯprehendendum ubicūq; foret inuentus: Iulianus prefectus tres pueros destinauit: latrinū: lariū: & antrū. Qui ipsȝ i beluaco predicantē repertū cū duob⁹ pueris iā dictis tenuerūt: & ad prefectum adduxerunt.

Qui primo maximianū & iulianum pueros
capite cedi fecit. Deinde lucianū p̄sbyterum
fustibus cesum: xp̄m ↄfitentem similiter de-
collari mandauit. Cui⁹ corp⁹ truncatum &
exanime caput ꝑpriis manib⁹ sumptum q̄i
tribus miliarib⁹ deportauit: & transuadato
tare fluuio usq; ad locū: in quo sepeliri ele-
gerat deuenit: ibiq; gloriose occubuit: ubi
& tumulatus quiescit. Visoq; tanto miracu-
lo quingenti gentiles ad xp̄m ↄuersi sūt. Paſ
si sunt aūt sci martyres. 6. idus ianuarii.

¶ De scō seuerino abbate. LVI

SEuerinus abbas tēpore: quo atti
la rex hunoꝝ defunct⁹ est: i utra-
q; pānonia & finibus danubii re
bus turbatis: ac iter filios eius ꝑ
regno obtinendo inito certamie
de partibus orientis aduenciens i uicinia no-
rici ripensis & pannonioꝝ ꝑuo oppido: qđ
astaris dicitur: morabaꝭ: agens angelicā ui-
tam: & tradens apostolicā doctrina. Hic spi
ritum ꝑphetie mirabilē noscit habuisse. Nā
subuersionē dicti oppidi ꝑpter ciuiū pecca
ta dudū ante p̄dixit: & ciuibus eide illuden-
tibus inde discessit. Quo abeunte die & ho-
ra: qb⁹ p̄dixerat: oppidū a barbaris subuer-
sum est. Inde ad aliud castꝝ: quod dicit cū-
magonis declinauit: quod a barbaris intus
existētib⁹: xp̄ianisq; dominantib⁹: arctissima
custodia ſuabaꝭ: nullo igredi uel egredi ꝑ-
misso. Ipse aūt nemine iterrogante oppiduꝫ
intrauit: & xp̄ianis itus existentibus salurem
ꝑmisit: eisq; triduaná penitētiā indixit. Die
uero tertio facto maximo terremotu barba
ri deterrenꝭ de oppido fugiētes: & subsidiū
ciuibus intrinsecus aduenisse putātes: nocte
supueniente se alteruꝝ hostes existimantes
mutuo se ipsos cedebant. ¶ Ciuitatē fauia-
nis: quam fames oppſſerat: eo ꝙ hyemis tpe
danubio congelato uictualia nauibus iuxta
morem eodem deferri nō ualebant: oratiōe
facta & glacie intempestiue resoluta nauib⁹
uictualibus onustis aduenientib⁹ ab inopia
liberauit. Cūq; barbaroꝝ rabies omia loca
occuparet: quocūq; scūs itroibat oppidum:
illud ab incursu hostiū deus eruebat. ¶ In
castello cucullo locustas a cunctis: quos re
pleuerāt agris excussit: solo agro uni⁹ ciuis
excepto: eo ꝙ ab eo monit⁹ ad ecclesiā una
secum: ceteris cunctis ciuibus ad orationeꝫ
ꝑgētibus: uenire ↄtempsit. ¶ In touiaco op
pido mulierem seminecem incolumem tra
didit. ¶ Leprosum de mediolano sibi addu
ctum a lepra mūdauit. ¶ Bonum monachū
barbarum natione ab oculorum infirmita-
te curauit: & alia insignia miracula fecit. Di
em sui obitus triennio ante predixit: & se de
functum inde transferri mandauit: eo ꝙ ciui
tas infestatione barbarica fuerat subuerten
da: quod ut predixerat ꝑ omnia euenit. Sic-
q; in monasterio: quod ipse construxerat a-
pud oppidum noricum sub rege rugorum
feuba in pace quieuit. 6. idus ianuarii. Cor-
pusq; eius: ut mandauerat: trāslatū est mul
tis miraculis clarens. Et in castello luculla-
no: quod est in italia apud ciuitatem neapo-
lim per manum sancti uictoris episcopi iuſ
su gelasii pape locatum est: ubi in eius noie
monasterium est constructum.

¶ De scō seuerino epō. LVII

SEuerinus episcopus neapolita-
nus fuit: & frater beati martyris
uictorini episcopi pictauioneñ.
de quo dicetur in eius festo q̄rto
noñ nouembris. Qui seuerinus
post multarum uirtutum perpetrationē: &
sanctitatum insignia quieuit in pace sancti-
tate plenus. 6. idus ianuarii. Hec ado.

¶ De sancta martiana uirgine & martyre
LVIII

MArtiana uirgo & martyr ciuis in
suegritana fuit: que ueniens cesa
ream: & uidens in platea simula
chrum diane confregit. Propter
quod a ministris iudicis detenta: cesa: & ad
ipsum deducta est. Quam iudex in loco pu
plico expositam gladiatori cuidam illuden
dam tradidit. Qui dum nocte ad ipsam igi e
di uellet: paries diuinitus se interposuit: &
ne ad eam accedere posset prohibuit. Tradi
tur secūdo & tertio uiris: & eis sicut & pri-
mo similiter contigit. Deinde in harena be-
stiis subiicit: quā primū leo mansuetus effe
ctus lingere cepit. Sed de ꝯsilio bindarii ar
chisynagogi iudeoꝝ laxaꝭ sibi taur⁹ indo-
mitus: q oculum q̄dem uirginis eruit: quaꝫ
postmodū leopard⁹ discerptam lacerauit.
Sicq; imaculatū xp̄o spiritū reddidit. Cuius
corp⁹ a fidelib⁹ in ipsa ciuitate sepultum ē.
Dū aūt archisynagog⁹ domū redisset: igne
celesti cū oi familia & domo ↄsūptus ē: que
dom⁹ nunq̄ deinceps ꝑmanere potuit: sed in
miraculi testimoniū pluries repata semper
corruit. Passa est aūt uirgo xp̄i. 5. id⁹ ianua.

¶ De scō marcellino epō. LIX

MArcellin⁹ ep̄s anconitanus uene-
rabilis uite fuit: cuius gressū do-
lore nimio podagra cōtraxerat:
eūq; familiares sui: sic ubi neces
se esset: i manib⁹ ferebāt. Quadā
uero die per culpam incurie ciuitas ancon-
tana succensa est. Cūq; uehementer arderet:
cucurrerunt omnes: ut ignem extinguerēt:
certatimq; proiicientibus aquam: sic flam
ma excreuerat: ut totius urbis incendiū mi-
nari uidereꝭ. Cūq; ignis iam partem urbis
non modicam cōsumpsisset: & obsistere nul
l⁹ ualeret: deduct⁹ i manib⁹ ep̄s familiarib⁹

se portantibus: precepit ut contra ignē illū ponerent qd & factum est: & ibidē posit⁹ ē: ubi flāma ardenti⁹ incūbebat. Cepit autem miro modo in se incendium retorqueri: ac si sui impetus reflexione clamaret: se epm trāsire non posse. Sicq; flāma illo termio refrenata in semetipa refriguit: & ultra contingere qcquā edificii non p̄sumpsit. Quieuit aūt in pace sanctus eps .v. idus ianuarii. hec gregorius primo dialogo capitulo .vi.

¶ De sancto paulo primo eremita. LX.

Paulus primus eremita cuius uitam scribit hieronym⁹ feruente decii p̄secutione eremum uastissimam adiit: ubi .93. annis hominibus icognit⁹ mansit. Cui⁹ p̄secutionis imanitas: duobus recitat̄ exemplis. Duo eni xpiani iuuenes ɔprehēdunt̄: quorū alter nudus melle punctus: & ligat⁹ sub ardore solis: muscar̄ & uespar̄ aculeis lacerādus exponit̄: ut scabronū p̄ūcturis cederet: q ignitas sartagies supasset. Alter uero amenissimo uiridario: uinctis manibus ac pedibus lecto sternitur: sibiq; puella speciosissima & ipudica sociat̄: que amplexibus & cōtagiis iuuenē ad luxuriam prouocabat. Cū ergo ille mot⁹ contrarios sensisset in carne: nec aliter se posset defendere: linguā dētib⁹ precisam in faciem īpudice expuit: & sic dolore tentationem fugauit: eamq; confudit. ¶ Eodem tempore dum paulus īferiori thebaide ortundus annor̄ .xvi. parentibus orbatus cum sorore coniugata remansisset: & tantas martyr̄ strages audisset: tert it⁹ sc̄lm deseruit: & ad montiū deserta confugit. Et i spelunca maxima: iuxta quam arbor palme uetustissime germinabat: & fons līpidissim⁹ exsurgebat: usq; ad uite sue terminū icognitus mansit. Quomodo autem hoc tempore medio uixerit incognitum ē. ¶ Cum autem paulus annor̄ .113. esset in eremo uitā angelicam ducens: & antonius annor̄ .90. in alia solitudie moraret̄: & cogitaret i animo suo: nullum ultra se monachor̄ in eremo consedisse: noctu sibi a dn̄o reuelatur: alium in p̄fundiori eremo se meliorē cōsistere: ad quē uisendum deberet accedere. Qui senectutis sue oblitus & baculo substentat⁹: cepit per siluam pagrare. Et primo quidem obuium habuit hippocētaur̄ hominem .s. equo mixtum: qui sibi uiam dextera demōstrauit. Deide obuiauit animali fructus palmar̄ ferenti supra imaginem hominis: deorsum habens formam caprinā: quē antonius intellexit eē demonē in tali forma gentiles rusticos decipientē. Et dum diem quasi uagando per eremuȝ exegisset: noctem in oratione deduxit. Sūmoq; diluculo eidē lupa ad radices montis aquam lambens apparuit: que ipsum ad cellulam pauli perduxit. Sed dum intrans speleum: & aure diligenter siqd audiret auscultans pedē .s. lapide offendisset: Paulus antoniū sentiens hostium firmauit. Anton⁹ uero rogat: ut sibi aperiat: qui aīmalia recipiebat: asserens se nunq̄ recessur̄: sed ibi potius moriturum: uictus ergo paulus sibi aperuit: & alter alterum ex nomie salutauit: in mutuos amplexus ruunt: iuxta fontem cōsedentes quiescunt: & de multis colloquentes ad inuicē sermoné protendum. Hora aūt nona coruus ad eos aduolauit: & paneȝ integrum eisdem apposuit. Tūc paulus deo gratias agens dixit: uolatile illud quotidie per annos .60. panem dimidium apportasse: sed tunc propter hospitis aduentū ānonā duplicasse. Inter eos pia lis orit̄: quis dignior panem diuidere debeat: desert paulus hospiti & antonius seniori. Tandē ad uesperas i hoc conueniunt: ut uterq; manum apponat: & e regione quisq; panem diuidat. Deinde paululum ex aqua fontis gustantes: noctem i diuinis colloquiis transegerunt insomnem. ¶ Cūq; mane paulus antonio suum obitum in proximo nunciasset: & ex hoc anton⁹ ultra modum defleret. Paulus ne ex suo obitu mens utriusq; tristaretur: cogitauit illum remittere: ut sic expeditius posset ad deum migrare. Rogauitq; antonium: ut ad cellam suam rediens: palliū qd̄ sibi athanasius eps dederat: apportaret: quo corp⁹ suum mortuum inuoluere posset. Miratur anton⁹: q tale sibi secretum apuit: ad cellam festinantius redit: & pallio accepto uelociter ad paulum repedare cepit: dubitās de eo: q̄ sibi accidit. Et cum iā die illo & sequēti pre xisset: & iam trium horarum iter eidem restaret: uidit pauli animaȝ niueam inter prophetarum angelorum & apostolorum choros ad celestia cum splendore cōuolantem. Et procedens uelocius ad speluncam uenit: & corpus genibus flexis uti orantem conspiciens: se deceptum putauit: paulumq; uiuentem & orantem credidit. Et cum dudum obseruans motum aliquem nō uidisset: & mortuum cognouisset: post multas lachrymas corpus inuoluit: & exequias celebrauit. ¶ Cum autem sarculū non haberet: ex quo terram foderet: ecce duo leones adueniunt: & ad mensuram humani corporis foueam faciunt: & inclinato capite abierunt. Sicq; antonius corpus terre condidit: & uestimentū de palmarum foliis contextuȝ: quo paulus induebatur: assumpsit: & ad cellam suam rediens fratribus uisa narrauit. Eaq; ueste ex deuotione in solemnitatib⁹ utebatur. Quieuit autem paulus in domino .4. id⁹ ianuarii circa annum domini .287.

¶ De sancto paulo simplice ɔfessore. LXI.

PAulus monach⁹ simplex cognomine discipul⁹ antonii fuit: q dū rusticat⁹ esset: inuentā uxorem i crimine adulterio dimisit: & eremum petēs antonio adhesit. Qui prima nocte sue cōuersiōis: ut ꝓbaret illum: iussit anton⁹: ut se expectaret: q trib⁹ dieb⁹ ante celle hostiū orans ꝑmansit: magistrum expectans nec diei estu: nec rore noctis motus est. Dum aūt i cōuentu fratꝝ ex simplicitate iterrogasset: an xp̄s prior esset ꝓphetis: mandauit ei antoni⁹: ut taceret: & obstinatissime triennio silentiū ſuauit: nemini loquēs Cui etiā dum anton⁹ plurima cōtra rōne iuberet: uidelicet ut aquā haustaȝ effunderet: & uestes dissueret: & resueret: oīa patienter iplebat: & egros quos sanare negbat antonius: iste sanabat. Dum ꝑ salute uiri furentis instanter orasset: illeq; salutem cōseq nō potuisset: q̄si īdignat⁹ paul⁹ cōtra dn̄m iurauit: se nisi ille sanatus fuerit minime comestuꝝ: moxq; ille fugata rabie cōpos mentis effect⁹ est. Serpentes etiā & scorpiones scindebat: & cordium secreta cognoscebat. ¶ Vidit aliqn̄ iter frēs splendidos uirū obscuꝝ & nigrū ecclesiā itrantē: & demones illū retrahētes. Pro quo dū orasset: uidit illū claro uultu exeuntē: & demones ab ipso elongatos. Interrogansq;: dicit illū fuisse peccatorē longa fornicatiōe detentū: nupq; ad deū maxia cōpunctiōe cōuersum: & abrenunciās seculoꝝ pauli discipul⁹ effect⁹ est. hec in uitis patꝝ.

¶ De scō nicanore diacono. LXII

NIcanor diacon⁹ un⁹ de. 7. primis: q ab apostolis electi fuerunt: ut habet actu. 6. Gr̄a dei & fide admirand⁹ fuit: q p̄dicationis offitium diligenter exercens: apud cyprum gloriosissime coronat⁹: ibiq; sepultus est. 4. idus ianuarii: ut dicit hieronym⁹.

¶ De scō guilelmo archiep̄o. LXIII

GVilelm⁹ ep̄s bituriceñ floruit tp̄e philippi īpatoris: q ãno dn̄i. 1199 in ep̄atū ꝓmot⁹ est. Hic genere nobilis a pueritia i pisieñ & suessoneñ ecclesiis canonicatū obtinēs seculo derelicto ad grādimōtensē monasteriū se cōtulit: ibiq; fact⁹ monach⁹ aliq̄to tp̄e fuit: deīde ad maiora ꝓcedens ad ordinem cisterecieñ i pōtinaceñ monasterio cōuolauit: ubi ꝓficiens i uirtutib⁹: prioratum suscepit. ¶ Postmodū abbas fontis scī ioānis factus: successiue ad abbatiā carolaceñ cenobii assumpt⁹ est. Et ubiq; subditos i multa mãsuetudine ꝑtractauit: & uirtutū exēpla ꝓpagauit. Tandē licet iuit⁹ i ecclesia bituriceñ pōtificali sublimat⁹ honore: henrico archiep̄o successit: ubi oneri succubuit: nō honore ꝑfuit: & humilitatē pristinā obſuauit. De aīarum uero cura sollicitus uerbo & exemplo gregē dn̄i pascere curauit: & uirtutū miraculis claruit. Nā p̄sbyteꝝ gerardum noīe: q usum sinistre man⁹ amiserat: ita ut celebrare nō posset: audita pri⁹ ei⁹ cōfessiōe infra tertiū diē adeo sanauit: q p̄sbyter post triduū celebrauit. ¶ Pueꝝ etiam cerebro & oculis turbatum: tremore capitis patientē: īposita sibi manu ꝑfecte sanū effecit. Sēꝑ eodē uultu & aīo ꝑseuerās: quoscūq; ad se uenientes cōsolabat. Tādem assūpta cruce cōtra hereticos abigenses ꝓficisci uolens: cū itineris necessaria p̄pareт: īfirmitate correpť: cōquieuit in pace. 4. id⁹ ianuarii: & sepultus i bituriceñ ecclesia: cōfestim miraculis coruscare cepit: quem honorius papa tertius canonizauit.

De scō igino papa & martyre. LXIIII

EVa mater omniũ uiuentiũ in paradiso delitiaꝝ de costa uiri dormientis a deo ꝓducta: & eidẽ matrimonio copulata: significauit ecclesiã de latere xpi patientis ꝑ aquã & sanguinẽ pereatã: & sibi in sponsam unitã: matrẽq; fideliũ appellatã. Hanc ut sexu molliorẽ diabolꝰ tẽtaturꝰ hominẽ priꝰ īpetiit: adeo q mulier decepta ẽpenti assẽsit: & de pomo ligni uetiti prior comedit: deiñ uiro ad uesceodum porrexit. Cui adam ad ꝯplacentiã uxoris maxime sibi ꝯsensit. Ob hoc mulier a deo duplicẽ maledictionẽ accepit: ut in dolore filios pareret: & uiro subiecta semp existeret. Eua igit post transgressionẽ una cũ uiro peccatũ defleuit: & ueniã ꝓmerẽs: & ipsa a deo scificationem ꝓcepit. Quot aũt ãnis uixerit: uel usq; ad q̄ ãñ usq; decessetu: nulla scriptura cauet: nisi q i eodẽ sepulchro cũ adã deposita fuisse perhibet.

¶ De sancto abel. IIII

ABel secũdo genitus adã primus martyr & uirgo: iustus & sanctꝰ nõ solũ ex dñi sententia matthei 23. sed etiam ex genesis testimonio cõprobat: quia accepta eius a deo ꝯnarrant munera. geñ. 4. Cuius frater maior natu caim dolosus: maliuolꝰ: inuidꝰ & auatꝰ fuit agricola. Nam ut auaritie sue ꝯsuleret: prius coluit terram. Abel aũt simplicissimus & innocens in pascendis ouibus occupabatur. Credit adam in spiritu filios docuisse: ut deo offerrẽt decimas & primitias. Igit anno. 130. uite adam cũ caim de primitiis frugũ deo tautũmodo paleas segetes corrosas: aut secus uiam ꝯculcatas in sacrificium obtulisset: & abel de primitiis omniũ pinguiora dño imolasset: dominus eoꝝ cogitationes noscens: ad abel munera respiciens caim munera nõ respexit. Ignis eni de celo ueniens abel munera accendit & cõsumpsit. Iratusq; caim: & inuidia ductus: erubescens minorem sibi germanũ preferri: abel fratrẽ suum in agro demasceno interfecit. Sed icrepatus a domino de fratricidio: & de uenia desperans uagus & instabilis positus ẽ super terram. Et posuit in eũ dñs tremorem capitis: ut sic ex signo sciret punitus a deo: & indignus misericordia ne interficeret. Qui tamen inter fructeta latitans: dum lamech ab eo septimꝰ uenaret: putatus ut bestia: quia pilosus & hispidus sagitta directa in eũ ab eodem est interfectus. Oisq; ipsius ꝓgenies uniuersali est deleta diluuio. Sicq; sanguis abel sancti in personam caim & eius fuit ꝓle uindicatus.

¶ De sancto seth. V

SEth filius adam ex quo oẽ genꝰ humanũ in presenti ꝯsistens ꝓpagatum est: natꝰ est anno cẽtesimo post mortẽ abel cũ esset adã annorum. 230. In hoc eni magis cõuenit imitari interpetes q̄ hebreos: interpretes eni ponunt adam annoꝝ. 130. ut dictũ ẽ: quando genuit seth: hoc mõ cõputãtes uidelicet: q adam annoꝝ. xxx. genuit abel: q cũ esset. c. annoꝝ: & adã. 130. occisus est a caim quẽ adam. 100. annis defleuit: anteq̄ euã denuo cognouisset: & sic adã. ccxxx. annoꝝ genuit seth: & nõ. cxxx. ut hebrei tradũt. Supuixit aũt adã nato seth annis. 700. & sic ãnorum. 950. mortuus est. Seth aũt iussu patris sepauit ꝓlem suã: q dicebant filii dei a stirpe caim: q filii hominũ uocabant. Sed processu tpis ꝯiuncti sunt: & inde gigantes exorti. Ipse aũt seth cũ esset uir egregius: imitatores sui filios dereliquit. Qui scientes cẽ predictũ ab adam duo diluuia mundo uentura: unũ per aquam: aliud per ignẽ: ea in duabus colũnis ꝯscripserunt: altera lapidea cõtra aquam: altera laterina ꝯtra ignẽ: ne per hoc delerent. Ipsi etiã disciplinam reꝝ celestium & eaꝝ ornatus primitus inuenerunt. Vixit aũt seth annis. 105. & genuit enos: cui supuixit ãnis. 807. usq; ad ãnos. 167. natiuitatis lamech: & sic annoꝝ. 912. mortuus est: Hic ex eo etiam inter sanctos pr̄es cõputari

debet:qa ei⁹ prōgēies filii dei appellari fūt.

¶ De sancto enos. VI.

ENos filius fuit seth q ab eodē ꝓgenit⁹ est:cū esset annoꝝ .105. ut dictū est annis ab adā creatione decursis.535.Iste prius icepit inuocare nomen dñi : forte inuenit ubera deprecatoria ad inuocandū deū : uel forte ad excitandū pigritiā memorie dei: deum effigiauit ut mō fit . Et ex hoc etiā inter scōs patres:scūs & ipse ꝯputati meret .Qui annoꝝ.90.genuit cainā.Post cui⁹ ortū uixit annis.815.uidelicet usq; ad.84.ānum natiuitatis noe.Et cū esset annoꝝ.905.mortuus ē.

¶ De sancto cainam. VII.

CAinam filius enos ab eodē ꝓcreatus ē:cū esset annoꝝ.905. ut supius dicit annis uite ade decursis.425.Qui cum esset annoꝝ.70.genuit malalehel . Quo nato uixit annis.840.uidelicet usq; ad annos.177.natiuitatis noe.Et sic cainā ānoꝝ.910.mortu⁹ ē.

¶ De sancto malalehel. VIII.

MAlalehel filius cainam āno .70. etatis parentis edit⁹ ut pmissum est:postq̄ uidelicet adā annos uite sue495.trāsegerat. Qui ānoꝝ 65.genuit iared. Cui progenito superuixit annis .830. usq; ad ānos natiuitatis noe.234.Et sic malalehel annorum.795. mortu⁹ ē.

¶ De scō iared. IX.

IAred filius malalehel ex eo genitus cū esset ānoꝝ lxv.ut iam tactū est.Reuolutis ānis ade.560. Hic cū esset ānoꝝ.162. genuit enoch. Cui nato superuixit annis 800.usq; ad annos .366. natiuitatis noe.Et sic iared annoꝝ.962.mortuus est.

¶ De sancto enoch. X.

ENoch filius iared primus omnium patrū testamēti ueteris & solus prime etatis i catalogo scōꝝ ponit ecclesiastici.44. Qui āno etatis patris.162.nat⁹ est:ut i superioribus tangit : annis ade uite transactis 722.Qui etiā annoꝝ.lxv.genuit mathusalē Cui annis.300.superuixit i orbe.Hic enoch deo placuisse scribit :eo q cū deo ābulauit: subaudi pre ceteris uiā mādatoꝝ dñi custodiuit.Et nō ultra ꝯparuit:quia tulit eū de⁹. Postq̄ eni mūdo uixerat ut dictū est:translatus ē in padisū uoluptatis ad tēpus:ut in fiñ tpum cum helia ueniat:& corda filioꝝ ad patres ꝯuertat.Fuit etiā septim⁹ in generatiōe pioꝝ:sicut & lamech septimus in generatione reproboꝝ:q primus bigamiā introduxit & parricidiū i caim ꝯmisit:unde forte etiam ut qdā dicunt:pp septenariū numerū diuino numini cōsecratū:enoch acceptior deo fuit: quē septia editū generatiōe suscepit. Hunc enoch nō nulla diña scripsisse & aliqua ꝓphetasse Iuda apostolo testante cognouim⁹.unde & filii ei⁹ & nepotes i studio sapientie feruentes fuerunt.

¶ De sancto mathusalem. XI.

MAthusalē fili⁹ enoch āno uite parentis.lxv nat⁹ : ut dictū ē annis adē uite trāsactis .787. Hic ānoꝝ 187 genuit lamech.Ꝑ⁹ cui⁹ natiuitate ipleuit ānos. 782.idest usq; ad diluuiū.Et sic mathusale annoꝝ 969. mortuus ē. Quidā autē hent mathusale ānis 985.uixisse:& sic ānos.xiiii.p⁹ diluuiū transegisse:quo tpe uidelicet āno illo quo diluuiū factū ē:dicūt eū i padisū apud patrē trāslatū & ibidē secū māsisse: donec diluuiū finitū fuit.Et post hec asserūt eū ad terras inter hoies euectū esse & ānis.xiii. supuixisse. Eo q i arca nō legit fuisse . Hieronymus tñ asserit q mortuus ē āno eodē quo & diluuiū factū est. Quod etia diligēs ꝯputatio ānoꝝ ei⁹ ꝟm genesim māifestat.Hui⁹ mathusalem anno etatis.xliiii.adam diē clausit extremū ꝟm iterpretes:ꝟm hebreos aūt anno.lvi.etatis lamech . Eo q ut dictū est hebrei annoꝝ cxxx.adam genuisse seth dicūt. Interpretes uero annoꝝ.ccxxx.

¶ De sancto lamech. XII.

LAmech fili⁹ mathusalē anno uite ipi⁹.187.mūdo edit⁹ ē: decursis ꝟm iterpretes ab obitu adā ānis 145. ꝟm hebreos uero etatis ade adhuc uiuētis āno.874.Causa discrepatiōis supius assignat . In hoc aūt interpretū opinio approbabilior esse uidet .Igitur lamech cum esset ānoꝝ.182.genuit noe. De quo & spū ꝓphetico uaticinat⁹ est.q genus hūanū ꝯsolari debebat ab opib⁹& laboribus manuū suaꝝ i terra cui dns maledixit quasi futuꝝ aliqd magni noe & famosissimū in orbe terraꝝ his uerbis isinuās. Post cui⁹ obitū supuixit lamech annis.595.Sicq; annorū.777.mortu⁹ ē uidelicet.vi.āno ante diluuium.Hec ex libro genesis.c.v. & ex chronicis hieronymi iosephi & methodii nec nō ex historia scholastica dispsim collecta describuntur.

¶ De scā emerētiana uirgine & mre. XIII

EMeretiana uirgo & mr̄ collactāea fuit beate agnetis uirginis: & ipsa ciuis rōana. Que licet eēt adhuc catecumina fide tñ xpianissima ad sepulchrū uirgis stabat:& gētiles de eoꝝ ipietate redarguebat. Et dū ꝯtra furētes turbas staret irrepida:lapidata ē ab eis orāsq; iuxta sepulchꝝ uirginis emisit spiritū.Quā ambrosi⁹ dicit fuisse in suo sanguine baptizatā. Statiq; terremot⁹

cum coruscationibus & tonitruis eruperūt: adeo q̄ plerīq; ex insano populo perierunt. Corpus aūt emerentiane iuxta corpus btē agnetis ab ei⁹ pētib⁹ sepultū est.x.cal.febř. Pagani aūt exterriti nullū exinde ueniētiū ad memoriā uirgis ī aliquo ledere p̄sūpserūt.

¶ De sancto parmena diacono. XIIII

PArmenas fuit unus de.7. diaconibus ab apostolis elect⁹: ut hēt actuū.6. Hic traditus grē dei a fribus iniunctū sibi p̄dicationis officiū fidelissime ꝯplens: plena fide ꝯsumatus martyrii gloriā adeptus est. qui & philippis sepultus quieuit.x.calen.febru.ut dicit hieronym⁹ i martylogio suo.

¶ De scō ascla martyre. XV

ASela martyr passus est apud egyptum ciuitatē antinoonū tēpore diocletiani ipatoris sub p̄side ariano:q prīo atrocissime suspendio tort⁹:deide laterib⁹ flāmis admotis exustus:ad ultimū in flumine p̄cipitatus preciosam xp̄o animā reddidit:x.cal.februarii. Sepultusq; est i ipsa ciuitate a xp̄ianis ministerio philemonis & appollinii diaconorum.

¶ De scīs seueriano & aquila mrībus. XVI

SEuerian⁹ & aqla uxor ei⁹ i p̄uicia mauritanie citate zeocesarea passi sūt. Qui p̄ nois xp̄i inuicta ꝯfessiōe flāmis iniecti ignū ꝯflagratiōe ꝯbusti:coronā martyrii a dn̄o p̄ceperūt.x.calē.febř.ut dicit ado.

¶ De sancto timotheo discipulo. XVII

TImothe⁹ discipulus bti pauli apostoli fuit: ut polycrates p̄sbř scribit. Qui listris exort⁹ lycaonie citate fili⁹ mulieris uidue: ut in actib⁹ aploꝝ hēt cap.xvi. ab eodē paulo i fide doct⁹ & baptizat⁹ eidē cōpegrin⁹ fact⁹ ē. Cū quo deueniēs ad ephesū ciuitatē asie metropoli: ibidē ab aplo eps ē ordiat⁹ ipāte nerone:ubi doctris & miraculis coruscauit:& gl'iosi euāgeliste ioānis auditor fuit:quo i pathmos isula sub domitiano relegato:locū ei⁹ tenuit. Sed dū gētiles i festo diane ad tēplū ei⁹ accedētes a sacrificiis p̄hibere niteref:furēte populo i eū:palis & lapidib⁹ mactaf:& semiuiu⁹ relict⁹ a xp̄ianis i mōte adiacēti ciuitati reducif: ubi.9.calen.febř. quieuit in pace impante nerōe. Sepultusq; est in epheso ciuitate.

¶ De scīs babila epo & socius mrīb⁹. XVIII

BAbilas eps antiochen⁹ & martyr cū tribus puulis urbano: p̄lidano & epollono sub numeriāo ipatore passus est. Qui dū esset antiochie & xp̄ianoꝝ ecclesiā ingredi uellet:babilas ingressum p̄hibuit:man⁹ pectori ipatoris apponēs. Propter qđ tēt⁹ ab ipatore:& i carcere afflict⁹ est ipositis torque ferreis in collo ei⁹:& cōpedib⁹ in pedib⁹ ei⁹. Deinde numeriano exhibit⁹ cū de aliis xp̄ianis iterrogaref:reuelauit tres hēre sp̄ūales filios a se in fide doctos.s.urbanū p̄lidanū: & epollonū: quoꝝ prim⁹ erat annoꝝ.12. secundus.9.terti⁹.7. Quos oēs mox impator cū matre theodola ꝯphendi iussit. Qui dū oēs xp̄m ꝯfiterenf. ✝ Primo quidē theodolam alapis cesam:tormētis filioꝝ adhibēdis assistere fecit:ut graui⁹ ipsa mēte q̄ illi corpore torqueref:& pueros in cathoino leuari mādauit:ac priori plagas.12.inferri:scđo 9 tertio aūt.7.iuxta numeꝝ annoꝝ suorum quos mater cum epo uiriliter confortabant Deinde babilā una cū infantib⁹ suspensos & grauiter tortos. Dū oia ꝯstantissime tolerassent:& xp̄m unanimiter ꝯfiterenf: gladio animaduerti p̄cepit: quoꝝ corpora scā theodola sepeliuit.9.calen.februarii.

¶ De scīs mardonio & musone & soeiis martyribus. XIX

MArdonius:muson:egem⁹:& marcellus martyres apud zeneocesaream ciuitatē mauritanie p̄uincie passi sunt. Quos oēs detētos & i xp̄i ꝯfessione p̄sistentes iussit iudex ignibus tradi:& eoꝝ reliquias in ausum fluuiū dispgi:ut xp̄iana sepultura carentes:a fidelibus minime nominib⁹ martyꝝ colerenf:qui passi sunt.9 calen.ianuarii:ut dicit ado.

¶ De cōuersione scī pauli apostoli. XX

COnuersio scī pauli apostoli scā est eodē anno:quo xp̄s passus ē & stephan⁹ lapidat⁹:anno.s.non naturali sed emergēti. Nam xp̄s passus est octauo calen.aprilis. Stephanus eodē anno.3.non. augusti lapidatus est. Paulus uero mēse ianuario subsequēte cōuersus est: ¶ Celebraf aūt ei⁹ ꝯuersio potius q̄ multoꝝ sanctoꝝ triplici rōne. Primo p̄pter exemplū:ut null⁹ quantūcunq; peccator desperet de uenia qn̄ tantū in culpa talē ꝯspicit: postmodū fuisse in grā. ¶ Secūdo p̄pter gaudiū:ut sicut ecclesia magnā tristitiā habuit in ei⁹ p̄secutione:ita maximā letitiā habuit in eius ꝯuersiōe. ¶ Tertio p̄pter miraculū quod dn̄s in eo ōndit. Dum de seuissimo p̄secutore fecit fidelissimū p̄dicatorē. Ei⁹ aūt ꝯuersio fuit miraculosa rōne xp̄i efficiētis: mōi disponētis:& pauli patiētis. Rōe xp̄i efficiētis:qa ibi ōndit suā mirabilē potētiā:sapiā & clemētiā. His eni trib⁹ argumētis aialia p hoies capiūf. Cōsueuerūt eni hoies aialia cape. Per potentiā cū eis pugnando:sicut in uenationib⁹ capiunf leones & ursi. Per sapiam illaqueando:sicut laqueis & decipulis capiunf aues. Et p clementiā nutriendo & ꝯfouendo:sicut aialia que par-

ua recipiunť de nido: & p homines enutrita
domestica fiunt:& cũ eis habitant. ¶ Cepit
ergo xp̃s paulũ per potẽtiam ipsum ipugnã
do & ad terram prostrando. Nam ut dicitur
act.9. luce diuina ꝑcussus: cadens in terram
audiuit uocẽ de celo: quia durũ sibi esse cõ
tra stimulũ calcitrare. Et ꝯtinuo imutatus
respondit. Dñe quid me uis facere: unde can
tatur de illo. Prostratus est seuissim⁹ perse-
cutor: & erectus ẽ fidelissimus predicator.
¶ Itẽ cepit eum per sapiẽtiam: eidẽ decipu-
lam ifirmitatis humane ostendẽdo. Nõ enim
deũ uel dei filiuȝ se dixit: sed hominẽ apella
uit dicẽs. Ego sum iesus nazarenus queȝ tu
persequeris: ut infirma humilitatis aspiciẽs
& superbie squãmas deponẽs diuinitatis la-
queo caperetur. Sicut & alias sed ad aliũ fi-
nem diabolũ ceperat ostendẽs humanã infir
mitatẽ & abscondẽs diuinã maiestatẽ. ¶ Itẽ
cepit eum per clemẽtiam eundem de nido le
gis iudaice in qua natus fuerat accipiẽdo: &
sua per maxima gratia ꝓuehendo. Quod no
tatur ex hoc ꝙ ipsum existentẽ in actu & uo
luntate peccandi ꝯuertit. Habebat enim dif-
formẽ affectum: quia spirans minaꝝ & cedis
in discipulos. Peruersum conatũ: quia acces
sit ad principẽ sacerdotũ ꝛc. quasi se igerẽs.
Et perniciosum actum: quia ibat ut uinctos
perduceret in hierusalẽ. Et ideo ei⁹ iter pes-
simũ erat: ipsuȝ tñ diũa mĩ'icordia ꝯuertit.
¶ Fuit etiam miraculosa ratione modi dis-
ponentis idest lucis: que ipsuȝ tripliciter ad
conuersionẽ disposuit: fuit enim ipsa lux su
bita: imensa: & celica. Propter primũ diciť
et subito. Propter scd̃m circũfulsit idest cir
cũquaq; refulsit. Propter tertiũ lux de celo
Nam paulus tria uitia in se habebat. Primo
erat audacia: quia accessit ad principẽ sacer
dotum. Glo. non uocatus sed spõte zelo cõ
citante. Secũdum erat supbia: quia spirans
minaꝝ. Tertiũ carnalis intelligẽtia: quam in
lege habebat: unde glo. super illud. Ego sũ
iesus ꝛc. Ego deus de celestibus loquor quẽ
mortuum putas sensu iudaico. Ipsa igitur
lux diuina fuit. Subita ut audacem terreret.
Immensa ut superbũ prosterneret. Celica ut
carnalẽ intelligentiam in celestem mutaret:
uel fuit dispositio hec: in uoce acclamante: i
luce refulgẽte: & i uirtute disponẽte. ¶ Fuit
insuper miraculosa ratione pauli patientis.
In quo tã miraculose concurrerunt scilicet
prostratio: obcecatio: & triduana ieiunatio.
¶ Est eni prostratus: ut erigatur: quantum
ad depressuȝ affectum: augustinus. Elisus ẽ
emens & factus est credens: elisus est lupus
& factus est agnus: elisus est saulus & fact⁹
est paulus: elisus est persecutor & factus est
predicator: elisus est filius perditiõis & ere-
ctus est uas electionis. ¶ Et obcecatus ut il

lustretur quantũ ad tenebrosum intellectũ:
unde & in illo triduo quo mansit cecus: do-
ctus fuit euangelium. Augustinus paulum
dico uerum athletam christi: doctum ab il-
lo: unctum de illo: crucifixum cum illo: &
gloriosum in illo. ¶ Est in carne macerat⁹:
ut ipsa caro disponatur ad bone operatiõis
affectum. Optime enim deinceps corpus ei⁹
ad omnia dispositum erat. Nam esurire & a-
bundare sciebat: & ubiq; & in omnibus isti
tutus erat oĩa oĩbus fact⁹: ut omnes christo
lucrifaceret. ¶ Vel dicatur ꝙ in ipso fuerũt
ista tria primo parenti contraria. In adam
enim fuit contra deum erectio: oculorum a
pertio: & cibi ueititi degustatio. Econtra in
paulo fuerunt. Ad terram prostratio. Ocu-
lorum obcecatio. Et ciborum subtractio.
Fuit autem de tribu beniamin ipse paulus
oppido giscolis ut ait hieronymus: libro de
uiris illustribus: qui ad septem ecclesias no
uem scripsit epistolas. Ad romanos unam.
Ad corinthios duas. Ad galatas unam. Ad e
phesios unam. Ad philippẽses unam. Ad co
loscẽses unã. Ad thessalonicẽses duas. Scri-
psit & discipulis suis. Timotheo duas. Tito
unam. Philemoni unam. Epistola que legiť
ad hebreos an sua fuerit: propter stili cultio
ris elegantiam a non nullis dubitatum est.
Ascribunt enim eam: alii barnabe: alii luce:
pleriq; clementi qui postea pontificalem in
urbe tenuit sedem. Clemens tamen alexan-
drinus & origenes eius discipulus: eusebi⁹
cesariensis atq; hieronym⁹: pauli fuisse ma-
nifeste confirmant quia hebreus & hebreis
in proprio scripsit eloquio. Ideo ornatius
& cultius scribere potuit quam in extero.
Et sic in grecum sonantius transferri potuit
ex hebreo. Legũt quidam & aliã eius episto
lam ad laodicẽses: sed a nostris exploditur
Fuit autem festum conuersionis pauli die q̃
ad litteram ab ecclesia celebratur: uidelicet
octauo calendas februarii. ¶ Fertur ꝙ in
muro ciuitatis damasci adhuc extat fene-
stra: per quam paulus tunc nuper conuer-
sus a fratribus dimissus fuit cuȝ quereretur
a preposito regis acache tenẽdus: ut habeť
act.9.&.2.corint.12. quam fenestram sepi⁹
saraceni obturarũt ad custodiam ciuitatis:
que tamẽ facto mane semp diuinitus apta in
uẽta est. Cuius miraculi testes ipsi sunt saca
ceni qui hoc nostratibus retulerũt.

¶ De sancto anania discipulo. XXI.

ANanias discipul⁹ apostoloꝝ fuit
Cui dominus apud damascum
per uisum apparuit: & eidẽ man
dauit. ut i uicum qui uocatur re
ctus accederet: & in domum iu-
de saulum tarseñ quereret: eiq; manum im-
poneret: ut uisum reciperet: ac baptizaret:

prenuncians ipsum uas electionis futurum: & nomen christi coram gentibus & regibus & filiis israel portaturum. Qui iussu domini ad saulum accessit: manusq; imponens oculos eius aperuit: baptizauit: & cibo refecit. Qui etiam deinde exemplo pauli ad officium predicationis feruentior effectus est. Ipsoq; fideliter peracto apud damascũ quieuit i pace: eodem die quo & paulum baptismo genuerat filium uidelicet. 8. calen. febr. Hunc ananiam dorotheus abbas scribit unum ex septuagintaduobus discipulis christi fuisse: & ab apostolis post pauli conuersionem: damasci episcopum ordinatum extitisse.

¶ De sancto proiecto epo & martyre. XXII

PRoiectus episcopus auerneñ & martyr ut ait sigibertus tempore constantini iunioris martyriũ passus est. Quem dũ adhuc mater in utero gestaret: uidit in sõnis: q per latus eius egrediebatur filius sanguine rubricatꝰ. Quod sibi quidam dei seruus exponens: predixit ex ea filium nasciturum: ipsumq; martyrio coronandum. Natus ergo puer & moribus ac uita insignis effectus: satis iuuenis archidiaconus auerneñ ecclesie factus: omnia sua pauperibus erogabat. ¶ Dum autem quadam uice ad illũ multi pauperes pro elemosyna conuenissent & famulus duos solos nũmos in sacculo superfuisse nunciasset: ceteris omnibus distributis: effuso sacculo tot nummi reperti sũt: quot pauperes affuerunt: singuliq; singulos acceperunt. Mortuo uero episcopo felice eidem proiectus in episcopatu successit omni sanctitate & gratia pollens. Dumq; ad regem francorũ uocatus esset: ad sanctũ marinum abbatem egrotantem diuertit: eumq; ab infirmitate sanauit: qui eum secutus una secum martyrii gloriã percepit. Nam cũ illi uisitato rege reuerterentur: & quidã emuli uiri sci eos insequerent: marinũ quidẽ abbatem decollauerunt: & putantes se similiter proiectũ occidisse redibant. A quo reuocati: postq̄ illum uiuentem eorꝫ euasisse manus cognouerunt: ipsum excerebrãtes & iugulantes dimiserunt. Cuius corpus auernis sepultum est. Radebertus autem qui ipsum occiderat non multo post cõsumptus a uermibus expirauit. Alius uero de interfectoribus: dum uenaref ex equo decidens fracto dextro brachio oibꝰ mẽbris debilitaf. Qui ad penitentiã reuersus orãs ad sci martyris sepulchꝛꝫ: salutem obtinuit: & uas argenteũ decẽ marcharꝫ ꝑ sue liberatiõis beneficio i munus obtulit. Passus est aũt martyr christi una cũ scõ marino abbate. 8. calẽ. febr.

¶ De sancto seueriano epo. XXIII

SEuerianus eps gabalitane ciuitatis admirande scitatis & doctrine uir extitit: qui post laudabilẽ cõuersationis uitam: & salutifere ꝑdicationis doctrinam apud eandem urbem in pace quieuit. 8. cal. febr. Hic eni ut gẽnadiꝰ scribit i scripturis diuinis eruditus: & in homeliis declamator eximiꝰ: exposuit epistolam pauli ad galatas. Et de baptismo & epiphanie solẽnitate libellũ insignem composuit. Hunc ioannes ꝯstantinopolitanꝰ eps & archadius imperator frequẽter ꝯstantinopolim euocabãt: ut eius sermones audirent: quorum temporibus ipse claruit: hec gẽnadius de uiris illustribus.

¶ De scõ policarpo epo & martyre. XXIIII

POlicarpus eps & martyr discipulus ioãnis euangeliste fuit: & ipsius auditor. Hic ut habef. 4. libro historie ecclesiastice: fuit episcopus smyrneñ sanctitate & gratia atq; doctrina catholice fidei admodũ insignis. Qui cum iam esset etate maturus: uidit quadam nocte per somnium ceruical suum flãmis esse consumptũ: & predixit fratribus se per ignem martyrem futurum. Regnantibus uero marcoantonio & lucio aurelio cõmodo imꝑatoribus: xpianoꝝ persecutione feruẽte: missi sunt ad eum apparitores proconsulis asie: ut eum tenerent. Quos ille gratanter suscepit: & in mensa refecit: & postea secũ iuit. Et dũ corã ꝓcõsulis tribunali xp̄m uiua uoce cõfiteretur: excitato clamore gẽtilium & iudeorum contra eum iussu proconsulis traditur ignibus concremandus. In quo dũ esset immissus flãmarum globis undiq; uallabaf: ita ut ipse in medio incendii sibi cedentis i modum camere staret & deũ glorificãs ꝯburi nõ posset. Tũcq; spiculator accedens lancea ipm transfodit: & sãguinis profluuio ignis extinctus fuit. Cuiꝰ reliqas xpiani sepelierũt in ciuitate smyrne ✠ Post cuiꝰ transitũ. 12. alii discipuli q eum a laodicia uenientes secuti fuerãt: martyriũ passi sunt in eadẽ ciuitate. Hic beatꝰ eps ob quasdã pasche q̄ones romã ueniens antonio pio impium gubernante: anacleto uero papa romane tũc ecclesie ꝑsidẽte: plures xpianos martiõis & ualẽtini hereticoꝝ irretitos laqueis: ad fidẽ catholicã ꝯuertit. Scripsit ãt ad philippeñ epistolã utilẽ ualde. Passusq; est martyriũ annũ agẽs etatis. 96. die. 7. cal. febr. hec hieronymus de illustribus uiris.

¶ De scis theogene & sociis mr̄ibus. XXV

THeogenes martyr cum aliis. 36. xpianis martyriũ passi sunt in eadem ciuitate laudicie: premissa ꝑsecutiõe urgente: qui contemnentes temporalem mortem coronã

uite eterne adepti sunt. 7. calē. februarii: ut dicit hieronymus.

¶ De sancto iona propheta. XXVI.

IOnas propheta fuit de oppido geth que est in ophir ad differētiam geth que est in palestina et est nomē regiōis. Opher enī nomē est turris nebulose: que non longe erat a tēplo. Hūc hebrei affirmant filium fuisse mulieris uidue sareptane sidoniorū: ad quā helias famis tpe declinauit: ipm q; mortuū suscitauit. Quē tpibus hieroboā filii ioas regis israel claruisse: ꝓphetiā quoq; exorsum fuisse quartꝰ liber regū ꝯmemorat. In condēnatiōe aūt israel ionas ad gētes mittit̃ ꝙ niniue agēte pniāз illi i malicia pseuerabant. Qui iccirco ad niniuitas ꝑdicandos ire recusabat: qa cū ꝓphiā illuminate: peccatores ciuitatis niniue misericordiam dei ꝯsecuturos spare ne falsa uideret̃ ꝑdicare sētētiā ꝯtra eos ꝓlatā reuocari nolebat: diuine dispēsatiōis ignarꝰ que salutē hominū ad se reuertētiū magis uult q̄ interitū. Ideoq; se a facie dei fugere putās: descēdit ioppē: ascendit nauē eūtē i tarsum: deditq; naulū nautis. Sed deꝰ cuiꝰ uolūtati nemo pōt resistere: q & eēntialiter ē ubiq; misso uēto ualidissimo tempestate turbauit mare: piclitat̃ nauis: timēt naute: & inuocato dn̄o de salute desperantes more antiquoꝝ peccato alicui eoꝝ piculū cūctoꝝ ascribūt: hoīem illū sorte iqrēdū decernūt. Ionas sorte dephendit̃: spōte i mare mittit̃: & tēpestas sedat̃. Ionā deo dispēsāte cete deglutit: & pꝰ triduū eūdē in aridam illesum euomit. Ionas flagello dei correptꝰ niniuē itrat: iudiciū subuersionis pꝰ dies. xl. futuꝝ ꝑnūciat. Rex & populꝰ ad dn̄m ꝯuertunt̃: saccis iduunt̃: ieiuniis affligunt̃. Misericors deus peccatoꝝ pniam respexit: ciuitatisq; ꝑcēs sniam reuocauit: uidēs se mēdacē extitisse ionas turbat̃: urbēq; egressus ꝯtra deū ꝯquerit̃. Quē deꝰ ut ꝯfunderet & se digna dispositiōe misericordē ostēderet afflictū feruore solis hedera subito nascēte & caput ꝓphete obūbrāte ab estu refrigerauit: & sequēti nocte iteꝝ repēte arefacta ꝯtristauit. Et cū hederā exiccatā defleret: audiuit a deo ꝙ irasci non deberet: eo ꝙ tante ciuitatis excidio pepcisз. Si enī moleste ferebat hederā arefactā: & deꝰ molestius tulisset tantā urbē subuersam. Sicq; ionas pacatꝰ rediit a niniue. Processu tamē tpis niniuite ad peiora peccata ꝯuersi: ꝓphetia nauз ꝓphete admōiti sūt. Qui nō curātes ꝯuerti: eo ꝙ alias ionā falso subuersionē ciuitatis pmisisse cognouerūt: irā dei tandē nō euaserunt. Nā fluuius polꝰ q̄ eā circūdabat ui bē: fundauit: factoq; pariter terremotu: ignis de celo emissus eā icendit. Sic q; utroq; diluuio aque & ignis pariter deleta est. Reuersus ergo ionas a ciuitate niniue ad terram suā ire erubuit: eo ꝙ in uaticinio niniuitaꝝ mendax appuit. Sed tpe famis assūpta matre: incola gentiū factus est. Fame uero trāsacta: reuersus est ad terram iuda: & mortua matre sepeliuit eā iuxta balanū delbore. Hic predixit signū euersionis hierusalem: ꝙ cū uiderit lapidem luctuose clamantem: prope sit finis. Et cū uiderint i hierusalem gentes uniuersas: tunc tota illa ciuitas irrecupabiliter euertet̃. Quieuit i pace tpe ozie regis iuda. vi. cal. ianuarii: & sepultus est in spelunca uniꝰ iudicis israel. Cuius sepulchrū monstratur in una urbiū geth: i uiculo iuxta sephoꝝ. Hic unus est ex numero xii. ꝓpherarum qui ecclesiastici. 49. in sanctorum patrum catalogo memorātur. Hec hieronymus & iosephꝰ & in historia scholastica.

¶ De scō ioanne chrysostomo epo. XXVII

IOānes chrysostomꝰ qd̄ latine os aureum interpretat̃ eṗs constantinopolitanus & doctor grecoꝝ tempore archadii impatoris floruit. Hic natione antiochenꝰ filiꝰ secundi & anthure nobiliū pꝛarum: discipulus sophiste libanii: & auditor andragatii philosophi liberalibus artibus annis puerilibus antiochie studuit. Dehinc defūcto patre romā ueniens causarum orator extitit: pauperibusq; gratis patrociniū exhibebat. Post hec relictis studiis secularibus: diuine scripture uacās ānoꝝ. xviii. omnes sacre pagine libros memoriter didicit: & scis intentus operibus seculo abrenunciauit. Reuersusq; ad patriam cū sancto basilio in quodam mōte antiochie ꝓximo: solitariam uitam duxit. Basilio uero cesaream eunte: Ioannem scūs meletius antiochenus episcopus i lectorem & postea in diaconū ordiauit. Quē euagriꝰ eius successor processu tēporis ad sacerdotium ꝓmouit. Qui sāctitate uite & claritate doctrine proficiens diuinis studiis intentus predicationi insistebat: & mira opuscula cōtinue exarabat: famaq; eius sapientie undiq; personabat. Qui etiam propter castitatis zelum seuerior habebatur: & feruori magis q̄ mansuetudini seruiens: arrogans a nescientibus putabatur. Defuncto igitur nectario cōstantinopolitane urbis episcopo: cum de ordinando presule questio oriretur. Nouissime fama eius comperta imperatoris archadii iussu: ioannes presbyter ab antiochia uocatus episcopus ordinatus est. Qui mox in sui pontificatus initio cum uitam clericorū corrigere uoluit: omnes in sui odium concitauit. Cūctiq; eum uelut furiosum & superbū declinabāt: & apud oēs ei detrahebāt: & qa nūq̄ cū aliis i mēsa ꝯmunicare uolebat.

¶ Re uera aũt ille hoc iõ faciebat: q͂a ꝓpter
nimiam abstinentiã caput & stomachũ sepe
dolebat: popul⁹ uero ꝓpter sermones quos
in ecclesia faciebat: eum plurimũ diligebat:
paruipendẽs quicquid ꝯtra eũ emuli loque
rentur. Necessitatibus uero egenoꝝ liberali
ter ꝓuidebat: & plurib⁹ ad suscipiendos pau
peres hospitalib⁹ erectis: de redditib⁹ ep̃at⁹
idem mĩstrabat. ¶ Quadã die dũ epistola
rum pauli expositioni intenderet: orauit ad
dñm: ut sibi in ipsis plenũ intellectũ daret:
Cui uisibiliter appuit btũs apostolus: dicẽs
se nõ aliter ĩ suis epistolis ĩtellexisse: q̃ ioan
nes intelligebat: eũq; deosculatus disparuit
quẽ etiã notari⁹ eius ꝓbus: qui tunc actu uer
ba eius scribebat aspexit: & ex p̃ntia aposto
lica totus cõtremuit. Cui ioannes eũ post se
futuꝝ epm ꝯstantinopolitanũ p̃dixit: sicut &
rei euẽtus ꝓbauit. ¶ Eutropi⁹ imperatoris p̃
positus & ꝯsul nolens se in q̃busdã ad eccle
sias ꝯfugientibus uindicare: studuit: ut lex ab
imperatore de imunitate ad ecclesiã ꝯfugiẽtiũ
reuocaret̃. Quod ioãnes moleste ferens: eũ
audacius increpauit. Et post paucos dies eu
tropi⁹ imperatorem offendit: & ad ecclesiã fu
git: quẽ eps latitantẽ ꝓpalauit: & durissime
increpauit: & eũ imperator eductũ de ecclesia
decollauit: unde & ex hoc eps multoꝝ odiũ
icurrit. Insup etiã q͂a plures clericoꝝ ꝓpter
eoꝝ dissolutam uitã pluribꝰ causis deposuit
¶ Quidã ganias genere celtic⁹: ꝯsilio barba
rus: secta arrianus magister militũ fact⁹ est
Hic imperatorem rogauit: ut itra ciuitatẽ uni
cam tantũ suis ecclesiã ꝯcederet. Quod cũ
imperator de hoc epm rogasset: ut sic illius ty
rãnidẽ refrenaret: & eps hoc modis oib⁹ ꝓhi
beret. Ganias noctu barbaros misit: ut pala
tium ꝯcremarent. Quib⁹ uenientib⁹ angelo
rum armatoꝝ ingens corp⁹ habentiũ copio
sa turba apparuit: que illos ꝓtin⁹ effugauit.
Quod dũ sequenti nocte iterarũ eẽt. Ille cũ
suis tertio egressus miraculũ uidit: & fugit:
existimãs milites ĩ die latere: & ĩ nocte urbẽ
custodire: q̃ egressus ad thraciã exercitu cõ
gregato cũcta ĩ suburbanis uastabat. Impa
tor ergo ioãni on⁹ legatiõis iposuit: q̃ egres
sus adeo suis monitis & cõminatiõib⁹ ganiã
exteruit: ut ei⁹ ꝓuolut⁹ genib⁹ ueniã pete
ret: & ꝯfesti cũ suis abiret. ¶ Post hec cũ eu
doxia augusta hortũ cuiusdã uidue p̃ciosis
& uberib⁹ arborib⁹ ꝯsitũ ipali uiridatio ꝯti
guũ occupasset: illaq; epo ꝯquesta fuisset: io
annes apud ĩpatorẽ tantũ ĩstitit: q̃ reginam
hortum uidue reddere ꝯpulit: pp q̃d & ipsa
ꝯtra ioãnẽ ĩdignationẽ ꝯcepit. Preterea seue
rian⁹ gabalieñ eps regine dilect⁹: quẽ ioan
nes suspicat⁹ est ĩ heresim ꝓlapsum fuisse ex
q̃busdã scripturis suspectis: que heresim sa
pere uidebant̃: a ioãne epo uti hereticus &
blasphem⁹ de ciuitate expulsus ẽ. Quod augu
sta ꝯpiens: nacta occasiõe ꝯtra epm: q̃si ĩ ei⁹
despectũ p familiares seuerianũ mox illuz a
chalcedonia fecit euocari. Hinc ioãnes accẽ
sus lingue ubertate: fecit s̃monẽ ĩ ppl'o cũcta
rũ mulieꝝ uituperatiõe plenũ: q̃d augusta ue
lut iniuriã suã ĩpatori narrauit: dicẽs ipsi⁹ ma
gis eẽ ꝯtumeliã q̃ suã. Qua de re gestũ ẽ: ut
theophil⁹ alexãdrin⁹ eps: multos simul epo
rũ mouẽs: suasu ĩpatoris ꝯstãtinopolitanã
synodũ celebraret: q̃si origenis libros dãna
tur⁹. Cũq; ioãnes bis citat⁹: & timẽs aioꝝ ĩ
petuositatẽ: epos illos uelut apros inimicos
recusasset: & generalẽ synodũ fieri petẽs: cõ
parere noluisset: dãnauerũt eum nullo alio
culpãtes: nisi q͂a uocat⁹ noluit obedire. Sic
q; iussu ĩpatoris oportuit eũ dãnatũ ĩ exiliũ
deportari. Sed cũ ioãnes nimiũ a populo a
maret̃: orta seditiõe ĩ populo pp ĩpm: timẽs
augusta ĩpatori suasit: ut ioãnẽ ab exilio re
uocaret: q̃ dudũ renuens: redire ꝯpulsus est
populo sibi cũ cereis & lãpadib⁹ occurrẽte
Reuersusq; ioãnes cũ ĩ cathedra sua reside
re nollet: sed solũ simplicẽ ducere uitã: coa
ct⁹ multa populoꝝ ĩstãtia sedẽ resumpsit:
& uti primũ p̃dicare cepit. ¶ Eodẽ uero tpe
statua argentea ad honorẽ eudoxie auguste
iuxta ecclesiam scẽ sophie ꝯstituta erat: ubi
milites & ꝓceres ludos publicos exercebãt
Quod cũ ioannes fieri ꝓhiberet: augusta ad
sui iniuriã reputabat: & ꝯtra ĩpm ut iteꝝ ce
lebraret̃ synod⁹ ꝓcurabat. Hoc sentiens ioã
nes illã famosissimã in ecclesia ꝓtulit home
liã: cui⁹ initium est. Rursus herodias uexa
tur ꝛc. Quod factũ ad iracũdiã pl⁹ ꝯcitauit
eudoxiã. Et dũ q̃dã ioannẽ uellet occidere
ut cõplaceret auguste: a populo ẽ captus &
iudicat⁹: sed a p̃fecto ne occideret̃: erept⁹ ẽ
Ex illo die popul⁹ ioannẽ uicissim custodi
ebat: & nocte domũ ei⁹ armatis muniebat.
Suadẽte igit̃ augusta: epi ꝯstantinopoli ꝯue
nerũt: & eũ in cõcilio dãnauerũt: nihil ꝯtra
ĩpm ĩuenientes: nisi ex eo solo: q̃ post priorẽ
depositionẽ sine decreto cõcilii ĩ ep̃ali sede
residere p̃sũpsisset. Propter q̃d imperator io
annẽ ĩ exiliũ iteꝝ duci fecit: ĩ q̃dã ciuitatẽ par
uã barbaris uicinã: ubi fines sũt imperii roma
noꝝ. Hoc aũt innocenti⁹ papa audiẽs & mo
leste ferẽs: cõciliũ ĩ sede apostolica celebra
uit: & ioannẽ innocentẽ ab exilio reuocauit.
Qui reuocatus diem sui obitus p̃dixit: & ex
labore itineris fatigat⁹: ãteq̃ peruenirent ad ci
uitatẽ lãgorẽ incurrit: & sic post dies modi
cos ĩ pace uitã finiuit. xviii. cal̃. octob. quo
defuncto grãdo uehemẽs ĩ ꝯstantinopolim
& circa suburbana descendit: dicentib⁹ cun
ctis hoc dei iudicio gestum eẽ: eo q̃ ioãnes
iniuste fuerat condemnatus: quibus fidẽ de
dit mors auguste die decianona subsecuta.

Theodosiꝰ aũt iunior archadii filius: corpꝰ doctoris in regiá ciuitaté tráſtulit: & digno honore tumulauit. vi. cal. februarii: quo die feſtũ eius i grecoꝝ eccleſia celebrat. Obiit circa annos dñi. 580. ¶ Scripſit auté hic uenerandus antiſtes ſuper toto nouo & ueteri teſtaméto expoſitionũ libros. 90. Cõmentarios i mattheũ diſtinctos p homelias. 90. Super ioanne homelias. 88. Sup epiſtolis pauli libros ſingulos p ſermones diſtinctos. In epiſtola ad hebreos homel. 34. Sup geneſi libros queſtionũ. De laudibꝰ pauli apoſtoli homel. 7. Cõtra arrianoꝝ hereſim fortiſſimos libros. Contra ſimoniacos. Cõtra martioné: cerinthũ: ebioné: artemoné atq; photinum: q eoꝝ ſuſcitauit hereſim. Contra apollinaré librũ. i. Cõtra manicheos iſigne uolumé. Cõtra oés hereticos ſup pabola ſeminis longũ opꝰ & elegás. Tractatũ unũ i thomá apoſtolũ i quo aduerſus arrianos fortiſſime diſputat. Sup canticis cáticoꝝ. l. ii. Item uitá ſci meletii epi antiocheni. De ueſtibꝰ legalibus ſacerdotum & leuitaꝝ: & de ornatu ſũmi pontificis: ueteris teſtaméti uolumé egregiũ. De humilitate i lotione pedũ tractatum. i. Contra eos q ad miſſas nõ occurrũt tractatũ. i. De uirginitate. De patiétia. De fide. De penitétia. De cõfeſſione. De elemoſyna tractatꝰ plures. Homelias & ſmones per totá quadrageſimá. Sermoné declamatoriũ in decollatione ioánis baptiſte. Ité in laudé beate uirginis ſmões mira ſuauitate fragrátes. Aduerſus arabes de reſurrectione mortuoꝝ q dicũt aias mori cũ corpe. lib. ii. Ité ꝯtra iudeos lib. i. Aduerſus gétes in modũ dialogi grande & inſigne uolumé. De ordine & officio ſacerdotis librum. i. Hymnos & ſmones & alia plura metro edidit apud grecos. Et q̃q̃ latino fulſerit eloqo: plurimũ tñ ſcripſit in greco. Hec ex hieronymo de illuſtribus & ex hiſtoria tripita.

¶ De ſcõ ioanne preſbytero. XXVIII.

IOannes preſbyter antiochenus ſcitate & ſapientia inſigniter fulſit. Qui ex grammatico & declamatore preſbyter factꝰ ꝯpoſuit librũ aduerſus eos q dicũt xp̃m in uná tantũ ſubſtantiá adorádum: nec acqeſcunt duas in xp̃o ꝯfitendas eſſe naturas. Impugnauit etiá non nullas cyrilli alexandrini epi ſnias ſcaute aduerſus neſtoriũ prolatas: que thimotianis uideſ p̃ſtare robur & adhibere fométa. Claruit ſub theodoſii ſenioris tpe. Hec hierõymꝰ de illuſtribꝰ uiris.

¶ De ſcá paula uidua. XXIX.

PAula uidua nobiliſſima romanorum matrona fuit: cuiꝰ uitá hieronymꝰ ſcripſit. Que nobili genere: ſed nobilior ſcitate. Potés quõdá diuitiis ſʒ xp̃i ſcitate iſignior: oés ſuos paupes paupior ipa dimiſit: & hũiles hũilitate ſupauit. Hec. vi. edidit liberos. ſ. bleſillam ſup cuiꝰ morte eá hieronymꝰ ꝯſolatꝰ eſt. Paulinã ſcãm: & admirabilé uigꝫ & prepoſitũ regꝫ ſuaꝝ pámachiũ ad qué ſup eius obitu idem doctor puũ libellum edidit. Euſtochiũ que i ſcis locis uirginitatis & eccleſie mõile p̃cioſiſſimũ fuit. Rufináq; i matris funere piuꝫ matris aium ꝯſternauit: & theochium pueꝝ: poſt qué parere deſiit. Hec pꝰ uiri obitũ in ſcá uiduitate pmanſit & ad dei ſeruitiũ ſe cõuertit: oéſq; ſui diuitias in pauperes errogauit. Deide paulini epi antiocheni & epiphanii epi ſalamine q romá uenerát accenſa uirtutibꝰ: patriá deſerere cogitabat. Deſcédéſq; ad portũ: fratre: cognatis affinibus: & qđ maius ẽ theocbio puero ac ruſinaiá nubile: pſequentibꝰ & receſſum paule deplorátibꝰ. Hec contra iura nature nõ patiebatur plena fide & amorem filioꝝ maiore in deo amore ꝯténens: in ſola euſtochio que ppoſiti & nauigatiõis comes erat acqeuerat. Sicq; relicto ſeculo ad ſyriá nauigauit. Cũq; ad loca ſcá ueniſſet: & pconſul paleſtine q eiꝰ familiá optime nouerat: ei pretoriũ p̃paſſet: humilé cellá elegit: cũctaq; loca ſcá deuote luſtrauit. Proſtrata áte crucem quaſi pendétem dominũ adorabat: igreſſa reſurrectionis ſepulchrũ oſculabatur lapidé & corpis locũ: lachrymis & ſuſpitiis aquas ſitiei ore lábebat. ¶ Deinde p̃rexit bethleé & ſpecum ſaluatoris ingreſſa etiá xp̃m natũ ex uirgie & cetera ifantie rudimenta oculis corporeis ſe uidiſſe teſtata ẽ: ubi & regé habitatiõis ſibi elegit: & cũ filia euſtochio ꝯſtructo locello ſub beati hieronymi diſciplina: & ꝯgregatis uirginibꝰ deo ſuire cepit. Tantaq; ſe hũilitate deiecit ut iá non matronarũ pria ſed ácillaꝝ ultia uidereſ. Pꝰ uiri morté uſq; ad eiꝰ obitũ nunq̃ cũ uiro cõedit: balnea nunq̃ adiit: mollia lectuli ſtrata etiam i grauiſſima febre nõ hũit: ſed ſup humũ ſtratis ciliciis iacebat. Pané ſolũ & aquá pꝰ ueſperas deguſtabat: praro leguía cõedebat i qbus diebꝰ feſtiuis exceptis: uix oleũ apponebat. Caſtitaté aũt i oibꝰ pudiciſſimá p̃tendebat. In largiẽdo pfuſior hoc hr̃e uoti aiebat: ut unicũ nũmum filie moriés nõ dimitteret: & in funere ſuo aliena ſindone tegeretur: uirgines quas ex diuerſis puinciis ꝯgregauerat in tres turmas & mõaſteria diuiſit. Ita dũtaxat ut in ope & cibis ſepate: pſalmis & orationibꝰ iũgerent. Cũq; alus languentibꝰ large preberet: ſi quádo ipa egrotaſſet ſibi nõ idulgebat. Cum autem ſemel menſe iulio grauius egrotaret: & medici ꝯſulerét uino tenui ſibi opꝰ eſſe: ne aquá bibens i hytropiſim uerteretur. Sáctuſq; epiphanius eps

haustũ uini eidẽ suaderet: nõ solũ acqescere noluit: sed pene homĩnẽ senẽ: ut nunq̃ uinũ degustaret: induxit. Scripturas autez sacras memoriter retinebat: & earũ studio assidue uacabat: ita etiam ut hebraicã linguã perfecte disceret: & psalmos hebraice decantaret. Sicq; post longi laboris cursum oĩbus referta uirtutibus grauissimo depsta languor ad extrema uite deueniens: inter psalmodie recitationẽ ultimũ spiritũ dño cõmendauit. Cuius obitu cõpto monachi oẽs & uirgines de eoꝝ cellulis ad ipsius funera ꝑcurrentes eum lachrymaꝝ effusiõe piarum & hymnorum sacrorum modulatione sanctas eiꝰ exequias eelebrarunt: corpusq; apud bethleez ꝯdigna ueneratione tumularunt. Cuius congregationem scã eiꝰ filia & uirgo eustochiũ post matris obitum laudabiliter gubernauit. Quieuit autem sancta paula in domino 6. calen. februarii.

¶ De scõ paulo papa & confessore. XXX

PAulus papa & cõfessor stephano pape scdo i põtificatu tõano successit: qui natione romanꝰ fuit ex patre ꝯstantino de regione uiala ta: seditq; ãnos. 10. & mẽsem unũ. Hic minor germanus stephani põtificis ꝑdecessoris sui ab ineũte etate in lateranẽsi palatio ꝓ eruditione ecclesiastice discipline ab eodem fratre suo traditus est tẽpote gregorii secũdi pape. Et postmodũ a zacharia papa in diaconatꝰ ordinẽ ꝑiter cum germano suo ꝓmotus est. Sed dũ idem frater & antecessor põtifex ad uite extremũ ꝑtingeret: populus romanꝰ diuisus est: & alii cũ theophilato archidiacono tenebant: alii uero eidem paulo diacono adherebant. Dũ uero de hac luce põtifex idem migrasset: ꝯtinuo ꝯgregatio populi que cũ eodem paulo ualidior erat: eũ in pontificem elegerũt: & ita in apostolicam sedem ordinatus est tẽporibus cõstãtini & leonis imparorum. Hic ꝯstituit diuina officia celebrari in q̃dragesima ante sextam. Hic ꝯgregatis sacerdotibꝰ & clero ac populo romane urbis corpꝰ btẽ petronille de loco ubi quiescebat extra portã uia apia abstulit una cum sarcophago marmoreo in quo legebat titulꝰ manu ꝓpria bti petri apostoli sculptꝰ. Auree petronille dulcissime filie: quod plaustro ĩpositũ intra urbẽ in bti petri ecclesia collocauit. Hic fuit fortissimꝰ fidei defensor: unde sepiꝰ nũcios cũ lr̃is ãmonitoriis p̃fatis augustis direxit: ꝓ restituendis & in prio statu ꝯfirmandis sacratis imaginibꝰ xp̃i & dei genitricis atq; scõꝝ omnũ quas illi ꝯburere faciebãt. Hic multas ecclesias restaurauit: q̃plures etiã nouiter edificauit: & nõ nullas mirifice decorauit. Fuit etiã mitissimus & misericors: nulli malũ ꝓ malo reddens: sed oĩbus eũ offendentibꝰ misericorditer indulgens. Hic cũ paucis familiaribus suis nocturno silẽtio ꝑ cellas paupeꝝ & infirmoꝝ in lectis decũbentiũ circuibat: eis necessaria mĩstrando: sed & carceres uisitans ꝑ eadem noctis secreta retrusos a mortis ꝑiculis eruebat: & obligatos pro debitis redimebat. Viduis & pupillis oĩbusq; indigentibꝰ opem ferens: sicq; scis pollens uirtutibus apud sanctũ paulũ q̃euit: ubi etiã sepultꝰ est 6. calen. februar. Sed post dies modicos corpus eiꝰ a romanis cum honore ad sanctum petꝝ delatum est: ubi & miraculis claret: & cessauit ep̃atus annũ unũ & mẽsem unũ.

¶ De scõ adiuto abbate. XXXI

ADiutus abbas primo monachus mimateñ: postea abbas carnoteñ pagi quẽ portesum uocãt deo ꝓuidente factꝰ est: qui laudabilibꝰ opibus uitã ducens: dissolutionẽ corpis sui predixit: & decedẽs aurelianis humatus est: supra cuiꝰ corpus fideles ciues ecclesiã ꝯstruxerũt: quã cũ die aniuersarii sui festi uniuersꝰ ppl̃s celeberrie uisitassẽt: unꝰ ex ciuibꝰ ꝯtẽpta missa accepto rastro uineã pastinabat: increpatusq; a q̃busdã cur ad ecclesiã sci nõ accederet. Rñdit q̃ etiã adiutus cultor uinee fuerat. Moxq; sibi manꝰ retorta & facies ad tergũ uersa ẽ i admiratiũ stuporẽ: q ad ecclesiã sci ꝯfugit: & i testimoniũ sãctitatis bti corpis diebꝰ aliq̃bꝰ sic manẽs: ut a cũctis uideri posset: tãdẽ peccatũ ꝯfitẽs: & ueniã petẽs: oransq; ad sci tumulũ post dies modicos liberatꝰ ẽ. huiꝰ sci festũ agit. 6. cal febr.

¶ De scõ mauro abbate. XXXII

MAurꝰ abbas monasterii bobaceñ uir fuit mira scĩtate ꝯspicuꝰ: cuiꝰ uitã uirtutibꝰ plenã: uir illustris ac patricius diuanus scribit: quã tñ hactenus uisq̃ ualui reperire: qui & in xp̃o pausauit. 6. calen. februarii: ut ado testatur.

¶ De scã agnete secundo. XXXIII

AGnes secundo die octaua ab eius passione ab ecclesia celebrat: nõ quidẽ per modũ octaue: sed q̃si ꝓfesti repetitione: & hoc ꝓpter quoddã uisiõis miraculũ: quod apparuit pentibꝰ agnetis uirginis ipsa die: ut ambrosius scribit. Nã cũ diebꝰ pluribus parentes beate agnetis ad eius tumulum cũ orationibus uigilarẽt: die octauo medie noctis silẽtio: uiderunt chorum uirginũ uestibus aureis idutũ: cũ imenso lumie trãseũtẽ. Inter q̃s uident beatã agnetẽ simili ueste fulgentẽ: & a dextris eiꝰ agnũ niue candidiorẽ. Et dum hec uidentes obstupescerent: rogat agnes ceteras uirgines gradum figere. Ipsaq; stans parentes cepit admonere: ne illam

quasi mortuá deflerét: sed et⁹ potius gl'e cõgauderét: eo q cú scis uirginib⁹ lucidas sedes accepat. Illiq; i celestib⁹ iúcta erat qué in terris posita tota intentióe dilexerat. His dictis uisio euanuit & societas pētú ꝯsolationez i cepit: uisionéq; publice enarrauit. Et idcirco festum agnetis secúde ab ecclesia institutum est. v. cal. februarii.

¶ De sancta constantia uirgine. XXXIIII.

Constantia uirgo filia cóstantini iperatoris fuit. Que lepra grauissima laborás: tantis erat obsessa uulnerib⁹ ut a capite usq; ad pedes nulla mēbrorꝫ ps libera permáisset. Que cú audisset q̃liter beata agnes pentib⁹ appuerat: ut supi⁹ dictú est: & qualiter infinitis miraculis coruscabat: accepro cósilio: & spe recupande sanitatis: uenit ad tumulú uirginis nocte: & licet pagana: mente tñ credula: p̄ces ad dñm fideliter effundebat: ubi dú i oratione ꝑsisteret obdormiuit: uiditq; i sõnis beatá agnetem: eá ut constanter ageret & in xp̄m crederet exhortanté: atq; ipiam saná effectá ab ei⁹ egritudine núciá tem: Ad hanc uocé uigilás ꝯstantia se perfecte sanatá inuenit: adeo ut nec in mébris ei⁹ signú alicui⁹ uulneris remaneret. Quod pater cernens & frés maxia letitia repleti sunt. Quorꝫ licentia obtéta: ꝯstantia baptismú suscepit: & uotú uirginitatis emisit. Et supra tumulú beate agnetis mõasteriú fabricauit: & ibidé dño seruiens cum multis uirginib⁹ se inclusit. Que post uitá laudabilé ad dominum migrauit: & iuxta corpus beate uirginis sepulta fuit.

¶ De sancto iuliano episcopo. XXXV.

Iulian⁹ cenomaneñ eps fuit. Hic simon ille leprosus fuisse dicit: quem dominus a lepra sanauit. & qui eum ad conuiuandum iuitauit. Qui post ascensionem dñi ab apostolis cenomaneñ eps ordiat⁹ é. Qui etiam multis clarus uirtutib⁹ extitit. Ná cuspide baculi sui terrá ꝑcutiés sitiéti populo fonté produxit. Cecú quoq; illuminauit: & carceratos se iuocantes: spõte apertis ianuis liberauit. Tres etiá mortuos ut dicit suscitauit. Et postmodú i pace qeuit. v. cal. februarii. Hic fertur ab aliqbus fuisse de. 72. christi discipulis unus. Dicitur q; esse ille iulianus: qui ab itinerantibus ꝓ inueniédo bono hospitio iuocat: eo q in domo ei⁹ xp̄s fuerit hopsitat⁹. Sꝫ ueri⁹ uidet ali⁹ iulian⁹: q utrúq; pēté ignoráter occidit: de quo dicet .2. id⁹ febru.

¶ De scó iuliano cófessore frē iulii. XXXVI.

Iulianus alius frater beati iulii fuit. Hi duo frēs a theodosio ipatore xp̄ianissimo obtinuerút templa deorꝫ ubiq; repta destruere: & ecclesias edificare: mádauitq; iperator oibus p̄dictos fratres adiuuare: & eis in oibus pena capitis obedire. Cú ergo sci iulianus & iulius i loco dicto gaudianú ecclesie ꝯstruerét: & eos mandato ipatoris oēs transeuntes iuuarent: quidam cú curru euntes adiuicé ꝯdixerút: aliquá excusationé pretendere: ut sic liberi possent pertrásire: unú igitur ex suis in plaustrum supinuꝫ posuerunt: & eum pannis ut mortuum coopuerunt: qui se mortuú fingebat & oculis clausis supinus iacebat. Cum ergo ad iulianú & iuliú ꝑuenissent rogauerunt eos ut pagꝫ persisterét & eos i opere iuuarét. Qui se ibi stare nó posse dicebát: quoniá hominé mortuú deferebant. Et dú scús iulianus eos métiri diceret illi se uerꝫ dicere affirmabant. Qui deú iprecatus é: ut secúdú ueritaté dicti sui sibi ꝯtingeret. Cúq; procul recesserút collegam ex noíe uocare ceperunt. Qui cú nullatenus moueret pulsari ab eis cepit: & finaliter mortuus appuit. Quod ceteri uidentes timuerút: nulliq; deinde christi famulos decipere presumpserút.

¶ De scó iuliano sabba ꝯfessore. XXXVII

Iulian⁹ eremita cognométo sabba fuit. De quo dicit theodor⁹ i historia triptita: q angelicá uitá in terris deducebat: & in eremo ꝯsistens ꝯtéplatioi & oratioi uacabat. Hic ꝑ spiritú cognouit & p̄dixit obitú iuliani apostate ipatoris: longe. 20. dietis posit⁹ ab eo loco ubi iterfect⁹ fuit. Quod ut prenúciauerat sic ꝯtigisse repertum est.

¶ De sancto iuliano ꝯfessore. XXXVIII.

Iulianus alius confessor fuit: de quo ait gēnadius libro de uiris illustribus: q acer ingenio & facundia extitit: diuinis scripturis doct⁹: greca & latia lingua scholasticus & inter doctores ecclesie clar⁹. Hic scripsit aduersus augustinum eius impugnatorem libros quattuor & iterú aduersus alios heresiarchas libros. viii. Extat & liber altercationis amborꝫ partes suas defendentium satis cóspicuus. Hic fuit in elemosynis liberalissimus. Moritur autem ualentiniani impatoris ꝯstantii filii tpe.

¶ De scis leócio & sociis martib⁹. XXXIX.

Leoncius thyrsus & calonic⁹ martyres in citate apollóia passi sút tpe decii sub presidibus cubericio siluano & bando. Qui diuersis tormétorꝫ generib⁹ excruciati. Demú prim⁹ & ultim⁹ capitis abscisióe: medius celesti uoce uocatus spiritú reddiderút. Sicq; martiú ꝯsumauerút. v. cal. feb. i ptibus grecie tumulati: ut dicit ado.

¶ De scis papia & mauro martyrib⁹ .XL.

PApias & maurus martyres passi sunt rome tpe diocletiani & maximiani impatorꝫ sub laodicio urbis pfecto. Qui cũ essent milites uidentes q̄liter saturnin⁹ & iunnius martyres statuã iouis eream eisdẽ a pfecto psentatã: sicut plumbũ liquefactũ ptriuissent puersi sunt ad dñm: & impietatẽ laodicii redarguere ceperunt: qua in xpi martyres seuiebat. Tunc iratus laodicius: iussit ora eoꝝ lapidib⁹ ptundi: & postmodũ illos i carcerem recipi: ubi a sancto marcello papa baptizati sũt: post dies 12. educti de ergastulo iubente pfecto fustibus ceduntur: deinde i equuleo leuati: tãdiu plumbatis ptusi sũt: donec spiritũ emiserũt. Quoꝝ corpa ioãnes psbyter sepeliuit uia numẽtana ad nymphas beati petri. 4. calen. februarii.

¶ De scis flauiano & sociis martyrib⁹. XLI

salus: quia redemptor: lux quia doctor: gloria quia premiator. ¶ Secundo propter huius festi triplicem denominationem: nam dicitur purificatio quoad purgationem culpe: propter quod dicitur salutare. Dicitur candelaria quoad illuminationem gratie: propter quod dicitur lumen. Dicitur hypopanti quoad collationem glorie: propter quod dicitur gloria plebis sue. In collatione enim glorie occurremus obuiam christo in aera & sic semper cum domino erimus. ¶ Tertio propter triplicis diuini aduentus operationem: uenit enim primo dei filius i carne ad homines saluandos: & ideo dicitur salutare. Venit secundo spiritussanctus in igne ad apostolos illuminandos: & ideo dicitur lumen. Veniet tertio christus in maiestatis sede ad electos glorificandos: & ideo dicitur gloria plebis sue. ¶ Tertio hoc festum dicitur candelaria: ex eo ꝙ candele accense ĩ manibus portantur: quod ecclesia ordinauit fieri triplici ratione. ¶ Primo enim propter remouendaʒ erroneam superstitionem. Romani enim olim in calendis februarii ad honoré februe matris martis urbem de quinto in quintum annum cum cereis & facibus tota nocte lustrabant: ut filius suus belli eis uictoriam de inimicis concederet: & illud spatium dicebatur lustrum. Mense etiam februario sacrificabant februo: idest plutoni deo inferorum & cereris inferis: & hoc pro animabus suorum antecessorum. Et ut propiciarentur eorum solennes hostias eis offerebant: & tota nocte cum cereis & facibus uigilabant. Et quia difficile est consueta dimittere: christiani de gentibus ad fidem cõuersi difficile hanc paganorum consuetudinem dimittere poterant. Ideoq; sergi⁹ papa hanc ꝯsuetudiné in melius cõmutauit: ut s. xpiani ad honorẽ matris dñi oĩ ãno ecclesias cum cereis benedictis illustrãdo circuirẽt: ut solẽnitate stante intentio mutaretur. ¶ Secundo propter ostendendam uirginis sanctificationem ne crederetur ipsam purificatione indiguisse: ut ergo ostendatur ꝙ tota fuit luminosa & splẽdida: ideo luminosos cereos deferendos ordinauit ecclesia. Adeo nãq; sanctitate resplẽduit: ꝙ non solum aliquid ad peccatum inclinatiuũ in ea non fuit: sed etiam uirtus eius sanctitatis ad alios se extendit. Ita ꝙ etiam in aliis motus carnalis cõcupiscẽtie extinxit: unde dicũt iudei ꝙ cũ maria pulcherrima fuerit a nullo tamẽ unq̃ potuit cõcupisci. ¶ Tertio propter mysticam significationem & in capite & in membris. In capite enim candela accensa christum significat. ¶ In cereo nãq; tria sunt que denotant tria que in christo fuerunt. Nã cera quã apes gignunt sine cõmixtione significat carnem christi natam de uirgine sine corruptione. Lychinium in cera latens significat aiam candidissimam in carne latentem. Ignis uero siue lumẽ significat diuinitatem: quia de⁹ noster ignis consumẽs est. ¶ In membris uero quia per hoc instruimur: quomodo corã deo purificari debem⁹: ut scilicet habeam⁹ fidem uerã: actionem bonam: & intentionem rectam. Nam candela accensa est fides integra cum operatione bona: quia sicut cera sine lumine mortua est sic & fides sine operibus mortua est: lychinium autem ĩ cera occultatum est intentio recta in ope latens: unde gregorius: sic sit fides in publico: ut recta intẽtio maneat in occulto.

¶ De scõ cornelio epõ cẽturione. LXXIII.

Cornelius centurio eps beati petri apostoli discipulus & in baptismate filius fuit. Hic ut dicitur act. 10. Cum esset apud cesaream centurio prime cohortis que dicitur italica: uir religiosus & timẽs deuʒ cũ omni domo sua faciens elemosynas multas: & orationi insistens: licet adhuc gentilis: media die uidit manifeste angelum dei dicentẽ sibi: qualiter eius elemosyne & oratiões ad deum ascenderant: propter qđ deus ipsum saluari decreuerat mandans ut simonem petrum ad se accersiret: qui i ioppe apud simonem coriarium hospitabatur qui eum uiam ueritatis edoceret. Qui cõfestim nuncios ad petrum misit. Eadẽq; hora qua illi ad hospitium petri peruenerant: dum petrus in superiora domus circa horam sextam oraret in extasi raptus uidit linteum quattuor finib⁹ de celo missum cũctis animantibus plenum: uoce ad eum delapsa ut ex ipsis occideret & manducaret. Qui cum nullatenus se immũda posse comedere diceret: audiuit secundo que deus purificauerat minime immunda reputanda. Cumq; descendens a nunciis causã itineris audisset: & uisionem intellexisset ꝙ etiam deus gentilitatem immundam ad fidẽ susciperet: diuinitus admõitus cum illis accessit: quem cornelius deuote suscepit: & eorum uterq; mutuo suam uisiõem exposuit. Cum autem petrus coram centurione & ei⁹ attinentibus & amicis ibidem congregatis christũ predicaret: spiritussanct⁹ sup illos nondum baptizatos descendit: & ceperunt loqui linguis & magnificare christũ. Quos omnes beatus apostolus baptizauit. Deinde cornelius militie abrenuncians discipulus apostolorum efficitur: & ab eisdem episcopus cesaree ordinatur. Qui apud eandem urbem officio predicationis fideliter peracto sanctitate conspicuus ad christum migrauit. Ibiq; sepultus quieuit quarto non. februarii.

¶De scõ aproniano martyre. LXXIIII.

APronianus martyr passus est rome sub maximiano imperatore & laodicio prefecto. Cum enim laodicius sisinnium diaconem in carcere diebus .xvii. detinuisset ut dictú é i passióe saturnini. 3. cal. decébr: & p⁹ hec pfect⁹ eú sibi pñtari iussisset: dú apronianus q erat ɔmentarieñ sisinniú de carcere eduxisset: subito lux de celo facta est: & uox de luce exiuit dicés: uenite benedicti patris mei ꝛc. Quod apronianus uidens credidit: & ad pedes sisinnii pcidit baptismum petés. Qué sisinni⁹ mox unda sacra perfudit: & ad marcellú papam deduxit: qui ipsum sacro chrismate deliniuit & côsecrauit: uenitq; cum sisinnio ad pfectum: Qué cú de crudelitate qua in xpianos seuiebat argueret: & se xpanum afferet: iubéte prefecto uia salaria miliario ſo ductus ibiq; capite trúcatus é: & a ioanne presbytero in ipso loco sepultus 4. noñ. februarii.

¶De scis. vii. mulierib⁹ martyrib⁹. LXXV

SEptez sancte mulieres martyres que in passione sci blasii legunť apud sebastem ciuitaté passe sũt sub agricolao pſideque ab eodem scó episcopo in fide fuerant edocte. Cum auté scús multa perpessus supplicia iussu presidis ad carceré duceretur: sancte femine cú insequentes: guttas sanguinis ei⁹ de corpore fluentis in linteis colligebant: propter qđ ab apparitorib⁹ tente sunt & presidi presentate. Qui iussit eas ad montis superciliú lacui supeminétis adduci: data sententia ut si nõ adorarét statuam iouis illuc delatá in lacũ precipitarenť. Que cum idolum in lacú proiecissent: dicétes ut si de⁹ est seipsum iuuaret: a ministris ad presidem reducuntur. Qui fecit illas sup. vii. erea subsellia igne cadentia sedere: ut in posterioribus urerenť. Quibus angelus dñi apparuit & eas intactas ab igne ɔseruauit. Deinde in equuleo leuate: unguib⁹ & pectinibus ferreis carnes earꝝ dirupte sunt. Tunc duo pueri filii unius ex illis ad matrem accedéres: postulabant se fieri xpianos. Quos iussit agricolaus una cum sco blasio in carcere mancipari. Scás uero mulieres die sequéti mandauit in caminú ignis accésum immitti. Que dú in medio flámaꝝ illese psallerét: & hec ministri presidi retulissent: iussu eiusdé extra ciuitatem educte datoq; sibi inuicem pacis osculo decollate sunt. Quarum animas carnifices omnes uiderunt in specie septem uirginum ui de thalamo prodeuntium ad celum conscedere coronatas. Corpora uero a christianis noctu sublata i eodé loco sepulta sũt Passe sunt autem 4. noñ februarii.

¶De scõ blasio epõ & martyre. LXXVI.

BLasius eps & martyr sub persecutione diocletiani passus é: in ciuitate sebasteñ prouincie cappadocie. Qui cuz omni sanctitate polleret: elect⁹ é a christianis in ipi⁹ epm ciuitatis: urgéte uero persecutióe xpianos: speluncam argei montis petiit: & ibi eremiticam uitam duxit. Cui aues pabulum afferebant: & fere ad eum unanimiter ɔfluebant. Quicúq; uero ad ipsum accessissent egroti sanitatem ad libitum reportabant.

¶Cum autem agricolaus preses christiãos affligeret: & die quadam milites uenatum misisset: illiq; hincinde discurrentes inuanũ tenderent ante antꝛ sci feraꝝ multitudinem iuenerút: nullam tñ cape ualétes presidi retulerunt: & qualiter blasius xpianoꝝ eps in specu lateret & oés ad se feras magicis artibus ɔgregaret. Qué iussit ɔprehendi sibiq; pñtari. In ipa aût nocte xps sibi ter appuit: monens ut sibi sacrificium offerret. Qui surgens intellexit se xpo per martyriú imolandú: & celebrata missa cuz militib⁹ ad iudicé profectus est. Cui multi languétes occurrerunt & ab eo diuersaꝝ egritudinú saluté pceperunt. Qué milites iussu presidis usq; in crastinum in custodia recluserunt. Eodé die quedam mulier filiú suum morienté in cui⁹ gutture os piscis transuersum erat ad pedes eius cum lachrymis obtulit: quem sanctus oratione sua mox sanauit. Orauitq; ad dñm pro cunctis se inuocantib⁹ gutturis passionem aliquã substinentibus: & audiuit uocez se fore a domino exauditú. ¶Sequenti uero die presidi presentatus cú ioui sacrificare renuisset: dicens eum fuisse hominé sacrilegu3 & dánatum: fustibus grauiter cesus est. Deinde in carcerem reductus. Tunc uidua paupercula uenit ad eum: conquerens lupum: unicum sibi porcellum rapuisse. Cui cõpatiés sanct⁹ orauit: & lupus porcum reportauit: mox illa domum rediens & suem reperiens eum occidit: sanctoq; uiro partem coctam cum pane & candela obtulit: illeq; refectus deo gratias egit. Post aliquot uero dies iterum de carcere educitur: & sacrificare nolens in ligno suspenditur: & unguibus ac pectinibus ferreis laniatur. Iteratoq; depositus ergastulo durissimo mancipatur: quem sancte septem mulieres subsecute sunt ut supra proxime dictum est. Dum autem in custodia teneretur: duo pueri filii unius ex pfatis septem feminis petentes se fieri christianos: in eodé carcere recludunt: quos blasi⁹ in fide xpi docuit: & sacri baptismatis unda perfudit. Posthec autem iterum conspectui presidis presentatur. Et dú in christi ɔfessione perseueraret iubente agricolao ligato

ad collum eius saxo in lacum precipitatur.
Ipse uero aquam signauit: & mox sicut ari/
da terra pmansit. Ad quem super aquas stã
tem dum milites.65.accedere uellent: ut eũ
in pfundum demergerent: subito ut aquas ĩ
trauerunt: submersi nusq̃ cõparuerũt. An/
gelus aũt dñi deduxit eum ad terram. Qui
a militib⁹ ante presidem adductus ✝ iussus
est ab eo cũ duobus pueris quos in carcere
baptizauerat decollari. Duct⁹ ergo ad locũ
passionis oratione ad dominum pro se muo/
cantibus fusa eum duobus pueris capite ce
sus est.5.noñ.februarii. Quorum corpora
helisea mulier sepeliuit: ubi non longo post
tempore ecclesia eius nomini fabricata & de
dicata consistit.

¶ De scõ ioãne elemosynario epo. LXXVII

IOannes cognomẽto elemosyna/
rius eps claruit temporib⁹ foce
imparoris: qui claris alexandrie
natalibus ortus: sanctitate & sci/
entia preditus ad patriarchatum
eiusdem urbis pmotus: ex uberib⁹ elemosy/
nis quas faciebat elemosynari⁹ dict⁹ est. Cui
in oratione quadam nocte beata uirgo appa
ruit coronam oliuarum in capite gestans:
que se dei genitricẽ esse dixit: corona miseri
cordie circũdatã hortans sanctum ut eam in
sponsam assumeret: & quicquid peteret a do
mino obtineret. Extunc misericordie opib⁹
intentus fuit: & pauperes suos dños appel/
lauit: famulisq; suis pcepit: ut ciuitatẽ circu
irent: & omnes dños suos ɔscriberent. Qui
cũ non intelligerent: exposuit dños suos eẽ
pauperes & mendicos: qui sibi auxiliarii fie
bant: & regnum celoꝝ sibi largiri poterant
Et ut cõciues suos ad elemosynas idueeret:
exempla plurima sanctoꝝ inducebat: q̃ lar/
gas elemosynas tribuentes bonis spirituali/
bus abundabant. ¶ Monach⁹ quidam noie
uitalius omnes publicas meretrices conscri
pserat: quas uicissim singulas noctibus sin/
gulis conducebat. Et ad eas intrans in orati
one pernoctabat: pcipiensq; mane ne cui re/
uelarent exemplo sue sanctitatis multas ad
penitẽtiam perducebat. Et eum ex hoc mul
ti scandalizarent: putantes uitaliũ admodũ
esse lasciuũ: & de hoc ioãni epo querimonia
delata esset: noluit eis fidem adhibere: depre
cans deũ ut opus sci uiri alicui reuelaret ta
liter: q̃ non imputaret in peccatis his qui in
eum scandalizabant. Post dies paucos egre
diens monach⁹ ab una illaꝝ obuiauit cuidã
ad eam cognoscendã ingredienti: qui uitaliũ
alapa percussit: & eum de fornicatione redar
guit. Statimq; diabolus in spẽ mauri: uirum
illum in gena repercutiens eum uexare cepit.
Ita ut ex ore eius demon clamaret: & uitaliĩ
sanctitatẽ exprimeret. nec nõ castissimũ cõ/
probaret. Pro quo dum ille orasset a demo
nio liberatus est. Mulieres quoq; que sanct⁹
uir opabatur: manifestare ceperũt. Que oia
beat⁹ ioãnes per spiritum cognoscebat: iõq;
maledictis fidem adhibere nolebat. Sicq; o/
rationib⁹ ei⁹ innocẽtia uiri sancti manifeste
cognita fuit. ¶ Cuidam ĩ habitu pegrini ad
se uenienti & elemosynam postulanti: mãda
uit ioãnes sex numismata dari. Iterũq; muta
to habitu reuertẽti: sex aureos sibi dari pce
pit. Cui etiã tertio mutatis uestib⁹ redeunti
duodeci dari iussit. Cũ autẽ dispensator sibi
inuenet: q̃ hic idẽ paup ipsa die bis elemosy
nam diuersis mutatis uestib⁹ sumpsisset: in/
stitit ioãnes: ut sibi toties daret: quoties ille
rediret: ne forte esset xps: qui se tentare ueni
ret: an posset plus accipere q̃ eps sibi dare.
¶ Quidã patricius pecuniã ecclesie in mer
cationibus ponere uolebat: pr̃iarcha uero
resistebat: uolẽs ipsam paupib⁹ largiri: sicq;
ɔtẽdentes adinuicẽ irati sunt. Adueniente er
go hora.xi. mãdauit pr̃iarcha patricio p ar
chipsbyteꝝ dicens: q̃ sol ĩ occasũ uergebat.
Quod ille ĩtelligẽs ad eũ uenit: & eũ lachry
mis ueniã postulauit. ¶ Quidã ei⁹ nepos a
tabernario grauia ɔuitia audierat: & pr̃iar/
che ɔquest⁹ est. Cui pr̃iarcha rñdit: se ipso
die talẽ rem in eo factuꝝ: q̃ tota alexandria
miraret. Cõsolat⁹ est ergo nepos: putans q̃
eũ faceret grauiter uerberari. Qui eodẽ die
p hoie illo misit: & ipm ab oi pensiõe & tri/
buto liberũ fecit. Aduocãsq; nepotẽ dulcissi
mis uerbis eũ ad patientiã & iniuriaꝝ tole/
rantiã ainauit. ¶ Monumẽtum sibi fabricari
fecit quod tñ quoadiuxit imperfectũ reliquit
Ordinauitq; suis clericis: ut quãdocũq; in
solẽnitatibus celebraret: sibi cõmemorarẽt
monumentum suum imperfectum existere:
& q̃ ipsum compleri mandaret: nesciens qua
hora fur ueniret. Hoc autem faciebat: ut cõ
tinue memoriã mortis haberet. ¶ Diues q̃/
dam uidens sanctum uilem stratum habere
eo q̃ omnes pannos pauperibus errogasset:
preciosum coopertorium emit: & ioanni tra
didit. Qui cum illud nocte supet se teneret
omnino dormire nõ poterat: cogitãs q̃.ccc.
domini sui de tanto precio operiri possent.
Facto igitur mane statim illud uendidit: &
precium egenis distribuit. Quod audiẽs di/
ues ille cooportorium redemit: & ioanni se/
cundo tradidit: rogans ipsum ne illud am/
plius uenderet: sed supet se teneret. Ille au/
tem secundo uendidit: & de precio ut prius
fecit. Tertio autem uir ille coopertorium re
demit: & ioanni dedit dicens: q̃ oino pposu
erat uidere quis uinceret: aut ipse ĩ redimẽ
do: aut eps ĩ uẽdendo. Et sic suauiter quasi
diuitẽ illũ uidemiabat. ¶ Cuidã elemosynã
petẽti nummũ dari fecit: q̃ indignatus eo q̃

maiorem sibi elemosynam nō dedisset: in cōtumeliam eius ꝓrupit: famulosq̄ uindicare uolentes eps ꝓhibuit: sacculū quoq̄ pecuniarū corā illo effudit: dicēs ut ide acciperet quot uellet. ¶ Consuetudinē fecerat populus ut lecto euangelio ecclesiam exirent: & uerbis ociosis uacarent. Quadā uice lecto euangelio cū eis eps exiit: & inter eos stare cepit: dicēs ꝙ ubi oues ibi pastor esse debebat. Quod cū bis iterū fecisset: populū in ecclesia stare docuit. ¶ Iuuenis quidā q scimo malē rapuerat a familiarib⁹ suis exprobrabatur: dicentib⁹ ꝙ erat dignus morte. Quos ille redarguit: dicēs eos magis delinquere: qui proximū iudicabāt: qui forte ampli⁹ nō peccabat. Cū autē febre correpť uicin⁹ eēt morti deo gratias egit: q unicum sibi solum nūmuz dimisat: quē & pauperib⁹ dari fecit. Cū autem defunct⁹ eēt & corpus ei⁹ i sepulchro ubi erant duorū epōrū corpa deponere uellent: corpa illa i latera secedētia mirabiliter beato ioanni cessunt: & locum sibi mediū uacuū dimisunt. ¶ Ante dies pauces obitus sui mulier quedā sibi ꝯfessa peccatuz unum enorme ex uerecūdia omisit: qđ tamē i schedula scripsit: & sigillauit: & ioāni tradidit ut pro se dn̄m exoraret. Audiēs autem ipsum defunctū: & se confusam reputans: si forte scriptū suum ad manus cuiuspiā deuenisset ad tumulū scī ioannis durissime flere cepit. Cui ille pontificalibus indut⁹ apparuit duobus secū qescentib⁹ epis hinc inde usl latus: q scriptū sigillatū mulieri tradidit. Quod illa apiens peccatū suū delerū inuenit scriptū tn̄ ibidem reppit: propter ioānem seruum meū deletuz ē peccatū tuum. Illaq̄ deo gratias egit. Quieuit autem scūs ioānes in xp̄o. 5. noñ februarii circa annū dn̄i. 605.

¶ De scō gaudentio epō. LXXVIII.

GAudenti⁹ episcop⁹ nouarieñ fuit Qui de hypotia oriundus sancti martini turoñ epi notarius & discipulus extitit. Cui multo tempore adhesit. Et postmodum mediolani ueniens cū sancto eusebio uercelleñ epō exilium substinuit. Indeq̄ reuocatus a scō simpliciāo mediolañ archiepiscopo: primus nouarieñ eps ordinat⁹ fuit. Qui & episcopatū suum strenue gubernauit: & iter cetera ✠ corpus sci laurentii p̄sbyteri & martyris apud nouariā cū multis quos baptizauerat passi dudū latēs inuenit: & digna ueneratione exaltauit. Dū autē mortuus esset: & sibi preciosum sepulcbrū paretur: a mense februario usq̄ ad augustum inhumatus: & oino incorruptus corpe permāsit: quo tpe & capilli & ungues eidem crescebant: uti eo tpe quo uiuebat. Hic etiā inter cetera miracula: mulierē uexatam a diabolo liberauit. Quieuit in pace. iii. noñ februarii.

¶ De scīs celerino & sociis marib⁹. LXXIX

CElerinus diacon⁹ & ꝯfessor: & auia ei⁹ celerina: laurentius eius patruus & ignatius ei⁹ auunculus martyres: apud aphricā claruerunt. De quorū oium gloriosis laudibus memorat beati cypriani epistola ad mēes scripta. Nam ut ibidē dicit celerina gloriosa anus martyrio coronata ē. Patru⁹ uero celerini laurentius & auunculus eius ignatius in castris secularib⁹ militātes palmas dn̄i illustri passione meruerunt. Celerinus autē diu adherentib⁹ penis afflictus per. xix. dies in carceris custodia septus in neruo ac ferro fame cruciat⁹: inde tādē eductus: & diuina prouidentia dimissus: ad diaconatus ordinē ꝓmotus scitate pollēs quieuit in pace. Horū omniū festum recolitur. 5. noñ februarii.

¶ De scō symeōe ꝓpheta sene. LXXX.

SYmeon senex & propheta noui testamēti: de quo i euangelio luce. 2. multa preconia p̄dicantur: ꝙ uidelicet fuit homo iustus & timoratus & expectans consolationē israel: & ꝙ spūssanct⁹ erat in eo. Et ꝙ responsum accepat a spūscō non uisurum se mortem: nisi uideret xp̄z deum. Qui cum spiritu sibi diuino reuelate: puerū iesum natum & ad templū a parentibus deferendum didicisset: uenit in spiritu in templum die dominice purificationis. Et cum inducerent puerū iesum parentes eius: festinauit symeō ad portā templi & adorauit iesum: & osculans plantas eius accepit eum in ulnis suis. Et benedixit deum dicens. Nunc dimittis seruum tuum domine ꝛc. Et cum esset annorum. 112. & uix posset seipsuz regere: portauit puerum usq̄ ad altare: iuxta illud. Senex puerum portabat puer autem senem regebat. Et tunc tradidit puerum matri domino offerendum. Et benedixit parentib⁹ iesu: & prophetiam illaz matri iesu predixit: que scribitur: ubi supra. Et qualiter gladi⁹ mortis filii animam genitricis per transire debebat: perfectis autem omnibus secundum legem redeuntibus parentibus iesu ad domū suam: & symeō ad propria rediuit. Et quia promissionez diuinam obtinuerat: tertio die in domino obdormiuit: & sepult⁹ est ī hierusalem. 2. noñ februarii. Hec in libro de infātia saluatoris.

¶ De scīs phyllea & phylloronio & sociis martyrib⁹. LXXXI

PHylleas & phylloronius in ciuitate egypti que appellatur tamnes passi sunt. Qui phylleas ut octauo ecclesiastice historie habetur: & ut dicit hieronymus de

psata urbe nobili prosapia ort⁹. Primo qdē honoribus in seculo fulgens liberalib⁹ sciētiis eruditus fuit: deinde ad episcopatū ipsi⁹ urbis prouectus de martyrum laude uolumen insigne composuit. Qui tempore persecutionis cum multos de suo grege diuersi sex⁹ ordīs & etatis q̄si innumere multitudis ad martyriū pmisisset: a preside ciuitatis tentus & carceri mācipatus est. Qui cum a propinquis & dilectis blādis & lachrymosis sermonibus induceret: ut xp̄m negaret: & ipse cōtra ɔstantior pmaneret: ex sententia presidis cū pbylloronio eius diacono decollat̄ secundo nonā. februarii.

¶ De scis aquilino & sociis mr̄ib⁹. LXXXII

Aquilinus: gemin⁹: galesius: magnus: & donatus martyres rome foro symphronii passi sūt. Quos oēs p ɔfessione nomis xp̄i iussit urbis pfect⁹ capitali sētētia uitā finire. 2. nonā febr. ut dicit ado.

¶ De sancto giliberto ɔfessore. LXXXIII

Gilibertus ɔfestor gēmalenā cenobii fundator anno. xxv. othonis impatoris primi clarauit: qui apd gorziam xp̄o potius q̄ seculo militabat: & i ipso loco monasterio ab eo fabricato & copiose dotato ppter amorē scē religionis in pace dormiuit. 2. nonā. februarii. Cuius corpus relatum est ad gorziam urbem.

¶ De scā agatha uirgine & mar. LXXXIIII

Agatha uirgo & martyr apud ciuitatē cathanienā tempore decii passa est sub quintiano sicilie cōsulari. Qui cū esset ignobilis: libidinosus: auar⁹: & idolis deditus beatam agathā ɔprehendere nitebat̄: ut q̄a erat ignobilis renēdo nobilē timeret̄: q̄a libidinosus eius pulchritudine frueret̄: q̄a auar⁹ eius diuitias rapet: quia idolatra diis eā imolare cōpelleret. Ipsamq; detentā tradidit cuidā meretrici noīe aphrodisie nouē filias turpissimas habēti: ut p dies. xxx. suaderēt ei: quo mō ei⁹ animū imutarent: mō leua pmittēdo: mō p aspera deterrēdo: que cū eā supra firmā petrā xp̄m imobiliter fundatā: oīa sibi pmissa uel cōminata ɔtēpsisset: & aphrodisia hec quītiano retulisset: ipse uirginem ad se adductā cui⁹ eēt ɔditionis interrogauit. Cui uirgo se ingenuā & genere spectabili pgenitā esse r̄ndit: addensq; q̄ ācilla xp̄i esset: hoc qd̄ magis eā īgenuā redderet. Nam sūma ingenuitas est: in qua xp̄i seruit⁹ cōprobatur. Cui cū quītianus optionē dedisset: aut diis sacrificandi: aut diuersa suppliciā sustinēdi. Virgo r̄ndit: quītinā uxor illi⁹ eēt talis ut uen⁹: & ipse talis qualis iuppiter deus suus. Tūc quītianus iussit eā alapis cedi. Et cū diuersa sibi tormēta cōminaret̄. Et illa ecōtra feras ignē & plagas & quascunq; penas se uoluntario animo passuram offerret: iussit eam in carcerem trahi: ad quem letissime & glorianter ibat: & quasi ad epulas inuitata agonē suum dn̄o precibus cōmēdabat. Sequenti die inde educit̄: & sacrificare contēnens in equuleo suspenditur: & torquetur. Et cum in his penis delectari se diceret: iussit consularis mammillā eius diutius torqueri: & tortam abscīdi. Que cum illum redargueret dicens: q̄ confundi debuerat amputare i femina: quod ipse in matre suxisset iussit eam iterum ad carcerem reduci: prohibens medicum quēcunq; ad eam ingredi: & panem sibi uel aquam ab aliquo ministrari. Verum circa noctis medium uenit ad eā senior: quem antecedebat puer luminis portitor: dixitq; uirgini: q̄ cum passa fuerat: ibi erat: & considerauerat mām illam eius posse salutem suscipere. Illa uero omnem carnalē medicinam respuebat: sed solum dn̄m iesum habere se dicebat: qui uerbo curat omīa: & solo sermone restaurat uniuersa. Tunc senior subridens dixit: se a christo dn̄o missum eiusq̄ esse apostolum petrum. Et continuo ab oculis eius disparuit: uirgoq; sācta se pfecte sanatam mām illamq; sibi restitutam inuenit: & deo gratias infinitas egit. Cum ergo ex immenso lumīe custodes territi fugissent: & carcerem apertum reliquissent: rogauerūt eam quidam ex uinctis ut abiret: que omnino recusauit: dicens q̄ nolebat amittere coronam sibi a dn̄o preparatam. ¶ Post quattuor dies reducta est ad quintianum: q̄ eam sanatam conspiciens: & qualiter eā christus sanasset audiēs: iratus testas acutas iussit spargi: & carbones ignitos subterponi: & illam nudo corpore desuper uolutari. Statimq; facto terremotu ciuitas tota concutitur: & cadente pariete siluinus & falconius consiliarii iudicis opprimuntur: concurrente populo aduersus quintianum & clamante q̄ propter iniustum agathe cruciatum talia paterentur. Tūc consularis ex una parte terremotum metuens: & ex alia populi seditionem non ferens per pusterulam aufugit: & uirginem i carcerem reponi mandauit: quo cum introisset: orauit ad dominum: ut susciperet in pace spiritum eius. Finitaq; oratiōe cum ingenti uoce expirauit. ¶ Cum autem fideles corpus eius cum aromatibus condirent: & in nouo sarcophago collocarent: apparuit iuuenis sericis amictus cū plusq̄ centum aliis albis indutis alias nunq̄ uisus: qui ad corpus ueniens tabulam marmoream ad caput eius apposuit: & clauso tumulo cum omnib⁹ ceteris ab omnium oculis euanuit. In tabula autē scriptū erat sic. Mentē sanctā

spōtaneā: honorē deo: & patrie liberationē. Quo miraculo diuulgato: nō solum xp̄iani sed etiam gentiles & iudei sepulchrū uirginis uenerari cepunt. Quintianus uero dum ad inuestigandas eius diuitias pgeret: & flumē in naui cum equis trāsiret: duo equi frementes calcesq̨ iactantes: unus eū morsu appetiit alter calce percussum i flumine proiecit & necauit. ¶ Reuoluto anno circa diem natalis eius mons etna ciuitati proxim⁹ ructauit incendiū: qui quasi torrens de monte descendens & oīa ꝯburēs: ad urbē cū ipetu ueniebat. Tunc paganoꝝ multitudo: uelum quo sepulchrū eius erat optum aripuit: & contra ignē opposuit. Statiq̨ in die natalis eius ignis cessit & ulteri⁹ nō processit: passa est autē non̄ februarii circa annū dn̄i .255.

¶ De sancto ingenuino epo. LXXXV.

Ngenuinus secūd⁹ ep̄s sabionen̄ fuit: ut scribit paulus i gestis lōgobardoꝝ: quē precesserat scūs cassian⁹: q imole imolat⁹ martyrium ꝯsumauit. Sabiona eni fuit oli episcoaplis ciuitas metropolis aqleien̄: nunc uero sedes trāslata est i brixinā: & sub est salzburgen̄. Hui⁹ tpe longohardi italiā occuparūt regnāte coꝝ rege austerich. Seuerus ep̄s in patriarchatu aquileien̄ helie successerat. Quē smaragdus patricius cōpulit cū quibusdā aliis episcopis: cōicare ioāni heretico archiepiscopo rauēnati: q romanā ecclesiā ꝯtēnebat. Scūs uero igenuin⁹ cū sancto agnello tridentin̄: petro altin̄: iuniore ueronen̄: hosentio uicētin̄. Rustico taruisin̄ fonteio selirien̄: agnello eqlin̄: laurētio bellūnen̄: maxētio iulien̄: & hadriāo polen̄ episcopis. Huic schisman non ꝯsenserunt. Propter qd omnes p̄nominati sci multas īiurias ꝑpessi sunt. Sanctus uero igenuinus actus i exiliū: in pace qeuit non̄ februarii. Cui scūs ꝯstantin⁹ successit. Corpusq̨ ipsius post multos annos brixinā trāslatū ē. Et sanct⁹ albuinus ep̄s brixinen̄ die quo migrauerat .s. non̄ februarii miraculis clarus eidē associatur. Hec frater bartholomeus.

¶ De sancto aduito epo; LXXXVI

ADiutus ep̄s uienen̄ eximie sanctitatis fuit. Cuius fide & industria atq̨ doctrina mirabili ab infestatione arriane hereseos gallie defense fūt tpe gūdobardi regis francoꝝ. Qui & uirtutib⁹ īsignis non̄ februarii apd̄ uienā in pace dormiuit: ut dicit ado

¶ De quinquagesima. LXXXVII:

QVinquagesima significat tēp⁹ remissionis. Et icohatur in dominica qua cantaē. Esto mihi i deū: & terminatur in ipo die pasche. Instituta ē aūt ꝑpter supplectionem: & ꝑpter significationē: & ꝑpter representationē. ¶ Primo ꝑpter supplectionem: quoniā cum debeam⁹ .40. dieb⁹ ieiunare ad similitudinē xp̄i: & non sint in .xl. nisi .xxxvi dies ieiunabiles: quia in dn̄icis non ieiunaē propter letitiā & reuerētiā dominice resurrectionis. Ideo pro supplectione dominicarum additi sūt quattuor dies. Iteꝝ clerici uidentes q̧ sicut precedunt populu ordine sic debent precedere scitate per duos dies ante illos quattuor ieiunare & abstinere cepunt. Et sic septimana una addita est: que & quinquagesima uocatur. ¶ Secundo propter significationem: quoniam quinquagesima significat tempus remissionis idest penitentie in qua omnia remittuntur. Quinquagesim⁹ enim annus erat iubile⁹: qui erat anus remissionis: quia tunc debita remittebanē: serui liberabantur & omnes ad suas possessiones reuertebantur. Per quod signatur q̧ per penitentiam dimittuntur debita peccatorum. liberātur omnes a seruitute demonum: & reuertuntur ad possessiones celestiū māsionū. ¶ Tertio propter representationem. Nā quinquagesima non solum tempus remissionis significat: sed etiā statum beatitudinis representat. Nam in .50. anno serui efficiebantur liberi: in .50. die data est lex in monte sina: & i .50. die datus est spiritussanctus apostolis. Et ideo hic numerus beatitudinem represētat: ubi erit adeptio libertatis: qd̄ ostēditur per seruitutis liberationem: cognitio ueritatis qd per legis dationem: & perfectio charitatis qd̄ per spiritussancti īfusionem. ¶ Numerus etiam quinquagenarius est denarius quincuplatus. Denarius uero significat beatitudinem sanctis in fine mundi conferendā. unde & paterfamilias suis operariis i uinea laborantibus: sero contulit denarios singulos pro mercede. Hic autem denarius ideo quinculpatur: quia .v. corporis sensus tunc beatificantur. Hi enim per quinq̨ prudētes uirgines designantur: que fatuis exclusis ad nuptias cum sponso christo ingrediuntur. Ideoq̨ denarius retributionis in .v. sensibus quincuplandus ad quinquagenum iubilei multiplicatus ascendit. ¶ Tria autem sunt necessaria in epistola & euangelio dominicali proposita: ad hoc ut opera penitentie sint perfecta scilicet charitas que proponitur in epistola: memoria dominice passiōis: & fides que sumiē per illuminationem ceci: que duo ponuntur in euangelio. Nam fides ipsa opa facit acceptabilia: sine qua impossibile ē deo placere: memoria passiōis facilia gregori⁹. Si passio christi in animum ducitur: nihil ē tam arduū qd nō equo aio toleret: charitas autem facit esse ꝯtinua: qa ut idē dicit amor dei nūq̄ est ociosus. Operatur enim magna

fiest. Si aũt opari negligit: amor dei nõ est. ❡ Vnde licut in principio ecclesia q̃si despe rans clamauerat Circundederunt me ꝛc. Et postmodũ ad se rediens adiuuari petebat di cens Exurge dñe ꝛc. Ita tñ hic ex spe uenie fi ducia ↄcepta ꝓpter pniam orat & dicit Esto mihi in deũ ꝓtectorem: ubi q̃ttuor petit. s. ꝓtectionem: firmamentũ: refugiũ: & ducatũ Oẽs eni filii sui: aut sunt i grã: aut in culpa: aut in aduersis: aut in ꝓsperis. Illis qui sunt in grã: petit firmamentũ: ut in ipsa gratia cõfirment. Illis q sunt i culpa: petit refugiũ: ut ↄuertantur. Illis qui sũt i aduersis: petit ꝓtectionem: ut in ipsis tribulationib⁹ ꝓtegãtur. Illis qui sunt in ꝓsperis: petit ducatum ut in ipsis ꝓsperitatibus adeo innocẽter ducant. Terminat autẽ quinq̃gesima in die pasche: quia penitẽtia ad nouitatẽ uite facit resurgere. Et q̃a in hebdomada q̃nquagesime tempora tertie etatis recolunt: merito scõꝝ patrum tertie etatis imediate gesta subscribuntur: quoꝝ dies obitus ignorant. Quãuis eni de solo scõ abraham beatus hieronymus diẽ dormitionis in suo calendario scribat: uidelicꝫ. 7. id⁹ octobr: quia tamẽ de nullo alio ipsius etatis certa dies festiuitatis reperit: ne ipm abrahã primũ & solum etatis tertie ab aliis sepemus: ↄgruenti⁹ uisum est: ut de ipso una cũ aliis acta subiiciamus.

❡ De scõ abrahã patriarcha. LXXXVIII

Abram quẽ deus ꝓpter ei⁹ fidem addita sibi una lr̃a quam nomini uxoris detraxerat: uocauit postmodũ abrahã patriarcha sanctissimus: nõ solum in scõꝝ catalogo ecclesiastici. 44. & primo matthei. 2. cap. specialiter nominat: sed etiã ex textu sacre scripture in locis pluribus de fide: iustitia: & obediẽtia cõmendatur. Hic cũ patre thare habitans in arã cum esset annoꝝ 75. ad imperiũ dñi relictis patre & fratre nachor: egressus inde cũ uxore sata sterile & loth filio fratris aram: quẽ in filium adoptauerat: & cũ omni eius familia & supellectile: uenit ad terrã chanaã habitatur⁹ quã de⁹ ei⁹ semini ꝓmiserat se daturũ: ueniensq; ad sichem iuxta uallẽ illustrem: que pentapolis dicebatur a quinq; urbib⁹ sodomorum edificauit ibi altare dño. Exinde ut dicit iosephus primus ꝓsumpsit ꝓnunciare unum deum creatorem cunctoꝝ. Inde transgrediens inter bethel & ai aliud edificauit altare: & ultra progrediens habitauit in damasco. Annus uero subsequẽs q est. lxxvi. etatis abrahã. Prim⁹ annus ẽ repromissiõis dei facte ad eũ: a quo usq; ad egressum filioꝝ israel de egypto supputantur anni. 430. post quos apostolus ad gala. iii. dicit factam fuisse legem. ❡ Verum ꝓpter famẽ que facta est: descendit abrahã in egyptum: timẽsq; libidinem egyptioꝝ: ne eum ꝓpter uxoris pulchritudinẽ occiderẽt: dixit eam sororem suã esse: sicut & erat re uera quia filia fratris. Et quia laudata est pulchritudo eius apud regem egypti: in domũ eius sublata ẽ. Sed de⁹ regis desideriũ ipediuit: ne tãgeret eã i egritudie & tumultu cau sa: ut dicit ioseph⁹. Cũq; ꝓ salute regis sacrificarẽt sacerdotes: per iram dei hoc accidisse significauerũt: eo q uxori peregrini iniuriã inferre uoluisset. Sicq; rex egypti uxorem suam intactã abrahe restituit: & de cõmisso ueniam postulauit. ❡ Sane abrahã eo tẽpore arithmeticã & astrologiam egyptiis primus tradidit: a quibus postmodũ peruenerunt ad grecos. Reuersus aũt abraham ex egypto habitauit in loco: ubi fixerat tabernaculum inter bethel & ai. Et cũ esset diues ualde in auro & argento familia & iumentis & pastores eius cũ pastoribus loth ꝓ pascuis rixarent: diuisus est a loth nepote suo: & dedit ei optionẽ eundi quo uellet. Loth elegit regionẽ circa iordanẽ fertilẽ & amenam: & moratus est in oppidis sodomorũ. Abraham uero descendit ad conuallem mambre iuxta hebron: & habitans ibi iuxta quercũ uel terebinthum edificauit altare dño. Mãbre uero eschol & anel fratres erant: & federati sũt abrahe: a quorum primogenito uallis cognominabatur. Ibi ꝓmisit deus abrahe omnẽ circũstantem terram per quattuor ptes dare sibi & semini eius. ❡ Post hec chodorlaomor rex helamitaꝝ cum aliis tribus regibus quinq; reges sodomorũ uicit i bello: & tulit omnem substantiam eoꝝ: cũ loth & omni substãtia eius. Quo audito abrahã cum. cccxviii. uernaculis suis & tribus predictis fratribus mambre: eschol: & anel ꝓsecutus est eos usq; ad dan: & plurimis trucidatis uictoriam obtinuit: & loth nepotẽ mulieres & populũ omnẽq; substantiam reduxit. Cui melchisedech rex salem & sacerdos occurrit: & sacrificium panis & uini primus obtulit: cui q; abraham decimas persoluit: ut infra de melchisedech dicetur. Ab hac uictoria pro remissione captiuorum dicunt q̃dam initium habuisse iubileum: quod remissio interpretatur. Et institutus est anno quinquagesimo: quia tunc erat loth quinqginta annorum. ❡ Post que abraham per inflãmationem sacrificii diuinitus illapsam: accepit signum de promissione sobolis in stellarum numerum multiplicande. Quod quia uti naturaliter ĩpossibile deo credidit: de fide merito commendatur. Tuncq; primum suscepit filium ex agar ancilla cui nomen ismahel: a quo ismahelitarũ gens: qui & agareni ab agar dicti sunt: qui & postmodum uti fare illi saracenoꝝ falsum nomẽ usurpauerũt

¶ Deide abraham qui primo dicebatur abram a deo uocatus est abrahá: uxor q; ipsius que sarai dicebatur a deo sara uocata fuit. Preceptúq; accepit diuinitus abraham ut se cum sua sobole circúcideret: ut inter cunctas nationes tali signaculo corporis electorum uirorú soboles noscerentur. Et cú esset annorum. 99. circúcidit se & ismahelé filiú suum annorum. xiii ac omné familiá suá sexus masculini. ¶ Iterum quoq; dñs abrahe: per subiectá angelicá creaturá apparuit: filiúq; de sara repromisit: eáq; hesitantem redarguit: & abrahe sodomorum iteritum nunciauit. Tunc sanctus patriarcha beate trinitatis prius mysterium intellexit. Cum tres uiros uidit & unú adorauit: quos & hospitio susceptos fertili conuiuio refecit: ubi trinitatis expresse mysterium ponitur. Cum abrahá nunc ad unú nunc ad tres loquitur. Ipseq; deus in tribus apparentibus angelis: nunc singulariter nunc pluraliter uirum sanctum affatur. Abraham post hec peregrinatus in geraris sará uxoré ut fecerat in egypto sororem esse dixit: & simile necis periculum simili modo per dei prouidentiá euasit. Cum uero esset annorum. c. corpusq; iam héret mortuum naturaliter ad generandum: sara uero sterilis & nonagenaria esset. iuxta repromissionem dei ad eos factam natus est isaac: qui & octauo die iuxta diuinú mandatú circúcisus est: anno ab institutione circúcisionis secundo: ab ortu uero ismahelis. 14. Ablactato uero isaac: & aliquantulum excrescente dú cú ismahele luderet & eum ille uti maior in ludo lesisset: cum etiam ut dicunt hebrei ismahel aliqua idola de terra finxisset: & isaac ad ea colenda inducere uellet ad instantiá sare: abraham ismahelé cú matre simul eiecit: sed dñs ismahelé custodiés. xii. duces tribuum suarum ex eo multiplicados procreauit. ¶ Dein de abimelech rex geraris timés abraham ditatum & multiplicatú: cum fichol principe exercitus sui ad eú uenit & cum illo ad puteum fedus iniit: ubi & abrahá nemus plátauit. ¶ Cú autem abrahá adhuc habitaret in bersabe & isaac esset annorum. xxv. uel ut quidam asserunt. 40. dñs fidem & obedientiá sci patriarche tétare uolens: non quia nesciret: sed ut nobis exemplú innotesceret: precepit eidé imolare filiú suum isaac in monte moria: in quo postea templú dñi a salomóe edificatú est. Quod quidé ille creatori suo amplius q̃ suo affectui cupiés deferre adimplere curauit. Et dú cum assumptis duobus pueris & filio sine uictima pergeret: & dimissis famulis natus parenté ubi esset uictia quereret: adhuc abraham eidem diuinú mádatú noluit reuelare: dicés q; deus sibi de uictia prouideret. Cum aút ad monté peruenissent: refert iosephus uerba patris ad filiú dicentis: quia sicut ex uoluntate dei igressus fuerat mundú mirabiliter: sic dei uoluntate necesse erat eu egredi inusitanter: qué dñs quidé iudicasset non egritudine non bello nó aliqua passione humana uitá finire: sed cú orationibus & sacrificiis aiam ipsius ad se reuocare: & q; non dubitaret quia infallibiliter deus eú suscitaret: ob promissiones implendas. Et sic isaac imolandus libés accessit ad ará. Sed nunq̃ credentibus dura diuinitas permásit. Nam & deus angelica uoce suspédit abrahá a filii nece ostendens ei qué imolaret pro filio arieté: ut absq; pietatis dispendio tantú sacrificiú consumaretur: In hoc morté xpi prefigurans: ut sicuti reseruato isaac aries imolatur: sic diuinitate in xpo seruata humanitas in cruce patitur. Ex hoc forte quidá codices autumant sacrificium abrahe eodé anni die cú xpi passione concurrisse scilicet. viii. cal. aprilis: quo etiam die tradút melchisedech primú sacerdotem & regé: panis & uini deo primitus mysterium obtulisse. ¶ Reuerso aút abraham ad conualles mábre: mortuaq; sara eius uxore: misit seruú suú eliezer ad mesopotamiá syrie ad nepoté suum bathuelé filiú nachor: adiurans eum ut filiá nepotis sui de cognatione sua filio suo uxorem assumeret. Qui recto gradu perueniés ad domú bathuelis: cú esset adhuc in agro & expectaret diuinitus inspiratus uxorem isaac predestinatá rebeccha bathurlis filii nachor filiá nunq̃ sibi uisam cognouit. Cogitans ut quecúq; puella ad hauriendam aquá pergens sibi potum peteti quin etiam camelis aquá preberet: ipsa futura isaac coniux esset. Que oia cum in rebeccha cótigissent: seruusq; cúcta patri narrasset: dedit ei pater puellá in uxoré isaac despósandam. Quam secum adductam: isaac desponsauit cum esset annorum. 40. uel secúdum quosdá. 50. & in tantum eam dilexit: ut doloré qui sibi ex matris morte acciderat temperaret. ¶ Abraham uero aliá duxit uxorem nomine cethuram quam quidam dicunt agar ancillá eius fuisse: & ex ea plures genuit filios quibus & munera dedit & eos ab isaac separauit. Illi uero ut heredi omnem possessionem suam tribuit. Et postq̃ genuerat isaac superuixit annis. 75. uidelicet usq; ad. xv. annum natiuitatis iacob & esau. Sicq; cum esset annorum. 175. in senectute bona mortuus est. Et sepultus est in spelunca duplici quam emit ab effron in sepulturam generis sui: ubi & sara eius uxor ab eo fuerat tumulata. Dies autem dormitionis abrahe secundum hieronymum fuit. vii. idus octobris: hec ex libro genesis a. c. xii. usq; ad. xxv. inclusiue: & ex dictis iosephi hieronymi & historie scholastice: atq; ex chronicis guilelmi.

¶ De sancta sara matre. LXXXIX.

SArai quã ꝑpter eius incredulitaté detracta una lr̃a ei⁹ nomini
& addita nomini abrahe de⁹ sarã
noiauit: filia fuit aram fr̃is abrahe: & ipsius abrahe ꝯsobrina.i.
nepris ex fratre. Nam eo tp̃e ad augendum
& multiplicandũ gen⁹ humanũ cuiuscunq;
grad⁹ ꝑter sororem ꝯiugem accipe licebat.
Hec cũ sterelis esset: agar egyptiã ancillam
suam abrahe dedit uxorem: ex q̃ suscepit filiũ ismahelẽ. Deinde ꝑmissi & sibi a deo fcã
cũ esset annoꝝ.90. ex abrahã centenario filium ꝯcepit: & pepit: quẽ uocauit isaac. Et
cũ aliquantulũ creuisset puer: & cũ ismahele luderet: ppendit sara: ꝙ ismahel de luto
idola finxerat: & isaac ad ea colẽda ꝑuocabat: unñ & uiro instituit: ut ancillã cũ filio a se
eiiceret: ne filius innocẽs ismahelis malitia
sedaret. Supuixit autem sara nato isaac ãnis
37. Et cũ esset ãnoꝝ.127. mortua est: & a uiro sepulta in hebron ĩ spelũca duplici: quã
abraham emit imperpetuam sui & suoꝝ possessionem sepulchri. hec unde supra.

¶ De scõ melchisedech rege. XC

MElchisedech rex salẽ: que postea
dicta est hierusalẽ: cui apostolus
paulus ad hebreos.7. scitatis testimoniũ ꝑhibet: in plerisq; sacre
scripture locis sanctissim⁹ noiat.
Cuius tñ genealogia ſm apostolũ subticet
xp̃m in hoc ꝑfigurãs: q ſm humanitaté ꝑre
caruit: & cui⁹ ſm diuinitaté generatio narrari neqt. Hunc tñ hebrei autumant sem filiũ
noe fuisse: & usq; ad isaac tẽpora uixisse: &
oẽs primogenitos a noe usq; ad aaron sacerdotes extitisse: q in cõuiuiis & oblationibus
populo benedicebant: & primogenita recipiebãt. Siue aũt melchisedech idem q & sem
fuerit: siue alter extiterit: hoc ex diuina pagina exp̃ssũ habemus: ꝙ rex & sacerdos fuit
q & primũ & aliis inusitatũ sacrificiũ deo in
pane & uino obtulit: cui etiã abrahã uti uero dei oipotẽtis sacerdoti decimas exoluit.
In qbus oibus xp̃m exp̃ssi⁹ designauit: qui &
rex iudeoꝝ & hierusalẽ ex regis dauid carne ꝑgenitus fuit: quẽ & magi ab oriente uenientes: ut regem iudeoꝝ adorãt: & pilatus
impii romani uicari⁹ in titulo cruci supposito regẽ iudeoꝝ affirmat. Hic etiã sacerdos
uer⁹ extitit sacrificiũ sui corporis & sanguis
imaculatũ sub spẽbus panis & uini deo offerens: oblationẽq; melchisedech ꝑfiguratam
adimplẽs. De quo pater ei⁹ ſm carnẽ dauid
ꝑphetauerat dicens. Tu es sacerdos ieternũ
ſm ordinẽ melchisedech. Ablato eni sacerdotio aaron qd̃ fuit ad tp̃s: sacerdotiũ melchisedech in xp̃o innouatũ eternaliter cõfirmatur. Cui etiã uti uero & legitimo sacerdoti ois laicoꝝ decimatio ꝑsoluenda debet: &
ꝑ ꝯsequens eius uicariis in ecclesie regimie
substitutis: q & eius idem sacrificiũ administrant. Quõ aũt melchisedech: aut q̃ morte:
uel ubi: seu quo tp̃e uita excesserit: ignorat
imo ꝙ aliqñ mortuus sit oino silẽtio preterit. In hoc etiã xp̃i sacerdotis typũ repñtãs
qui & si in carne aliqñ passus fuit: imortalis tamen ex resurrectione fact⁹ nunq̃ de cetero moritur⁹ ab ecclesia predicatur.

¶ De sancto loth. XCI

LOth fili⁹ aram fr̃is abrahe naturalis: abrahe uero fili⁹ adoptiu⁹
fuit: cuius sarai sororẽ idẽ abraham in ꝯiugiũ accepit. Hic cũ ad
oꝑtiuo patre & naturali patruo
de aram in terrã chanaã ꝑgressus ẽ & postmodũ ab eo diuisus habitauit in oppidis sodomoꝝ: ut dictũ est supra. Hic etiã cũ ipsis
regib⁹ achodorlaomor helamitaꝝ rege captus ab abrahã redemptus est. Cũ autẽ dñs
ꝑpter uitiũ abominabile sodomiticũ qnq;
ciuitates sodomoꝝ.i. sodomã: gomorrã: adama: seboim: & segor subuertere decreuisset: que in ꝯfinio arabie & palestine posite erãt. Lotb abrahe nepotẽ ꝑpter ei⁹ iustitiam
& abrahe p̃ces saluare disposuit. ¶ Uenientesq; duo ãgeli sodomã uespe missi a deo ad
eius sententiã exequẽdã: apud loth hospitati sunt. Quos sodomite iuuenes putantes: &
eis abuti uolẽtes: ad domũ loth insultũ fecerunt: ut uiros ad se educeret. Quos ille defensare studens: duas filias suas uirgines desponsatas qdem sed nõdũ uiris cognitas eis
illudendas tradere uoluit. Quod illi renuẽtes: & ut iuuenes sibi daret instantes: ab eisdem angelis cecitate ꝑcussi sunt: ita ut ianuas uidere non possent. Tunc angeli emiserũt
loth de ciuitate cũ duab⁹ filiabus & uxore:
duob⁹ generis suis exire nolẽtibus: & ꝑpter
loth pepcit dñs ciuitati segor: ne cum aliis
subuerteret: ad quã lotb declinare ꝑposuit
forte qa minor erat aliis quattuor subuertẽdis: uel minus peccauerat. Admonuerunt q;
angeli loth: ne qs eoꝝ post tergũ respiceret
¶ Cũ aũt sol ortus fuisset: & loth ĩ segor introisset: subuertit de⁹ q̃ttuor ciṫates reliq̃s
sodomoꝝ cũ paruulis & mulierib⁹ & pecudibus & oib⁹ hoib⁹ existẽtib⁹ ĩ eis: que sulphure & igne celico cõbuste sunt: & in fauillam
redacte. Respiciensq; uxor loth post se: uersa est ĩ statuã salis. Cum aũt nec etiã ĩ segor
loth se tutum reputaret: ascendit & habitauit in mõte: ubi duab⁹ noctibus a duab⁹ filiabus successiue inebriatus cũ eis concubuit:
& utraq; ipsaꝝ ex eo filiũ genuit. Maior filium suũ uocauit moab: ipse est pater moabitaꝝ: minor uero suũ natũ appellauit amon:
ipse est pater amonitaꝝ. Nec peccauit loth
cũ filiab⁹ coeũdo: qa ipsas nõ cognoscebat:

quãuis peccasset se inebriãdo: uel forte nec etiam in ebrietate deliqr: quia uirtutem uini noue regiõis nõ cognouit: sicut nec noe quãdo inebriatus ẽ. Forte etiã filie minus peccauerunt: que nõ ꝯcupiscẽtia ducte: sed ut saluarent semẽ de patre ꝯcũbendi secũ modum inuenerunt: putantes oẽs homines mundi sicut & sodomitas incendio piisse & sicut alias diluuio audierant esse factum. Potissime qa ꝭm diluuium ignis extitisse putabant: qđ futurum intellexerãt prophetatũ. Si autẽ loth peccauit credẽdũ est ipsum penitẽtiã egisse Alioquin in scõꝝ collegio non poneretur. Quod autẽ scũs nominandus sit: non solum ex testimonio petri apostoli in ꝭa epistola. c. 2. ꝑbatur: sed etiã ex geñ. testimõio ubi solus ipse iussus inter cũctos unius ciuitatis peccatores homines nominatꝰ. Quis autem aut qñ uite sue finis fuerit: ulterius nõ legiꝰ hec unde supra.

¶ De scõ isaac patriarcha. LXXXXII.

Isaac patriarcha abrahe filꝰ qa in scõꝝ patrũ catalogo ꝯscribitꝰ ecclesiastici. xliiii. ꝑ ꝑpromissionẽ ãno. c. patris natꝰ octauo die circũcisus: a deo in tantũ dilectꝰ fuit: ut tentans patrẽ de eodẽ sibi exhiberi holocaustum mandasset: & eius obediẽtia ꝑpalata ꝑ ipso arietẽ ꝯmutasset: & eũ a morte reseruasset: que oĩa in abrahe legenda superius dicta sunt. Cum ergo isaac esset annorum. xl. & rebeccham barhuelis filiã duxisset uxorẽ ut iam pretactũ est: in geraris peregrinatus ẽ & ibidẽ in opibus multiplicatus: ubi & fedus cum abimelech iuramento firmauit: & dominũ sibi pollicentem que & patri suo promiserat audiuit. ¶ Cum ergo rebeccha uxor eius. xx. fere annis sterilis extitisset: orante pro ea uiro suo: ut impleretꝰ promissio: tandem duos geminos cõcepit. Quoꝝ mutua collisione adiuicem afflictionem in utero substinuit. Consultoq; dño & accepto de duobꝰ populis ex eis nascituris diuino oraculo: geminã prolem edidit anno isaac. lx. Primo egressus rufus & hispidus dictus ẽ Esau: qui & edom: a quo gens idumeoꝝ. Secũdo natus dictus est Iacob: quia plantam fr̃is manu tenebat: qui postea israel nominatus est: a quo israelite: qui nunc iudei descenderunt. Cum ergo adoleuissent esau factus est uenator & iacob agricola & pastor in tabernaculis habitabat. Pater diligebat esau qa primogenitus: & qa de uenationibus eiꝰ uescebatꝰ libẽter. Mater uero diligebat iacob pro eius simplicitate ac etiã diuina inspiratione. Cum aũt iacob lenticulam coxisset: & esau lassus de agro rediret: & de pulmẽto fr̃is peteret: illeq; sibi dare recusaret: uendidit sibi esau primogenita sua: ea paruipẽdens: & se moritũ: putans nisi in instanti comederet: deditq; sibi primogenita ꝑ edulio lentis: & iurauit talẽ uenditionem se ratũ habituꝝ. Et quia lenticula sulua erat & hebraice edom suluũ dicitur: extũc esau uocatus est edom. Erant autem primogẽita dignitates quas habuerunt primogeniti scognatiõibꝰ suis usq; ad aarõ: uidelicet uestes speciales quibus induebanꝰ tantũ in sacrificiis offerendis: & receptio finalis benedictõnis a patre. Ipse uero in solẽnitatibꝰ & coniugiis benedicebat minoribus: & in his duplam ciboꝝ benedictionẽ percipiebat. Similiter & in diuisione hereditatis. Nec peccauit iacob fr̃em esurientẽ non reficiẽdo gratis ꝭm gregorium: quia laborabat ille uitio gule: non nature necessitate. ¶ Cum autẽ senuisset isaac & uidere non posset mandauit esau primogenito suo de uenatiõe sibi cibos pari ãteq̃ moreretur: ut sibi benedicere posset. Quo ad uenandũ egresso iussit rebeccha iacob filio suo: ut sibi afferet duos hedos optimos: ex quibus escas gratas faceret patri suo: ut sibi pro esau benedictionẽ daret. Et cum ille ex hoc se deprehendendũ dubitaret: & fortasse maledictionẽ pro benedictione recepturum: protestata est mater q; talis maledictio in suum caput uerteretur: dum modo iussa per filium ꝯplerenꝰ. Quod cuꝫ iacob perfecisset: patis cibis ĩduit iacob uestibus esau ualde bonis: quibus ut dictũ ẽ primogeniti utebãtur. Pelliculasq; hedorũ manibus & collo circundedit: ut similitudinem fr̃is qui pilosus erat exprimerẽt: iacob ergo cibis acceptis: & patri isaac allatis cũ ipsuꝫ minime cognouisset de cibis comedit: & palpato illo putãs esau: iacob possmodũ benedixit. Egresso igitur iacob uenit esau: & cibos patri intulit ac benediтionẽ petiit. Quo audito expauit isaac uehemẽti stupore: & in hac extasi uidit i spiritu ut ait comestor a dño hoc factum esse: & significationẽ pie fraudis intellexit: & ideo non irascẽs qđ fecerat confirmauit. In hoc autẽ facto ut ait gregoriꝰ: non peccauit iacob nec ꝑ fraudem benedictionẽ primogeniture surripuit: sed sibi debitam accepit: quam alias pro lentis edulio a fr̃e ꝯparuit. Nec falso dixit pr̃i se eẽ esau: qa erat ipse non persona sed primogeniture dignitate sicut ioannes helias non natura sed uirtute. Benedictus est aũt: non ꝭm intentionẽ patris que ad esau erat: sed secundum uirtutẽ uerborũ que proferebat. Sicut ep̃s qui ordinauit clericum alienũ: quẽ credidit esse suum: & tamẽ uere est ordinatus. ¶ Superuixit autẽ isaac post natos esau & iacob annis. 120. Et sic annoꝝ. 180. senex & plenus dieꝝ mortuus est. Et sepelierunt eũ filii sui i sepulchro paterno: qđ est i hebron

in ſpelunca duplici: de qua dictũ eſt ſupius
Hec ex libro geñ.a cap.25.uſq; ad.28. & ex
dictis hieronymi:ioſephi:&comeſtoris: atq;
ex chronicis guilelmi.

¶ De ſcã rebeccha. XCIII

Rebeccha filia bathuelis filii nachor fris abrahe & iſaac neptis
ex auunculo ꝓgenita: eidẽ iſaac
in uxorem diña diſpenſatiõe que-
ita fuit: ut ſupius in geſtis abra
be continetur. Hec multo tpe ſterilis duos
poſtmodũ geminos edidit natos: eſau uide-
licet & iacob. Et qa naturale eſt: ut mater
ſemp ꝑdiligat: quẽ pater min⁹ amat. Rebec
cha iacob ꝑdilexit: quẽ iſaac reſpectu eſau
quodãmõ ꝯtẽpſit. Et de matris ꝯſilio ac ꝓui
dentia ſũma adhibita cautela minor maio-
ris benedictiõẽ accepit: ut ſupius dictũ eſt
Eadẽq; circũſpectiõe iacob ab eſau ira ſal-
uauit: dũ ipm ad tps ad laban auũculũ ſuũ
& ipſius rebecche germanũ i meſopotamiã
trãſmiſit: ut mortẽ euaderet: quã ſibi fuerat
eſau cõminat⁹. Quo apud laban cõmorãte
p ãnos.20. ut dicet: anteq̃ inde rediret: re-
beccham deceſſiſſe credit: quo aũt tpe: uel
quõ ſcripture textu ſilentio pterītur.

¶ De ſcõ iacob ſiue iſrael pꝛiarcha. XCIIII

Iacob qui & iſrael pꝛiarcha iſaac
filius: & ipſe ſcõꝝ patꝝ catalogo
ſcriptus eccleſiaſtici.44. ãno pa
tris.60. cũ eſau ꝯgenit⁹ eſt. Hic
poſtq̃ fris benedictionẽ diuina
diſpenſatione ſurripuit: ut ſupra ꝓximo di-
ctum eſt: a fratre exoſus: de ꝯſilio matris ad
laban auunculũ ſuũ in meſopotamiã ꝯfugit
ubi in itinere iuxta luzã dormiens: ſcalam e
terra ad celum erectã: p quã angeli aſcende-
bant: & deſcendebant: uidit: & dñm ſũmitati
ſcale innixũ ſibi terrã & benedictionẽ ſemi
nis ꝓmittentẽ audiuit. Perueniens aũt ad la-
ban.14. eidem annis ꝓ duab⁹ filiab⁹ ſuis lia
& rachele ſuiuit. Cum enim laban cũ iacob
pepigiſſet: ut ſibi.7. annis ꝓ filia ſua minore
rachele: quã ipſe amabat ſeruiret. Et cõple
to ſeruitio.7. annoꝝ: iacob uxorem ſuã ex-
peteret: laban nuptiis celebratis noctu liam
filiam ſuã maiorẽ i thalamo collocauit: cui
ancillã zepham tradidit: cum q̃ iacob rache
lem arbitrans nocte dormiuit. Cũ aũt mane
liam cognouiſſet: & de hoc ſocero ꝯqueſtus
eſſet: excuſauit ſe laban: nõ eſſe de more pa-
trie: ut minores filie ãte maiores nuptui tra
derent. Promiſit quoq; ſibi poſt.7. dies ra-
chelem daturꝝ: & ſic iacob utrãq; ſororem
habiturꝝ p ſeruitio.7. alioꝝ annoꝝ futuroꝝ
quo ſibi ſeruire debuiſſet: cõpletaq; hebdo-
moda eidem rachelẽ tradidit: cui ancillam
balan nõie dedit: iacob quoq; ſocero.7. ali-
is annis ꝓ lia iam obtẽta ſeruiuit. ¶ Genuit
quoq; iacob.12. filios ex uxoribus & earum
ancillis. Ex lia habuit ruben: ſymeon: leui:
iudã: & iſachar: & zabulon: & unã filiã nõie
dinam. Ex ancilla lie zepha gad: & aſer. Ex
ancilla rachelis bala dan: & neptalim. Ex ra-
chel ioſeph: & beniamin. Finitis uero.14.
annis ſeruitii ꝓ uxoribus ſuis iacob a laban
diſcedere noluit: ſed laban adhuc ipſo req-
rẽte ꝓ alio ſeptẽnii ſuitio iacob remãſit: po-
ſtulauitq; iacob pro precio quicquid naſce-
ret uarii coloris ex gregib⁹: quos paſcebat:
quod annuente laban iacob nouam nature
ſtropham cõmẽtatus cõtra naturã arte natu
rali pugnauit: uirgas.ſ. uarias in canalibus
ponẽs. & in feruore diei dũ ad potandũ aui-
de pecora ꝑgerent: & accẽderent ad coitum
oues & capras aſcendi faciens: ut tales frtus
cõciperent: q̃les umbras arietũ & hircorum
ſupra ſe aſcendentium in aquis ꝯſpicerent.
Varius eni erat color umbraꝝ: ſicq; multi-
tudine agnoꝝ & hedoꝝ uarii coloris naſcen
tium: iacob ultra modũ ditat⁹ eſt. ¶ Iacob
igitur ioſeph nato ꝯpletis annis.20. apud la
ban: nec ualens uigeſimũprimũ ꝑficere pro
pter nequitiã laban: q mercedẽ eius pluries
mutauerat: cum uxorib⁹ & filiis & ſubſtãtia
ſua clam diſceſſit. Quẽ laban iratus ꝑſecu-
tus eſt cũ cognatis & amicis: ſed ipſum dño
cohibẽte: ne iacob noceret: inito ſecũ federe
reuerſus eſt in pace filiabus & nepotib⁹ de-
oſculatis. ¶ Iacob uero ceptum iter pagẽs
angelos dei ꝯfortantes ſe cõtra fris ſui eſau
iram: quẽ ualde timebat: obuios habuit: &
ante aurorã cum ſibi apparẽte angelo lucta
dimicauit: q & eius femoris neruũ tetigit:
& ſtatim emarcuit: & nomẽ iſrael impoſuit:
atq; quia cõtra fratrẽ inuict⁹ ſtaret: eidem ꝑ
dixit. Iacob uero ad placandũ animũ fratris
munera ſibi p nuncios miſit: ipſe autem ſub
ſequẽs filios & uxores ac familiã & iumenta
i duas turmas diuiſit. Cui eſau cũ quadrin-
gentis armatis occurrens: & munera eius re
cuſans: ipm cũ uxoribus & filiis ſuis amabi
liter cũ amplexu & oſculo ac fletu ſuſcepit:
& in ſeyr reuerſus eſt. ¶ Tranſacto uero ior
dane iacob habitauit in agro ſichem: quem
emit a rege emor. Et tunc dina filia ei⁹ egreſ
ſa: ut mulieres regionis uideret: corrupta ẽ
a ſichem filio emor. Quã poſtmodũ in cõiu
gium petẽs: ſymeon & leui doloſe egerunt:
ut filius emor cũ patre & populo iuxta ipſo
rum ritum circũciderent: aſſerentes ſe ſoro
rem icircũciſo homini copulare non poſſe:
quod ſi facerent: nedũ dinã filio regis ꝓmiſe
runt tradere: ſed etiã cũ eoꝝ populo connu
bia ꝯfederare. Cũ aũt omnes mares circũci
ſi fuiſſent: & ꝑ dolore inciſionis tertio die in
lectis iacerent. Symeon & leui arreptis gla-
diis urbem aggreſſi ſunt: cunctiſq; maribus

interfectis cetera diripuerunt. Vnde territus iacob propter icolas terre: sed cõfortatus a dño recessit. Perueniensq; bethel edificauit altare: & iuxta id qđ prius in itinere mesopotamie dño uouerat: ibidẽ obtulit holocaustum. Egressus igiť iacob de bethel uenit uerno tpe ad terrã que ducit effratã.i. bethleem. Ibiq; cum rachel filiũ pepisset: & pre dolore pius moreretˀ: uocauit eũ bẽnoni.i. filius doloris. Pater uero uocauit eũ beniamī.i. filius dextere. Ibiq; rachele sepulta: iacob peruenit ad terrã chanaam. Et cum eẽt annoꝝ.120. patrẽ suum isaac mortuũ sepeliuit. Erat autem iacob annoꝝ.91. qñ genuit ioseph. Et cũ eẽt ioseph annoꝝ.39. iacob descẽdit in egyptũ in animabꝰ.70. qui tũc erat 130. annoꝝ ut in proximo dicetur. Qui postea uixit in egypto annis.17. Et sic iacob annoꝝ.147. uidẽs apropiquare obitũ suũ uocauit ioseph filium suum adiurans eũ ut ipz sepeliret ubi abrahã sepultus fuerat. Conuocatis autem omnibus filiis suis benedixit eis ac ꝓphetice multa uẽtura predixit de diuisione terre promissiõis ad litterã: & de futuro statu.xii. tribuũ: aptissime aũt de utroq; xpi aduẽtu. Et posthec ĩ pace dormiuit. quẽ filii assumentes portauerũt in hebron: & ibi eundem sepelierũt: cũ patribꝰ suis. Hoc ex geñ.a.c.xxviii. usq; ad.xxxvii. & ex a aliis libris quibus supra.

¶ De sancta rachel. LXXXXV.

Rachel filia laban filii bathuelis filii nachor fr̃is abrahe & iacob neptis ex auũculo ꝑcreata ĩ uxorem iacob diuina dispensatiõe a patre tradita est. Pro qua ut supra proxĩe dictũ est: iacob laban fuerat.7. annis. Et uidebanť sibi dies pauci pre amoris magnitudine qua ipsam adamauit. Nam sororẽ liã quasi coactꝰ accepit. Quia tñ dei iustitia exigit ut minus accepti ĩ aliquo subleuenť: Vidẽs deus q; iacob rachelẽ prediligeret eã multo tẽpore sterilitate damnauit: liam autẽ multis filiis secundauit. Cũ autẽ cõtẽplatiõe filioꝝ amor hẽ sororis dilectioni adequatus eẽt in iacob: tunc & rachel parere cepit. Pepetitq; primũ ioseph iacob iã 91. ãno etatis agẽte ut.s. iosephꝰ tradit. Post quẽ annis.xii. genuit beniami & in puerpio decessit: quã iacob ĩ effrata que ẽ bethleem ubi & filiu peperat sepeliuit: & titulũ eius ĩscriptionis desuper apposuit. Prefate tres sãctissime matres.s. sara rebeccha: & rachel ĩ multis sacre scripture locis cõmemorãtur: & eaꝝ celebris sanctitas recoliť. Specialiter autẽ petrus in prima epistola.c.3. de sanctitate sare mẽtionẽ facit: q̃uis & ceteras cõmẽdare in genere uideat: propter qđ merito in scaꝝ mulieꝝ catalogo describunt que tãtorum uiroꝝ cõiugeŝ & factoꝝ filioꝝ meruerunt esse genitrices. Iosephus etia eas inter scãs hebreoꝝ matres imo pre ceteris cõmemorat. Hec omnia unde supra collecta sũt.

¶ De sanctis duodecim patriarchis filiis iacob. LXXXXVI.

Duodecim patriarche filii iacob a quibus.xii. tribus israel descenderunt: ab eodẽ ex duabus eius uxoribus: rachele & lia: & duabus ancillis zelpha & bala progeniti fuerũt: quoꝝ nomina hec sũt: ruben: simeon: leui: iudas: isachar: zabulon: gad: aser: dan: neptalim: ioseph & beniami. Hos enim in scõꝝ numero ponendos iducunt: non solũ paterna scissima merita: quoꝝ illi imitatores fuisse creduntur: sed etiã eoꝝ in multitudinẽ filioꝝ israel inumera generatio diffusa. Quod ut ipsoꝝ scitas plenius inotescat ex omni tribu eoꝝ.xii. milia signatorũ in apocalypsi describunť: ut sic ex electis filiis parentes eoꝝ sci ꝓprobentur. Excepta sola tribu dan: que ideo in nouo testamẽto repelliitur: non ex ulla ꝓgenitoris culpa: sed quia ex ea xpo cõtrarius antixps nasciturus diciť Verũ & si ex eisdẽ patriarchis aliq peccauerunt in aliquo: utpote ruben q patris ꝯcubinã abusus est: uel forsitan oẽs: quãdo ioseph iustum in egypto uendiderunt: pie creditur eoꝝ culpas ãte mortẽ p penitẽtiã fuisse deletas: ut patrũ uestigia imitates oẽs ex hac luce sine delicto migrarẽt. Cõfirmatur etiam hec opinio ex.xii. testamẽtis ipoꝝ. que in hebreorũ codicibus repta nup in latinũ translata sunt: que uincentius in speculo ponit. In quibus de aduẽtu xpi & articulis humanitatis tot & tanta mysteria uaticinata ꝯtinẽtur: ut uideantur dño afflati spiritu non futuram prophetiã predixisse: sed trãsactam historiã texuisse. Et potissime in hoc ꝯcordãtes: q; xps dñs de tribu iuda & tribu leui fuerat nasciturus: ipsas duas tribus pre ceteris extollentes: & in hoc xpo regnũ & sacerdotium attribuentes. Neq; enim arbitrandũ est tantam diuini spiritus afflationẽ ĩ reprobatos homines eadẽ sacra sic unico ore ꝓphetantes: potissime mortis tempore ꝯcurrisse.

¶ Omnes autẽ patriarche sicut cũ patre iacob in egypto intrauerunt: sic ibidẽ uitam finierunt. Ex istis ut dictũ est.xii. tribꝰ filiorum israel dicte sunt. Inter quas: q̃uis tribꝰ ruben ex eo q; fuerat primogenitus ceteras dignitate precellere debuisset: tamẽ tribus iuda eiꝰ locum obtinuit: & ideo merito regnum accepit: qa aperto rubro mare filiis israel transituris: cunctis intrare dubitantibus: prior tribus iuda mare transiuit. & ceteras transeundi audaciam ꝓbuit. Post hanc s̃a tribus leui merito ꝓficitur: quia ipa sola

ex omnibus diuina uocatione ad sacerdotiũ sublimatur. Et quia ex oibus fratribus suis leuite seperati fuerãt: ut de sacrificiis & oblationibus ceterorũ uitam ducentes sortem hereditatis cum aliis nõ acciperent: ita q̃ solum tribus .xi. remanebant. Iccirco trib⁹ ioseph in duas subdiuidit: que ex duob⁹ filiis effraim & manasse descenderunt: ut numer⁹ duodenarius impleret: & ut tribus ioseph cuius occasione ceteris fratrib⁹ tanta bona puenerant: duplici portione ditaretur: lõ q̃ tribus ioseph inter ceteras non nominatur: sed loco eius due trib⁹ uidelicet effraim & manasse surrogantur.

¶ De scõ ioseph patriarcha XCVII

Ioseph patriarcha iacob fili⁹ ex rachele in sanctorũ patrũ catalogo ecclesiastici .44. & primo mach. 2. spẽaliter nominat. Qui patri dilectissimus eo q̃ in senectute genitus cũ annorũ .16. pasceret gregem: in inuidiam fratrũ suorũ incurerit: tum ꝑpter familiarem patris erga se dilectionẽ: tum propter somniorũ narrationem. Viderat eni somnia: q̃ fratrũ manipuli suum in agro adorarent: & q̃ sol & luna & stelle .xi. ie similiter honorarent: quod pater exponens ioseph a fratrib⁹ ꝑdixerat adorandũ. ¶ Cũ igit a patre in sichem: ubi fratres pascebant pecora: mitteret: ipm tunica talari nudatum deposuerunt ie cisternã siccam: & deinde ꝯsilio iude extractũ ismahelitis .30. argẽteis uendiderunt. Tunicã aũt ipsius in sanguine hedi tinxerunt: simulantesq̃ illum a feris occisum eandem patri miserũt: qui ipm interfectum existimans incõsolabiliter oi tempore deflebat. Madianite uero q̃ & ismahelite ioseph in egypto uẽdiderũt phuthiphari eunucho magistro milite pharaonis. Hic habuit uxorẽ & liberos: nondũ eni eunuch⁹ factus erat. Nam & ioseph postmodũ duxit uxorem ei⁹ filiam: qui eunuchus fact⁹ ad sacerdotium fuit ꝑmotus. ¶ Tradũt q̃ hebrei: q̃ ipse phuthiphar uidens ioseph elegantẽ emit eũ: ut sibi misceret. Dñs aũt custodiens ioseph: adeo illum infrigidauit: ut deinceps tanq̃ eunucbus impotens ad coitum fuerit: propter quod & eunueb⁹ dicit. Videntes autem eũ ierophanti acefactũ de more suo ipsum pontificẽ heliopoleos: que postea fuit damiata creauerunt. Phuthiphar aũt q̃uis cũ ioseph peccare nõ posset: ipm tamẽ diligens in tantũ bonorauit: q̃ oi domui sue illum ꝑfecit. Cum autẽ uxor eius iniecisset oculos in ioseph: quadã die dũ esset in camera solus: illa ingressa appͥhendit palliũ eius: & eũ ad concubitum inuitauit. Sed ioseph iratus relicto pallio in manu eius effugit. Illa uero contẽptam se uidens: in argumentũ fidei retẽtum palliũ ostẽdit uiro redeunti: accusãs ioseph q̃ ipsam uoluisset uiolare. Qui uerbis uxoris credulus: uinctũ ioseph tradidit in carcerem regis. Vbi etiã post dies aliquot retrusi sunt a rege princeps pincernarũ & pistorũ magister ex culpa ipsorũ. Qui cũ ambo nocte una somnia uidissent: & ea ioseph interrogãti narrassent: principi pincernarũ qui dixerat se uidisse: q̃ ex uite trium ꝑpaginũ uuas exprimens in calicẽ pharaonis poculũ regi dabat: exposuit ioseph: q̃ post dies tres suo fuerat officio reponẽd⁹. Principi uero pistorũ dicẽti: q̃ uiderat se tria canistra panib⁹ referta gestare: auesq̃ ex eis comedere: exposuit ipm post tres dies in patibulo suspendẽdum: carnesq̃ ei⁹ ab auibus lacerandas: que omnia ut predixerat: rei probauit euentus. ¶ Post duos annos uidit pharao somnium: q̃ septẽ boues crasse de fluuio ascendebant: quas sequebantur septẽ alie macilente priorum pinguedinem deuorantes. Septẽ quoq̃ spice plene & uberes pullulabant: quas sequebant alie septẽ tenues & arentes priorũ pulchritudinem absorbẽtes: Cũq̃ sapientes egypti somniũ regi interpretari nescirẽt: ad suggestionẽ pincerne ioseph recordati: pharao ioseph educto de carcere sõniũ retulit: quod ille sibi exposuit: Dicens septem ãnos fertilitatis nimie in orbe uenturos: quos subsequẽt alii septẽ sũme sterilitatis. Cõsuluit q̃ regi: ut ꝑuideret uirũ: q̃ qntã partẽ frugũ tpe fertilitatis ĩ horreis congregaret: & tempori future postmodum famis reseruaret. Rex ergo miratus in ioseph somnii solutionem: & ꝯsilii discretionẽ cõmisit ei huiusmodi dispensationem: faciens eum toti⁹ egypti ducem & principem cũ esset annorũ triginta Primo igitur fertilitatis anno uenit ioseph: ut cõgregaret frumenta ĩ fines heliopoleos idest damiate: & diuertit ad domũ phuthipharis: qui ipsum emerat: & per dolum uxoris carcerauerat: qui priceps & sacerdos regionis heliopoleos fact⁹ fuerat. Huius filiaꝫ asennech uirginem dedit pharao ioseph in uxorẽ: ex qua nati sunt sibi duo filii manasses & effraim priusq̃ ãni sterilitatis uenirẽt. ¶ Transactis igit annis ubertatis & grano collecto: uenerũt anni inopie. & ceperũt tã egyptiorũ q̃ aliarum ꝑuinciarũ populi concurrere ad ioseph ꝑ frumentis emendis: unde & exinde infinitam pecuniam cõgregauit & in arcis regis reposuit. ¶ Inter hec uenerunt in egyptum de terra chanaan .x. fratres ioseph: beniamin cum patre relicto: pro frumẽtis emendis: qui ad ioseph intrantes eum adorauerunt: quibus ille cognitis duri⁹ locutus est: dicẽs eos exploratores esse: eosq̃ diebus aliquibus in uinculis mancipauit. Illi uero se excusantes omnẽ suam ꝓgeniem

narrauerūt: & inter alia frēm aliū beniamin domi relictum se habere dixerūt. Quod ioseph audiēs symeonē detinuit: ceteros uero cum cibis dimisit: iurās q̄ fratrē illorū nunq̄ dimitteret: nisi beniamī sibi adducerēt: ut sic illos uerū dixisse cōprobaret. Qui redeuntes omnia patri narrauerunt: & eum noua tristitia afflixerunt. Cōsumptis ergo triticis de mandato parentis itez pro aliis emendis in egyptū descendūt: & q̄uis dudum iacob recusante beniami secum adducunt: uenientesq; ad ioseph eum adorauerūt: & beniami sibi presentauerūt: & munera secum delata obtulerunt. Quos ille ad cōuiuium iuitauit & symeonē eductum cū fratribus discūbere fecit. Factoq; mane dispensatori suo mandauit: ut eis frumētum tribuat: scyphūq; suuz in sacco iunioris abscōdat. Quod cum factū esset: & illi de ciuitate exissent: fecit eos iseq & teneri eo q̄ scyphum pricipis rapuissent. Quod dū negarēt: & apertis saccis omnib⁹ granum effusum esset: repertus ē scyphus in sacco beniami: illiq; omnes uincti ad ioseph reducti sunt. Cū autem eos ioseph de ꝯmisso furto durius increparet & soluz beniami uti culpabilem ceteris dimissis in seruum retinere uellet: iudas propius accedens: eidem cum lachrymis exposuit: qualiter pueruz a patre in fidem suam susceperat: & pro puero misericordiam postulabat: supplicans illū ad patrem remittendū: & se loco pueri i seruitium detinendum. Ioseph ergo se amplius cohibere non ualens: alienis omnib⁹ eiectis se cum lachrymis fratribus inotuit: omnesq; sibi cū amplexibus reconciliauit: datisq; muneribus ad patrem remisit: eūq; cum omni familia & facultatibus ad se deferendum mandauit. Qui festinanter ad patrem redierunt: & sibi per ordinē cuncta rettulerunt. Audiens autem iacob q̄ ioseph filius eius uiueret: & totius terre egypti dominator eēt: quasi de graui sōno euigilans deum benedixit. Quē domin⁹ per uisionē ꝯfortauit. Qui mox surgens secundo anno famis cum uniuersa familia in egyptū descendit. Fuerūtq; anime. 70. numero ipso & ioseph cum duobus eius filiis computatis. ¶ Pharao igitur benignissime iacob senē annoꝝ. 130. suscepit & ab eodem benedici uoluit: deditq; ei & filiis suis terram gessen ubertimā ad habitādum. Sicq; occatiōe ioseph iacob & filii ei⁹ omnibus bonis egypti locupletati sunt. Sepeliuitq; ioseph patreʒ suum defunctum ut supra dictum est in sepulchro patrum suoꝝ in hebron. Erat auteʒ ioseph annoꝝ. xxxix. quando iacob in egyptū intrauit: ubi & ānis 27. superuixit. Sicq; ioseph annos etatis sue lvi. agebat decedēte genitore. Quo mortuo superuixit annis, 54. & uidit filios effraim in tertiam generationē: filii quoq; machir filii manasse nati sunt i genibus ioseph. Oblitusq; omnium maloꝝ que fecerāt ei fratres sui mortuo patre eos benigne pertractauit: & prediis ac possessionib⁹ ditauit. Et ad extrema deueniens fratrib⁹ predixit: q̄ deus eos uisitaret: & ad terram pro qua patribus suis iurauit illos reduceret. Adiurās eos: ut ossa sua tunc ex egypto trāsferrent: & in paterno tumulo sepelirent. Mortuusq; ē ioseph cum esset annoꝝ. 110. & conditus aromatibus reſuatus est in loculo in egypto. Hec de libro geñ. c. xxxvii. usq; in finē & ex aliis uoluminibus quibus supra.

¶ De scis effraim & manasse. LXXXXVIII.

Effraim & manasses patriarche filii ioseph fuerunt: qui tribuz ei⁹ in duas subdiuiserunt. Quorum primogenit⁹ manasses anno. xxxii. etatis ioseph secundogenitus uero effraim anno. xxxv. eiusdē natus ē. Effrai autem minor manasse maiori prelatus ē: q̄a semen eius magis excreuit: & populorum multitudine: & regni dignitate. Nam regno israel in duo diuiso: tribus effraim caput x. tribuum fuit cuius regni samaria in ipsa tribu posita ciuitas regalis multo tempore claruit: unde & cum iacob morti apropinq̄ret: ioseph filius suus manassem & effraim ad eum adduxit: ut antequā decederet filiis suis benedictionem daret. Applicansq; illos ad iacob: manassem primogenituz posuit ad dexteram patris effraim uero minorem ad sinistram: cupiens ut pater maiori dexteram: minori uero sinistram super caput poneret. Iacob uero qui iam oculis caligauerat nec luminib⁹ corporis nepotes uidebat: spiritu tñ futura preuidens manus cācellauit: & super caput effraim dexterā super caput uero manasse sinistram imposuit eisq; benedixit. Quod ioseph moleste ferens dexteram pr̄is de capite effraim leuare & super caput manasse trāsferre nitebať. Cui iacob respondit se scire qd faceret: nam quāuis manasses magnus futurus eēt ipsum tñ effrai & seminis multiplicatione & honoris dignitate precelleret. Qui post aui & patris excessum in eorum semine mirabiliter excreuerūt: & cum ceteris patriarchis in egypto diē extremum cōcluserūt. Hec ex libro geñ. c. xlviii. & ex aliis uoluminib⁹ q̄bus supra dispersim collecta conscripta sunt.

¶ De sancto uedasto epo. LXXXXIX.

Vedastus episcop⁹ atrebateñ fuit. Qui a beato remigio remeñ archiepiscopo eidem urbi i episcopum ordinatus: cum uenisset ad portum ipsius ciuitatis: & duos pauperes unum cecum & alium claudū ad

elemosynam sedentes inuenisset: facta oratione cecum illuminauit: & claudum erexit. Cum autem in quadam ecclesia derelicta a pribus operta lupus habitaret: eidem mandauit: ut inde discederet: nec illuc ulterius redire presumeret: quod & factum est. ¶ Denique cum uerbo & exemplo multos conuertisset: quadragesimo sui episcopatus anno uidit columnam igneam a celo in eius domum descendentem. Finemque suum post modicum futurum esse cognouit. Et circa annum dñi 600. in pace requieuit. 8. idus februarii. Cum autem corpus eius transferretur: audomarus quidam pre senio cecus dolens: quod corpus sancti uidere non poterat. Mox lumine recepto corpus aspexit: sed postmodum pensans hoc forte non esse anime sue perutile ad uotum lumen amisit.

¶ De sancto amando episcopo. C

Amandus episcopus nobilibus parentibus ortus monasterium introiuit. Qui die quadam maximum serpentem inuenit: quem statim uirtute crucis ad foueam inde nunquam exiturum ire coegit. Post hoc dum romam uenisset: & in ecclesia sancti petri apostoli pernoctaret: custos ecclesie ipsum irreuerenter foras proiecit. Cui postmodum ante fores dormitanti beatus petrus apparuit: & ad gallias ipsum redire mandauit. Qui cum ibidem regem dogobertum de suis criminibus diuinitus admonitus increparet: rex ipsum de regno suo eiecit. Cum autem rex filium non haberet: & amandus sibi oratione natum a domino impetrasset. Disposuit rex: ut eum ab amando baptizari faceret. Quesito igitur sancto & ad regem adducto prostratus ad pedes eius rex ueniam petiit: & ut filium suum quem precibus sancti dominum sibi concessisse nouerat baptizaret: instantius postulauit. Ille uero primam de uenia petitionem exaudiuit: sed secularibus negociis implicari nolens secundam recusauit. Tandem uictus precibus annuit uoto regis. Et cum baptizaretur infans tacentibus cunctis respondit amen. ¶ Post hec ipsum rex in traiecten̄ episcopum sublimari fecit. Vbi cum uerbum predicationis contemni uideret: in uasconiam iuit. Et dum ibi predicaret: & quidam ioculator ipsum irrideret: continuo a demone arripitur: & propriis dentibus se discerpens: quod uiro dei iniuriam fecerit confitetur: & tandem miserabiliter moritur. Ibi etiam cecus quidam aqua lotionis manuum eius oculis perfusus illuminatur. ¶ Cum in quodam loco de uoluntate regis monasterium construere uellet: & episcopus proxime ciuitatis hoc egre ferret: misit ad eum famulos suos: ut aut sanctum inde expellerent: aut dolose occiderent. Qui uenientes ei in dolo suaserunt: ut secum pergeret: & sibi locum aptum ad monasterium construendum ostenderent. Qui malitia eorum per spiritum agnita: ad cacumen montis cum eis accessit: ubi eum occidere disponebant: eo quod & ipse martyrium affectaret. Subitoque tanta pluuia & tempestate mons tegitur: ut se mutuo uidere non possent. Qui se mori putantes: prostrati ueniam postulabant: & ut eos uiuos abire permitteret exorabant. Ipseque orationem fudit: & mox serenitas illuxit: episcopique famulos amandus in pace dimisit. Post que multa alia miracula faciens in domino feliciter obdormiuit. 8. idus februarii circa annum domini. 620. tempore heraclii imperatoris.

¶ De sancta dorothea uirgine & martyre. CI

Dorothea uirgo & martyr apud cesaream cappadocie passa est. Cuius cum due sorores christa & calixta que in tormentis territe fuerant apostatassent: tradita est dorothea uirgo a iudice duabus sororibus suis: ut ipsius animum ad deorum sacrificia inclinarent. Quas diuino nutu sancta uirgo uersa uice ad fidei ueritatem reuocauit: & ad martyrium animauit. ✠ Qua de re ambe ipse sancte in cuppam misse & in conspectu sororis incense christo animas tradiderunt. ¶ Dorothea uero in catastam leuata & palmis diutissime cesa tandem data sententia ad decollandum ducta est. Que dum ad passionem tenderet: scholasticus quidam nomine theophilus uirginem irridendo rogauit: ut quia ad paradisum sponsi sui pergere se dixerat: de ipso paradiso rosas sibi aliquas destinaret. Quod & illa spopondit. Dum autem iugulo ferienda foret: astitit ei iuuenis cernentibus multis: qui eidem in sinu suo tria mala & tres rosas presentauit: quas sibi de paradiso sponsi sui attulisse asseruit. Quem sancta rogauit: ut eas theophilo deferat: quod & factum est. ✠ Propter quod cum theophilus rosas missas tempore hyemis aspiceret: & miraculum considerasset: conuersus est: & post decollationem uirginis & ipse tempus in equuleo leuatus ac diutius tortus: tandem gladio cedente martyrium consumauit. Passa est autem uirgo christi. 8. idus febr̄.

¶ De scā dorothea uirgine. CII

Dorothea altera uirgo apud alexandriam tempore maxentii & maximini imperatorum passa est. Que ut octauo libro ecclesiastice historie traditur: nobili progenie orta christo domino seruiebat: & uotum uirginitatis emiserat. Sed maximinus in partibus egypti existens pudicitie hostis &

fidei: christianos mares ad deorum cultu/ram: uirgines ad uoluptatem obscenam: totis nisibus prouocabat. Dum igitur uirgo christi ab eodem pro adulterio impetitur: accepta dilatione timensq; uirginitatez amittere: nocturno silentio clam aufugit: & eremum petens orationibus & ieiuniis multo tempore uacans in pace quieuit. Cuius exemplum multe uirgines imitate sunt. hec ibi.

¶ De sancto moyse abbate. CIII.

Moyses abbas i deserto de scythi penitentiam egit. Qui fratri a se petenti sermonem dixit: ut in sua cella sederet: & ipsa eum uniuersa doceret. Cum quidam frater senex infirmat⁹ in egyptū uellet ire: ne fratres nimis grauaret prohibebat eum moyses abbas ne iret: quoniam in fornicationem incideret. Qui contristatus est nimium: tam infirmitatem suam quam senectutem cōsiderās. Et contra abbatis inhibitionē discessit. Cui cum uirgo quedam ex deuotione seruiret ille conualescens eam uiolauit. Que concepit & peperit. Senexq; infantem in ulnis suscipiens: in die magno festiuitatis que erat in scythi ecclesiam cum multitudine fratrum intrauit. Et puerum cum lachrymis omnibus ad sui confusionem & aliorum exemplum ostēdebat: & ipsum filium inobedientie fore dicebat: ac ut nemo de senectute presumeret admonebat: nec non ut pro se orarent omnibus supplicabat. Cui moyses abbas penitentiam imposuit: & ille ad cellam reuersus ad pristinū statum rediit. ¶ Fratrem quēdā qui peccauerat abbati moysi miserunt iudicandum. Qui accepto sacco pleno harena uenit ad eos. Et interrogatus ab eis quid hoc esset: respōdit q̄ erāt peccata sua post se currentia in similitudinem harene ponderosa: que ipse non poterat uidere: qui tamen uenerat aliena iudicare. Illi autem hoc audientes fratri pepercerunt. Hec in uitis patrum. Quieuit autem abbas moyses in domino & agitur eius festum septimo idus februarii.

¶ De sancto moyse abbate alio episcopo saracenorum. CIIII

Moyses alius abbas ethiops natione episcopus saracenorum fuit ut habetur in historia tripartita. Hic postmodum ab egyptiis capt⁹: & seruus effectus ꝓpter multas culpas a domino suo expulsus: latrociniis & homicidiis deditus est. Tandem exemplo sanctorum anachoritarum ad penitentiam prouocatus: & xp̄ianus ac monachus effectus est. Fuitq; discipulus isidori abbatis. Cuius sanctitatis exemplo omnia diaboli figmenta deuicit: & demonibus admoduz terribilis fuit. Deinde ad sacerdotii ordinem ascendit: & septuagintaquinq; annis i eremo deo seruire studuit. Cum autem primo clericus factus esset: & episcopus ei superpelliceum imposuit: dixit ei episcopus: q̄ factus fuerat nimium candidatus. Ille uero quesiuit ab episcopo: an a foris: an ab intus: quasi diceret: q̄ dealbatio exterior sine iteriori nihil prodest. Volens autem episcopus eius patientiam comprobare: dixit clericis suis: ut quando ad altare accederet: eum cum iniuria expellerent. Deinde ipsum insequentes quid loqueretur audirent. Proiciētes ergo eum foras dicebant. Exi foras ethiops: nam ethiops niger erat: qui egressus inter se dicebat: q̄ illi optime fecerant ipsum expellendo: eo q̄ cum homo non esset inter homines stare presumpsisset. Hic autem sex annis in cella inclusus stetit quibus nulla necessitate exiuit: panem solum comedens & aquam ad mensuram bibēs: totaq; nocte stans apertis oculis orabat: ut tentationes quibus in somnis fatigabatur deuinceret. Transactis sex annis omnibusque tentationibus superatis ex charitate ductus nocturno tempore cellas moncahorum circuibat: & aquam aliquando a decem aliquando a duodecim aliquando a .20. deferēs stadiis: omniū fratrū lagenas implebat: factoq; mane ne sciretur qs esset ad cellam redibat. Quem nocte quadā demon ut eum ab hoc opere euerteret: quasi ad mortem in dorso percussit: qui mane iacens repertus: & quis esset agnitus ad eius tugurium per fratres reductus fuit. Quieuit in pace in deserto scythi septimo idus februarii. 80. discipulis derelictis.

¶ De sancto augulio episcopo. CV.

Augulius episcop⁹ i britānia martyrium passus est. Hic enim pontifex auguste ciuitatis britannie ętate ac uirtutibus prouectus: cursum temporis per martyriuz complens ęterna meruit suscipere p̄mia septimo idus februarii: ut ait ado.

¶ De sancta coiuta uirgie & martyre. CVI

Coiuta uirgo & martyr apud alexandriam sub decio cesare passa est agēte diuino preside. Qui ut habetur sexto ecclesiaste historie libro: beatum metranum senem uolentem impia uerba proferre: iussit omne corpus eius membratim fustibus collidi: uultumq; ei⁹ ac oculos acutis calamis terebrari. Deinde ipsum extra ciuitatem eiectum lapidibus mactari: ut superius dictū est secundo calen. februarii. ¶ Post hec iubente iniquissimo preside. Coiutam uirgi-

ñem adorare idola recusantem: pagani pedibus innectentes: & per plateas ciuitatis hinc inde trahentes horrendo supplicio corpore discerpserunt. Sicq; christo spiritum reddidit sexto idus februarii.

¶ De sancta apollonia uirgine & martyre. CVII

Apollonia uirgo & martyr apud alexandriam sub decio cesare passa est agente diuino preside predicto. Quam pagani detentam ad idola perducentes iussu presidis adorare cogebant. Quod cum illa execraretur persecutores ipsius omnes primum dentes excusserunt. Deinde copioso igne accenso cum minarentur uiuam se eam incensuros: nisi cum eis impia uerba proferret: paululum quidem intra semetipsam deliberans: repente de manibus impiorum prorupit: & in ignem quem parauerant: prosiliuit. Sicque igne combustam in odorem suauitatis suauissimum christo hostiam obtulerunt quinto idus februarii. Cuius corpus una cum reliquiis coniute uirginis & metrani martyrum a christianis alexandrie sepultum est.

¶ De sancto ausberto episcopo. CVIII.

Ausbertus episcopus filius sircanii illustris cum esset iuuenis: ✝ andragasinam uirginem filiam illustris roberti officialis lotharii regis francorum: satis renitentez tandem a parentibus coactam desponsauit uxorem. Nam cum ab annis puerilib⁹ deo uirginitatem uouisset: uiruz omnino accipere recusabat. Cum autem deum lachrymis propulsasset ut eius pudicitiam conseruaret antequam a uiro traducta esset: subito graui in faciem lepra percutitur: & a consortio hominum seperatur. Sicq; dispensante andoeuo episcopo a uiro repudiatur: & in cenobio uirginũ iuxta monasterium beluaci situm uirgo ipsa sacro uelamine consecratur. Sed post dies modicos a lepra mundata: priorem speciẽ reassumpsit. Que & postmodum eiusdem loci abbatissa facta laudabiliter uixit. ¶ Ausbert⁹ uero uxoris exemplo relicta aula regia in qua inuite morabatur: de uoluntate lotharii regis monachus effectus est in monasterio fontanelle: sub sancto uandegisillo abbate. Deinde ab andoeuo episcopo presbyter consecratus: theodorico regi mundum regnanti: eum ad regnum ascensurum predixit. Et in huius signum in agro ipsius theodorici tempore hyemis herbam uirentem produxit: que usq; i presens ibidem perpetua uiriditate cõspicitur. Successit autem uandegisillo in regimine monasterii fontanelle. Ac deinde post beatum andoeuum ad episcopatum rothomageñ electus fuit. Qui uti bonus pastor commissi sibi gregis dominici mirabilem curam egit. Sed tandem regi pipino quãuis falso tamen de proditione suspectus ab eodem apud altummontem in exilium actus est. Vbi in pace uitam finiuit quinto idus februarii. Cui⁹ corpus dum inde trãsferretur: uisum est oculos tertio aperuisse. Sepultusq; est ad presens apud beluacum uirtutibus clarens.

De sancto amonio confessore & abbate. CIX

Amonius confessor uir eruditissimus origenis didymiq; discipulus fuit. Qui a iuuentute usq; ad mortem preter panem assum nihil unq̃ comedit. Nunq̃ uisus est irascens: aut iurans: aut mentiens: aut uanuz uel asperum uel infirmum protulisse sermonem. Cum athanasio episcopo romã tendẽs & rediens: nullũ ciuitatis edificiũ uel opus spectabile preter apostolorum & lateraneñ ecclesias conspexisse narrauit. Electus aliquando in episcopum: aurem sibi precidit: ut sic uti mancus & mutilatus episcopatu iudicaretur indignus. Et dum adhuc omnino hoc non obstante electioni insisterent: protestans q̃ sibi linguam precideret: dimissus est. Ignem de domo uicinorum assumens: nec in quo deferret paratum habens prunas inustis uestibus in sinu portauit. Quieuit in pace apud cyprum quinto idus febr̃. ubi & sepultus est.

¶ De sancta scholastica uirgine. CX

Scholastica uirgo beati benedicti soror ab ipso infantie tpe domino dedicata in monasterio fuit. Ad quam uir dei semel per annum uisitandam uenire consueuerat. Quadam die cum discipulis ad eam ex more descẽdit. Qui totum diem in sacris colloquiis deducentes: incumbentib⁹ iã noctis tenebris simul cibum sumpserunt. Cuz ergo adhuc ad mensam sederent: & tardior se hora protraheret: sanctimonialis uirgo fratrem rogauit: ut ibi secum eadem nocte permanens diuinis eam sermonibus refoueret. Quod ille omnimode facere denegauit. Et cum tanta esset in celo serenitas: ut nec parua nubecula appareret. Scholastica insertis digitis manus super mensam posuit: & caput in manibus dominum rogatura declinauit. Moxq; tanta coruscationis & tonitrui uirt⁹ tãtaq; inundatio pluuie erupit: ut neq; pater sãct⁹. neq; q cũ eo erãt frẽs: extra loci limẽ pedẽ mouere potuissẽt. Sicq; ipse exire extra tectũ nõ ualẽs: q remanere spõtẽ

uoluit: inuitus in loco cum sorore permāsit Totāq; noctem peruigilem deduxerunt & p sacra uite colloquia se uicaria relatione resecerunt. Dieq; sequenti uir dei ad monasterium rediit. ¶ Post triduum uero in cella consistens eleuatis oculis: uidit sororis animam de corpore egressam i columbe specie celi secreta penetrare. Quod mox fratribus nunciauit: eosq; ut corpus ad monasterium suum deferrēt transmisit. Quod i sepulchro qd ipse sibi parauerat tumulauit. Sicq; cōtigit: ut quorum una mens semper in deo fuerat: eorum quoq; corpora nec sepultura separaret: Quieuit in pace uirgo domini. iiii. id⁹ februarii. Hec gregori⁹ ī. ii. dial. c. xxxiiii.

¶ De scā sothera uirgine & martyre. CXI.

Sothera uirgo & matyr in orientis partibus passa est. Que grauiter & diutissime alapis cesa: cum cetera quoq; penarum genera uicisset nouissime gladio martyriū consumauit. quarto idus februarii. Hec ado in martylogio.

¶ De scā austreberta uirgine. CXII

Austreberta uirgo filia sisinnii illustris: & sancti ausberti rothomageñ episcopi soror fuit. Que uoto uirginitatis emisso ab eodē fratre suo in cenobio uirginum apud ciuitatem rothomagum inclusa: post laudabilia sanctitatis & uite testimōia. 4. id⁹ februarii migrauit ad dominum: ut dicit guilelmus.

¶ De scā euphrosyna uirgine. CXIII.

Euphrosyna uirgo apud alexandriam claruit. Que ipsius ciuitatis nobilissimo patre pannutio ꝓgenita fuit. Hic enim dum prole careret: & monasterium quoddā monachorum ciuitati proximum frequentius uisitaret: Eiq; multas elemosynas conferret. Agabitum abbatem & monachos exorauit: ut sibi gratam sobolem a domino precibus impetrarent. Cui deus orationibus fratrum filiam euphrosynam concessit. Dū autem ad annos nubiles peruenisset: & uirginitatem suam christo uouisset: eamq; pater licet inuitam cuidam nobili iuueni desponsisset: uirgo christi uotum adimplere cupiens de paterna domo latenter abscessit: & sumpto uirili habitu seq; smaragdum nominans ad dictum monasterium sexum uirilem fingens accessit: seq; monachum fieri postulauit. Quem abbas gratanter excepit: & monasticum habitum sibi tradidit. Que in sancta religione ieiuniis & uigiliis pre omnib⁹ occupabatur: & ab omnibus masculus putabatur. Cū autem eius eleganti decore fratres aliquādo tētarentur: iussu abbatis sepe ratim cellulam petiit: & solā inclusa deo seruiens omni tempore mansit. Verum pater & sponsus euphrosynam ubiq; perquirentes: nec usquā inuenientes: nimia tristitia afflicti eam ut mortuam deflebant. Pater uero occupatus tristitia: sepius ad abbatem agabitum ueniebat & se suis orationibus cōmendabat. Ille uero cum fratribus deum exorabat: ut qui pannutio concesserat filiam: eandem sibi reuelaret uel defunctam. Sed cum abbas a domino se exaudiri minime conspexisset: & pannutius nullam consolationem recipere posset: perduxit abbas pannutium ad smaragdum inclusum: ut eius facundo colloquio consolaretur. Quem euphrosyna cognoscens: sed ab eo minime cognita: utpote habitu uirili uultu squalida & afflicta: patrem super amissione filie blandis adeo sermonibus consolatur: & sacris colloquiis exhortatur ꝙ quasi rediuiuus effectus ex mortuo eam frequenti⁹ uisitabat. Sicq; xxxviii. annis inclusa oibus incognita mansit. Post hec graui ualitudine pressa mortiq; proxima: patrem secreti⁹ aduocat: eiq; omnia sua occulta reserat: & ꝙ sit euphrosyna ipsius filia ueris indiciis manifestat. Omnibusq; derectis inter eius manus spiritum exhalauit. Quam pater amarissime deflēs: utpote sero cognitam: audita abbati & fratribus reuelauit. Dum corpus lauari deberet ueritas detegitur: & uirgo domini a fratribus cum lachrymis in monasterio sepelit̄. In cuius exequiis monachus monoculus corpus deosculans lumē accepit. Pannutius uero omnib⁹ uenditis pauperibus medium preciū: & aliud mediū monasterio cessit. Vbi & ipse monachus factus in sancto proposito decennio filie superuixit. Quieuit i christo uirgo sancta tertio idus februarii.

¶ De scis saturnio & sociis marib⁹. CXIIII

Saturninus presbyter: dauid: felix: apuleus: & plures socii eorundem martyres: apud aphricam passi sunt. Qui sub anolino proconsule per diuersa tormenta gloriosissime triumpharunt tertio idus februarii. Vt scribit ado.

¶ De sancto seuerino confessore. CXV.

Seuerinus confessor claruit tempore clodouei regis francorum. Hic abbas fuit monasterii agaunensis multorumq; miraculorū gloria celeberrimus efulsit. Nā prefatum clodoueum regē dudum ualidissimis febribus oppressum quem nullus medicorum curare potuerat: ab eo accersitus sua confestim oratione sanauit: & in ciuitate parisiensi multos languentes a diuersis infirmitatibus liberauit. Dum autem

rex eidē ꝓ beneficii uicissitudine multas pecunias obtulisset: nihil oīno recepit: nihilq; aliud pro munere petiit: nisi ut ī toto regno quicūq; in carceribus qualitercunq; detenti libere laxarentur: quod & factum est. Qui diebus aliquibus parisiꝰ residens: postquā obitum suum angelo nunciante cognouit: egressus ex urbe ad montē qui castrum nauonis dicit̄ ꝑperauit. Ibiq; in oratorio quodā inter manus sacerdotum domino seruientiū expirauit. Admirabili luce instar stelle ī eiꝰ transitu ecclesia circumfusa: ibiq; sepultus est. 2. idꝰ febr̄.

¶ De sancto iuliano hospitatore confessore. CXVI

IVlianus confessor qui a transeuntibus ꝓ bono hospitio inuocat̄: qui & hospitator bonus dicitur: utrūq; parentem ignoranter occidit. Cum eni existens iuuenis uenationi insistens ceruum insequeret̄: ceruus conuersus ei miraculose locutus predixit: ꝙ patrem suum & matrem suam occidere debebat. Quod iuuenis audiens timuit: & ne sibi ꝓphetata ꝯtingerēt ad regionem longe remotam latenter abscessit: ubi cuidam principi adhesit: & tam strenue secum se habuit: ꝙ principem militie eum fecit: & quandam castellanam uiduam in cōiugem ei tradidit: & castellum pro dote accepit. Interea parentes iuliani ꝓ amissiōe filii uagantes eū ubiq; solicite requirebāt. Tandē ad castrū cui filius preerat deuenerunt. Casuq; iulianꝰ abscesserat. Quos cū uxor iuliani uidisset: & qnam essent inquisisset: & illi cuncta que de filio contigerant enarrassent: intellexit ꝙ uiri sui parētes erant: utpote que hec a uiro frequenter audierat. Ipsos igitur benigne suscepit: & ꝓ amore uiri sui lectum eis dimisit: & ipsa sibi alibi cubile preparauit. Factoq; mane summo diluculo castellana ad ecclesiam perrexit. Iulianus rediens thalamū suū uxorem excitaturus intrauit. Et inueniens duos pariter dormiētes: uxorem cum adultero suspicatus: extracto gladio ambos pariter iugulauit. Exiens autem domū obuiauit uxori ab ecclesia redeunti: & admirans interrogauit: qui nam essent illi: qui ī suo lecto dormirent: que respondit parentes suos esse: qui ipsum dudum quesierant: quos honorifice susceptos ī suo thalamo collocauerat. Ille hoc audiens effectus exanimis amarissime flebat: & se miserum & patricidā exclamabat. Et dum coniugem uellet deserere pro penitentia peragenda: uxor omnino eum sequi proposuit: ut que fuerat secū participes letitie: fieret & doloris. Sicq; abeuntes iuxta fluuium ubi multi peribant: hospitale fecerunt: in quo omnes pauperes hospitio recipiebant: & penitentiam peragebant: omnesq; inde itinerantes iulianus transuadabat. Post multum temporis media nocte cum esset grauissimum gelu: audiuit iulianus uocem lugubrem: ut se traduceret inuocantem. Qui concitus surrexit: & pauperem frigore deficientem transuexit: & accenso igne in domo sua calefacere fecit. Sed cum calefieri non posset: ipsum in lectulum suū portauit: & diligenter operuit. Post modicā horam qui infirmus & quasi leprosus apparuerat: splendidus ad ethera conscendit: & uale faciēs hospiti suo: dixit ꝙ ipm ad eū deꝰ miserat: & peccatū suū sibi dimissū ꝑpter hospitalitatem nunciabat. Sicq; ille disparuit. Et iulianus cum uxore post modicum plenus sanctis operibus uitam finiuit. 2. idus februarii. Et quia fuit pauperum peregrinorꝫ susceptor: inde a uiatoribus pro bono inuocatus hospitio dicitur iulianus cognomine hospitator.

¶ De quadragesima. CXVII

QVadragesima incipitur a dominica qua cantatur Inuocauit me ꝛc̄ & significat tempus afflictionis: ubi ecclesia que tot tribulationibus clamauerat Circūdederunt me ꝛc̄. Et postmodum inuocandum adiutorium respirauerat dicens. Exurge domine ꝛc̄. Esto mihi ī deum protectorem ꝛc̄. Nunc se exauditam ostendit dicens Inuocauit me ꝛc̄. ¶ Notandum autē: ꝙ quadragesima quādoq; dicit̄ habere quadragintasex dies: quādoq; quadragintaduos: quandoq; quadraginta: quandoq; uero tantum triginta sex secundū diuersos respectus. ¶ Dicitur autem esse quadragintasex dierum omnibus ipsius diebus computatis incipiēdo uidelicet a feria quarta cinerum: & procedendo usq; ad diem pasche omnibus diebus tam dominicis q̄ feriis computatis. Quāuis enim diebꝰ dominicis non ieiunemus: tamen a carnibus abstinemus. Ratio autem huius obseruātie est: quia licet secūdū theologos corpus humanum quadragita diebus formetur: tamē ſm philosophos quod uerius reputatur: hominis corpus quadragintaquinq; diebus organizatur: & perficitur: & quadragesimo sexto die anima corpori infunditur. Ideoq; q̄dragintasex diebus abstinemꝰ: ut sicut aīa corpori infusa ex carnis ꝯmixtione. xlvi. die maculatur: sic in carnis afflictione. xlvi. diebus a macula expietur. ¶ Vel ut hō tot diebus deo ꝑsoluat abstinētie debitū: quot ab eius elementia se nouit esse perfectū. ¶ Dicitur etiam quadragesima fore. xlii. dierꝫ incipiendo a prima dominica a qua munda quadragesima incohat̄: & numerādo omnes dies usq; ad resurrectionē tam dominicos q̄

ferială. Cuius obseruātie ratio est. Quoniā
mattheus quadragintaduas generationes ab
abraham usq; ad xp̄m posuit: ex quibus xp̄s
secundum carnē descendit. Quoto ergo nu-
mero ad nos descendit per carnis generatio-
nem toto ad eum ascendere debem⁹ per car
nis macerationē. Et hec est ratio ambrosii.
¶ Vel quia sicut filii israel ad terrā promis-
sionis pgentes .xlii. māsionibus per desertū
factis ad ipsam terram deuenerūt. Sic & nos
ad patriam eterne pmissionis festinātes .xlii
diebus per huius mundi eremū ieiuniis affli
cti ad eandē patriam deuenire oportet: &
hec ē ratio augustini. ¶ Dicitur insup qua-
dragesima .xl. dierum incipiendo a die cine
rum usq; ad pascha solis diebus ferialibus
cōputatis & dominicis in quibus non ieiuna-
mus deductis. Cuius obseruantie ratio est:
quia ut dicit augustinus. Ad hoc ut hēamus
qnquagenariū quadragēario denarius adii
ciē dus est. Quia ad hoc ut ueniam⁹ ad eter
nam requiē: oportet nos p̄ntis uite tempo-
re laborare: Vnde dominus post resurrectio
nem .xl. diebus cum discipulis mansit & po
stea .x. die spiritū eis paclitum misit. ¶ Vel
ut dicit gregorius. Cur ī abstinētia quadra-
genarius numerus custodit: nisi quia uirtus
decalogi per libros quattuor scī euangelii ī
pletur. In hoc etiam mortali corpe ex quat-
tuor elemētis subsistimus: & p uoluptates
eiusdem corporis decalogi preceptis cōtra
imus. Quia ergo p carnis desideria deca-
logi mandata cōtēpsimus: dignū est ut eandē
carnem quater decies affligamus. ¶ Dicitur
preterea quadragesima esse .xxxvi. dierum
incipiēdo a prima dominica usq; ad pascha,
deductis diebus dominicis & solis feriis cō-
putatis. Cuius ratio ē ut dicit gregorius qa
dum per .365. dies annum ducimus .xxxvi.
diebus ieiunantes quasi anni nr̄i siue tēporis
decimas deo damus. Non solum enī deo de-
betur decime reꝝ sed etiā decīe dieꝝ. ¶ No-
tandū autem q̄ xp̄s postq̄ baptismū suscepit
stati suum ieiuniū incohauit. Quare aūt eo
tempore nr̄m ieiuniū non obseruam⁹ sed cū
pascha potius illud cōtinuam⁹: quadruplicē
rationē assignat ioānes beleth in sūma de of-
ficiis. ¶ Prima ē ut si uolum⁹ cū xp̄o resur-
gere quia pro nobis passus est & nos cū eo
cōpati debemus. ¶ Secūda cā est ut p hoc fi-
lios israel imitemur: qui eo tp̄e exierunt de
egypto & subsequēter eodē tēpore de baby
lonia Quod inde probaē: quoniā tā isti q̄ il
li statim egressi celebrauerūt pascha: Sic &
nos imitantes illos: hoc tp̄e ieiunamus ut de
egypto & babylonia .i. hoc mundo exeun-
tes in terrā hereditatis eterne ingredi merea
mur. ¶ Tertia est quoniam feruor libidinis
magis accēdit tp̄e ueris: ut ergo refrenem⁹
corpis estū hoc tp̄e maxie ieiūam⁹. ¶ Quar
ta ē qa stati post ieiuniū d̄bem⁹ eucharistiā
sumere. Sicut igitur filii israel priusq̄ agnū
comederent se affligebant: edentes latucas a
grestes & amaras. Ita nos debemus p peni-
tentiā prius affligi: ut digni ad esum agni ui
te puenire ualeamus: hec ioānes beleth ubi
supra.

¶ De scō agabo propheta. CXVIII.

Agabus ppheta ut abbas dorothe
us scribit unus fuit ex .72. disci-
pulis xp̄i. Hic natione antioche-
nus ut habeē actuū .xi. tp̄e apo-
stoloꝝ ex hierosolymis ātiochiā
ueniens: significabat p spiritum famē in uni
uerso orbe futurā: que facta ē sub claudio
cesare. Cui⁹ rei grā discipuli put quisq; ha-
bebat proposuerunt in ministerium mittere
habitantibus i iudea fratribus: quod & fece
runt mittētes & seniores p manus barnabe
& pauli. ¶ Hic etiā cū paulus esset cesaree
illuc superueniens tulit zonam pauli: & alli-
gans sibi pedes & manus dixit p spiritū san-
ctum: uiꝝ cui⁹ erat zona illa sic alligandū
per iudeos in hierusalē & tradendum in ma-
nus gentium: sicut & rei euentus probauit.
Sic ergo sub noui testamenti gratia iste p-
phetico spū claruit. Qui & antiochie i pace
quieuit idibus febr.

¶ De scīs fusca uirgie & maura mr̄i. CXIX

Fusca uirgo & maura nutrix eius
apud rauēnam martyrium passe
sunt sub preside qntiano. Hec no
bili patre eiusdem urbis nomine
syroi gentilitatis errore detēto p-
genita: cum esset annoꝝ .xv. desiderabat esse
xp̄iana. Quod cū maure nutrici sue secreto
reuelasset: & ipsa puelle cōsensisset imo etiā
ad xp̄i fidem transire disponeret: uenerunt
occulte noctu ad sanctū presbyterū hermo
laū: q eas baptismatis unda pfudit & de fide
diligenter instruxit. Que cū syroi pater ei⁹
didicisset: & filiā ab intentione xp̄iana reuo-
care nō posset: eam i carcere clausit: & cibū
omnē triduo denegauit. Quibus dieb⁹ syroi
missis ad filiā matronis & coetaneis puellis
ut eā ad patris uolūtatē iflecterēt uirgini p-
suaderi fecit: sed nihil oino pfecit. Deide ipe
idē in carcerē psonaliter accessit: & fuscam
blandis sermonib⁹ demulcēs aium ei⁹ ī nul-
lo mutare pualuit. Quā īde postmodū edu
ctam gladio pimere uoluit: sed mater eius
se īterposuit sperans ex dilatione temporis
filiam ad patris uoluntatē blanditiis demul
cendam. Tunc ad sacrificandum diis suis pa
ter accessit: ut ipsi filie propositum commu
tarent. ¶ Post dies aliquot preses quintia-
nus rauennam īgressus hoc audiēs mādauit
fuscā & maurā cū parētib⁹ suis ad se uictos

adduci. Ministri uero uidentes eã orantẽ: & angelum dñi splendidũ iuxta eã stantẽ territi redierunt. Et dũ hec p̃sidi renũciarent: fusca & maura se spõte sibi p̃ntauerunt: & xpianas esse uiua uoce ꝓnunciarũt. Dũ aũt preses syroi tentũ interrogasset: cur filiã xpianam fieri pmisisset: Illeq̧ e cõtra se excusans oia gesta per ordinẽ retulisset: quintian⁹ quidem syroi dimisit: fuscã uero xpm ꝯfitẽtẽ & idola ꝯfutantẽ flagellari mandauit. Deinde in carcerem una cũ maura trudi fecit. Et dũ in fide imobiliter perseuerarent: iussit eas p̃ses ex urbe educi: ibiq̧ illas gladio transuerberari. Cum autẽ ad locũ certaminis adducte fuissent: fusca oratione fusa ad dñm: ut susciperet aĩas eaꝝ in pace: uoce celica confortatur: deĩde a spiculatore gladio p latera trãsfixa necatur. Maura uero nutrix eius tenens corpus uirginis cũ lachrymis rogauit carnifices: ut eam simili passione transfoderent quod & factũ est. Quaꝝ corpora naute qdã xpiani noctu rapientes ad prouinciã tripolitanam ciuitatẽ sabratã ea deduxerunt: & ibidem honorifice cõdiderunt. ¶ Trãsactis uero multis ãnoꝝ curriculis ciuitate illa a paganis depopulata: uitalis quidã uenetus diuinitus ad urbẽ ipsam desertam nauigauit: & corpus scẽ fusce inde sublatum ad ꝓuinciã uenetie transtulit: & in ciuitate torcellensi cum honore collocauit: ubi & ecclesia eius nomini fabricata est. Passa est aũt uirgo xpi cum eius nutrice idibus februarii.

¶ De scõ stephano abbate. CXX

STephanus abbas ordinis grandimonteñ fundator claruit anno dñi. 1081. Hic de aluernia natus nobilissimi cuiusdã stephani filius in annis puerilibus ab eodem beneuentum deduct⁹ scõq̧ milom archiep̃o traditus ãnis. 12. sub ipso doct⁹ & educat⁹ ẽ. A quo postmodũ discedens uitãq̧ anachoriticã ducere cupiens: multis eremis pagratis ut locũ qetis inueniret: tandẽ deuenit aquitaniã ꝑpe ciuitatẽ lemouiceñ: montẽq̧ nemorosum & aspeꝝ qui dicit̃ muretus ꝯscẽdit: quẽ sibi locũ aptũ elegit: factoq̧ paruo tugurio monasticã uitã ducere cepit: pane solo & aqua refect⁹: lectulo ex tabulis tantũ absq̧ aliquib⁹ stramẽtis decũbens: uestes uiles & leues indnẽs: q̃s nullo calore minuebat: nullo frigore paugebat. Ibiq̧ ordinem incohauit plurib⁹ miraculis fulgens. Inter que dũ qdã miles peccatũ aliqd̃ ubi ꝯfessus eẽt: a quo nullatenus desistere uolebat: imo etiã ne crimẽ desereret: si forte ꝑ se scũs oraret ualde dubitabat: abbatẽ rogauit istãter: ne ꝑ se p̃ces ad deũ ullas effunderet. Pro eo tñ stephan⁹ orauit: & anteq̃ inde recederet: militẽ a peccato uolũtarie subtraxit. ¶ Cũ qdã diues ei uictualia sepe deferret: quadaz die cibaria portans: a p̃donibus in itinere capitur & spoliat̃. Quod scũs dei per spiritũ intelligens: ꝓ uiro xpm orauit. Et ecce nocte uir ille liber dimittitur: & cũ furibus diuinitus uinculatis mane uictualia deferens ante monasterii ianuas reperit̃. Predonesq̧ uiso miraculo conuertunt̃: & imposita eis p abbatẽ penitẽtia relaxant̃. ¶ Ipse obitũ suũ sibi reuelatum a deo lõge ante p̃dixit: & anno etatis sue. 80. sanctitate mirificus in pace quieuit idib⁹ febr̃. Cum aũt fratres ei⁹ obitũ occultarent: ut pacifice sine populoꝝ cõcursu corp⁹ sepelire possent. Adest subito p̃sbr̃ ciuitatis & populi multitudo eius obitũ cognouisse clamãtes: & ei⁹ sepulture interesse supplicãtes. Et interrogati quõ ei⁹ transitũ didicissent. Rñderunt: q̧ puer quidã nuper migrauerat: q biduo ante loquelã amiserat sed dũ ad ultimã deuenisset horam locutus fuerat dicens: q̧ scalam lucidissimã uiderat cuius cacumen celum & infima pars montẽ muretũ tenebat: p quã donnũ stephanũ cõscẽdisse ꝯspexerat: cũ quo & ipm statim abire oportebat. Et his dictis ꝯtinuo expirauerat. Sicq̧ popul⁹ eius interfuerũt exequiis. Sepultusq̧ ẽ in monasterio ipso. ¶ Post aliquot annos sub abbate petro ei⁹ successore mõachi diuina reuelatiõe mõtis: cenobiũ & ordinẽ ad grãdimõtẽ trãstulerũt: a quo & ordinis uocabulũ assumpserunt: ubi & nouũ monasterium ꝯstruentes corp⁹ sci stephani detulerunt: ubi & iacet signis coruscans.

¶ De scõ stephano alio abbate. CXXI

STephanus ali⁹ abbas mõasterii iuxta reatine ciuitatis menia constituti pater fuit tẽpore gregorii pape primi. De quo idez doctor scribit: q̧ fuit uir ualde sanct⁹ patientie singularis. Cui⁹ lingua licet esset rustica: docta erat eius uita. Hic pro amore celestis patrie cuncta despexerat: tumult⁹ hominum deuitabat: crebris orationibus intẽtus erat: in quo uirtus patientie in tantũ excreuerat: ut eum sibi amicum crederet: qui sibi molestiam irrogasset. Reddebat in contumeliis gratias: siquid sibi damni fuisset illatum: hoc maximũ lucrum putabat. Hunc cum dies mortis egredi de corpore urgeret conuenerunt multi: ut tam sancte anime de mundo recedenti suas animas cõmendarent Quorum alii circa eius lectulum consistentes corporeis oculis angelos ingredientes uiderunt: sed dicere quicquã non potuerũt: alii omnino nil uiderunt. Et hi ergo qui uiderant: & qui nil penitus conspexerant: uno omnes timore percussi fugierunt: nullusq̧ illic assistere eo moriente potuit: ut palã daretur intelligi: que illa egrediens scã anima

suſciperet: cuius egreſſum nemo mortaliū ferre potuiſſet. Hec gregorius.

¶ De ſcō ualētino epō & mare. CXXII.

Valentin⁹ eps ichtyrañ i urbe roma martyriū paſſus eſt. Nam cū craton qdā ciuiſ athenieñ orator ꝓſpicuus grece & latine ligue peritus. Rome clar⁹ haberet: treſq; haberet diſcipulos ꝯciues nobiles athenieñ ſcilicet ꝓculum phebū & apolloniū ſecū in urbe perorantes: ꝯtigit filiū ei⁹ ceremoné tāta egritudine ꝑ triénium detineri: ut incuruatus dorſo caput circa genua deflexū teneret: & niſi potraret ab alus ſe oino mouere non poſſet. Cum auté nullus medicoꝝ eidē ſubuenire potuiſſet: extitit qdam tribunus frōtonius: q germaná ſuam alſuit per quendā ualentinū ichtyrañ epm a ſimili paſſione liberatá. Qué craton per quoſdá nobiles amicos ſuos ad ſe romá accerſuit: & ut filiū ſuum ſanaret ſicut & germaná tribuni ſanauerat inſtantius ſupplicauit. Promittens ei dimidiū ſuaꝝ facultatum: ſi filium ſuū redderet ſibi ſanum. Scūs uero ei⁹ diuitias contépſit: ſed pauperib⁹ dandas pſuaſit: nihilq; aliud ab eo petiit: niſi ut in xp̄m crederet: & filius eius ſaluté pciperet. Qui dum ſe cū omni familia & tribus eius diſcipulis fidé xp̄i pcepturos ꝓmitteret: ſi filium eius curaret ingreſſus ualentinus cum filio cratonis cubiculū: tota nocte in oratione pſeuerauit. Et circa mediam nocté ſubito lux maxima i cubiculo effulſit: & ceremó ſanatus cum epo pſallere cepit. Et facto máe ualentinus puerum patri erectū reſtituit atq; cratoné cum uxore & filio & omni eius familia: nec non proculum pbebum & apollonium baptizauit. & in fide diligenter iſtruxit. Ceremó aūt diſcipulus eius effectus epm predicátem ſequebatur. ¶ Cum aūt prefati cratonis diſcipuli xp̄m predicando multos conuerterent: & ualentinus eps plurima miraculoꝝ ſigna faceret: ſenatores romani iuidia accēſi eo q propter iſtos multi deoꝝ cultū deſerebát: ualentinū epm detineri fecerūt: & uirgis ceſum eo q ſacrificare nollet placido urbis ꝑfecto tradiderunt. Qui ipſum in arta cuſtodia recluſit: & media nocte populū timens illum in ipſo carcere decollari fecit. Cuius corpus ✠ procul⁹ ✠ phebus ✠ & apollonius noctu rapuerunt: & ad ciuitaté ichtyrañ deferentes in ſuburbaio ciuitatis honeſte ſepulture tradiderunt: ubi cū in dei laudibus iugiter perſiſterent tenti a gentilibus traditi ſunt lieentio cōſulari. Qui ſciens eos a multis populoꝝ inſignibus dilectos: noctis medio iuſſit eos ſibi preſentari: & imolare diis recuſantes capitali ſnia clandeſtine puniri. Statimq; de ciuitate illa diſceſſit: & quo abiret nemini reuelauit. Quorum corpora a quodá abūdio preſbytero iuxta corpus ſancti ualentini tumulata fuerūt. Paſſio horum recolitur. xvi. cal. martii.

¶ De ſcō ualētino pſbytero & mře. CXXIII

Valentin⁹ pſbyter & mř. Rōe paſſus eſt ſub claudio imperatore. Qué imperator de xp̄ianitate accuſatū teneri fecit i uinculis duobus diebus. Deinde ſibi i amphitheatro preſentatum interrogauit: cur deos non adoraret. Sanctus uero xp̄i fidem ꝯſtanter multis rationibus uerilſimá cōprobauit & omnes deos gentium ꝯfutauit: in tantū ut imperator ipſum de ſapiétia ꝯmendaret. Verum dum calphurnius prefectus aſſiſtens claudio diceret imperatorem ſeductum: timens imperator populi aſtantis confuſioné animo imutatus ualentinum tradidit aſterio principi: ut eum in domum ſuam adductū patienter tractaret: & ipſum ad deoꝝ ſacrificia ſuaderet. Cum autem ſanct⁹ domū pricipis introiſſet: & xp̄m lumé uerum inuocaſſet: ut domū aſterii illuminaret: dixit ei aſterius: q quia xp̄m lumé appellauerat ſi filiá eius adoptiuam cecam illuminare in chriſti nomine poſſet: ipſe cū omni ei⁹ familia xp̄o crederet. Sanctus auté preſbyter oratióe facta puellam illuminauit & aſterium cum oi domo ſua & filia conuertit & baptizauit. Que cum audiſſet claudius iuſſit ✠ aſteriū & puellam atq; omnem eius familiam teneri: ipſoſq; cūctos ad ciuitatem oſtiaꝫ miſſos per diuerſa tormenta uita preſente priuari. Sanctum uero ualentinum iuſſit fuſtibus cedi: & confitentem chriſtū uia flaminia adductum capite truncari. Cuius corpus a quadam matrona ſauinella collectum in eodeꝫ loco ſepultum eſt. xvi. cal. martii.

¶ De ſanctis baſſo & antonino & ſociis martyribus. CXXIIII

Baſſus: antoninus: protolicus: tyrion preſbyter: moyſes: baſſian⁹ agathon: dionyſius & amonius apud alexandriá paſſi ſunt. Quorum baſſus: antoninus & protolicus pro chriſti nominis cōfeſſione in mare demerſi ſunt. Tyrion uero preſbyter: moyſes baſſianus & agathon igne combuſti fuerunt. Dionyſius autem & amoniuſ gladio cedente paſſionem conſumauerunt. xvi. calen. martii. Hec hyeronimus in martylogio.

¶ De ſancto ſiſinnio epoſcopo. CXXV.

Siſinni⁹ epiſcopus thauſineñ que ciuitas eſt prope epheſum & uocatur thaus apud ipſam urbem claruit. Hic eutityo & eutitya nobilib⁹ pentibus ſmyrne ciuitatis ortus eſt. quorum precibus a deo obtentus

est: cum prius prole carerent: & gratia suscipiende sobolis ecclesiam bti ioannis euãgeliste apud ephesum sepius cũ oblatiõib⁹ uisitarent. Qui dum infans adhuc ubera matris lamberet: quarta sexta feria & sabbato semel tantũ in die mãmillas suggebat. Cu3 aũt esset annoꝝ octo a patre liberalibus disciplinis imbuendus traditur: & in eis breui tempore perfect⁹ erudit. ¶ Die q̃dã missus a p̃re ut blada subiectis sibi gẽtib⁹ dispensaret: totum triticũ pauperibus errogauit: qđ pater audiens moleste tulit: ad suggestionẽ tamen filii ad horrea que prius ille uacuauerat ꝓcessit: & ea omia decoro & nouo frumento repleta diuinitus inuenit. ¶ Mortuo uero ẽpo tausineñ theodorus ẽps ephesinus metropolitanus ipsius diuina reuelatione eidem ciuitati sisinnium licet satis recusantem cum adhuc esset annoꝝ uiginti in episcopu3 ꝑfecit. Qui gregem dominicũ sibi cõmissu3 uerbis & exemplis solicite pascere curauit. ¶ Cum quidam leontius p̃sbyter per annos octo loquelã amisisset: sisinnius ei in christi nomĩe mãdauit: ut die natalis dñi tunc de ꝓximo futuro missam populo celebraret: qđ & ille adimpleuit: loquela sibi exinde plenius restituta. ¶ Post hec sisinnius filium mulieris uidue ab annis .xiiii. maligno uexatu3 spiritu: post triduanum ieiunium & orationem ac uigilias tribus diebus in ecclesia cebratas a demonio liberauit. ¶ Sed dum per annos .54. ecclesiã suam feliciter gubernasset die quadam hora sexta eo celebrante audita est uox de celis eum ad celestia uocans Qui omni clero & populo conuocato: & in domino ꝯfortato: ea die qua postmodũ decessit se ad dñm migraturum predixit: & ut predixerat: sic euenit. Quieuit nãq3 in pace 16. calen. martii. Cuius corpus in ecclesia sãcti ioannis euãgeliste apud ephesum prout ipse iusserat delatum: ibiq3 condigna ueneratione tumulatum seruatur.

De scõ cratone martyre. CXXVI

CRaton martyr ciuis atheniensis orator insignis rome passus est. Cuius cum filium ceremonem contractum sanctus ualentinus episcopus sanasset: ut dictum est in eius passione .16. calen. martii: conuersus est ad christum craton cum filio & omni familia sua: & ab eodem episcopo baptizati sunt. Postq̃ uero ualentinus episcopus passus est. Craton etiam a senatu romano ex inuidia detentus & eorum sententia decollat⁹ est. ✝ Cuius corpus ceremon filius sepeliuit in predio suo .15. calen. martii. Qui post patris martyrium in sanctis operibus christo deseruiens: & ipse post tempus aliquod laudabiliter ex hac uita decessit.

¶ De scis faustino & iouita mar. CXXVII

FAustinus & iouita martyres apđ ciuitatem brixie passi sũt sub hadriano imperatore. Quorũ prior in presbyterum: secundus uero in diaconum in ciuitate mediolanesi a sancto apollonio episcopo ordinati: apud brixiam christum dñm predicabãt. Quos imperator hadrianus ipsam urbem ingressus comprehendi fecit: & sacrificare nolentes in equuleo leuari & torqueri iussit. Qui cũ ex equuleo soluti ante capitoliũ starent illesi: unus de ministris noĩe calocerus conuersus est: & magnum deũ christianoꝝ clamare cepit. Quẽ hadrianus extra capitolium eiici fecit: faustinũ uero & iouitã in ergastulo cõcludi. Ad quos uisendos xp̃s nocte ueniens cũ luce nimia ꝯfortauit eos. Cũq3 hec custodes carceris calocero nũciassent uenit ille ad hostiu3 carceris: & uisionem uidit: atq3 a dño exhortationẽ accepit: ipse uero custodibus fidem xp̃i predicauit: & eos ipsa nocte conuertit. Et cũ a sanctis martyribus omnes stantes ante ianuam carceris baptismum expeterẽt: angelus dñi eduxit scõs ianuis clausis: q calocerꝰ cũ militibus ad sanctum apollonium adduxerunt. Illeq3 ipsos baptizauit hora q̃si .12. Et cũ altare nõ haberent: in quo dominicũ corpus ꝯficerẽt: subito apparuit quasi linteamen niueũ extensu3 habẽs corp⁹ dñi inuolutum cum quattuor luminaribus accensis. Sicq3 omnes sacram eucharistiam sumpserunt. Deinde ab angelo confortati sunt. Qui & sanctos martyres in carcerẽ reduxit: & cum eis calocerum & eius milites clausis ianuis & signatis intromisit. Mane autem facto cum hec hadrian⁹ uidisset: & quia calocerus cum eius officio intra carcerẽ clausis ianuis introisset. Irat⁹ omnes milites illos ante se adduci precepit: & eos omnes christum confitentes decollari mandauit. Calocerum uero faustinum & iouitam secum uinctos mediolanum adduxit. Quos sacrificare nolentes in equuleo leuatos diu mandauit torqueri: deinde lampades ardentes eorum lateribus apponi: & post hec stupa resina & oleo adhibitis ignem copiosum subter eos accendi. Orantibus autem sanctis: ignis ad statuas deorum que capiti imperatoris supereminebant: prosiluit: & eas incendit. Imperator uero fugiens sanctos dei pedibus ad posteriora taurorum ferocium ligari fecit: & in silua dimitti: ut tracti post eos discerperent. Tauri uero in silua uti agni ad presepe steterunt. Angeli uero martyres exoluerunt: & eos tauris cum omni mansuetudine insequẽtibus ad ciuitatem reduxerunt. Venientesq3 ad palatium coram imperatore steterunt

flessi: tauri uero omnes sibi obuios cornib⁹ uulnerabant: & ad scōꝶ pedes humiliter ꝓcūbebant. Cūq; hec hadrianus arti magice deputaret uoluit eos abinuicē separe. Et calocerū quidē anthocho presidi tradidit puniēdum: faustinū uero & iouitā carceratos suo iudicio reseruauit. Antiochus autē cum alpes cotias eēt transiturus calocerū ante se p̄misit custodie traditū. Custodes uero calocerū ad ciuitatē asteñ adductū carceri tradiderunt: expectantes aduentum antiochi. Interea imperator cum sibi antiochus necessarius esset misit prefectū sapritiū ad ciuitatē asteñ: ꝯmittens eidem ut calocerū diris tormentis cruciaret: antiochum uero secū detinuit. Calocerus uero in ciuitate asteñ carceri mancipatus: Scdm militē conuertit: & eū ad faustinum & iouitā baptizādū mediolañ trāsmisit: ut dicet̄ in passione scdi. 3. cal. aprilis. ¶ Dū autē mediolanū uenisset angelus dñi faustinū & iouitam de carcere ad secūdū extra ciuitatem eduxit: a quib⁹ baptisma nube quadam aquam prebente suscepit. Et ecce colūba de celo uenit & sacrā hostiā deferens martyrib⁹ tribuit. Faustinus uero scdm cōicauit: & residuum eucharistie ei dedit: ut ad martianū deferret q apud tridonā iunctus detinebat̄: ut in eius passione dicet̄ 2. noñ martii. Quo abeūte angelus dñi martyres ad carcerem reduxit. Posthec hadrianus brixiā redit & martyres xp̄i secū reduxit: quos sacrificare nolentes capitali sentētia dānauit. Quoꝶ corpa brixie a xp̄ianis sepulta sunt. xv. cal. martii. Calocerus uero post hec sub sapritio pro cōsule in ciuitate asteñ martyrium ꝯsumauit: ut suo loco dicetur. xiiii. cal. aprilis.

¶ De scō fausto mōacho & ꝯfess. CXXVIII

FAustus monachus bti benedicti discipulus fuit. Qui eiusdē beati patris uitā ꝯscripsit. A quo cum scō mauro abbate ad gallias missus eidē mauro exinde semp adhesit: & ipsius uite ac sanctitatis imitator effectus hortantib⁹ eum fratrib⁹ suis suos act⁹ & gesta memorie tradidit: & in andegaueñ monasterio laudabilē uitā duxit: & post magr̄i trāsitum ad cassineñ monasteriū redut: ubi & in pace in xp̄o qeuit. xv. cal. martii.

¶ De ieiuniis quattuor rēporum. CXXIX.

IEiunia quattuor tēpm a calixto papa īstituta sūt. Circa que tria uidenda occurūt. s. quare ieiunamus quattuor āni temporibus: quare illis mēsibus. s. martio: iunio: septēbri: & decembri: & nō aliis: & quare tribus ī septimana diebus. s. feria. 4. 6. & sabbato. ¶ Primo igit̄ uidēdū est quare q̄ttuor anni tēporib⁹ ieiunam⁹. s. in uere: estate: autumno: & hyeme. Cuius q̄ttuor assignant̄ rationes. ¶ Prima ratio sumit̄ ex pte ipsoꝶ q̄ttuor tēpoꝶ āni. Quoniā uer est calidum & humidū. Estas calida & sicca. Autumnus frigidus & siccus. Hyems frigida & humida. Ieiunam⁹ igitur in uere ut noxium humorem luxurie tēpemus. In estate ut noxium calorē auaritie extinguamus. In autūno ut castigemus ariditatē supbie. In hyeme ut refrenemus frigiditatē accidie. ¶ Secunda ratio sumitur ex pte q̄ttuor cōplexionum: quoniā in uere augmētatur sanguis: i estate cholera: in autumno melācholia: & in hyeme phlegma. Ieiunam⁹ igit̄ in uere ut in nobis debilitet̄ sanguis ꝯcupiscētie & iepte letitie. Sanguineus eni ē libidinosus & let⁹. In estate ut debilitet̄ cholera iracūdie & fallacie. Cholericus eni est iracundus & uersutus. In autumno ut debilitet̄ melācholia cupiditatis & tristitie. Melancholic⁹ enim ē naturaliter cupidus & tristis. In hyeme ut debilitet̄ phlegma hebetudīs & pigritie. Nam phlegmaticus ē hebes & piger. ¶ Tertia ratio sumit̄ ex parte q̄ttuor elemētoꝶ. Quoniam uer cōpatur aeri. Estas igni. Autūn⁹ terre. Hyemes aque. Ieiunamus ergo in uere ut in nobis edometur aer elationis & supbie. In estate ut edomet̄ ignis cupiditatis & auaritie. In autumno ut edomet̄ terra frigiditatis & ignorantie. In hyeme ut edometur aqua leuitatis & īcōstantie. ¶ Quarta ratio sumitur ex pte q̄ttuor etatum. Quoniā uer refertur ad pueritiam. Estas ad adolescentiam. Autumnus ad etatē uirilē. Hyems ad senectutē. Igitur ieiunamus in uere ut sim⁹ pueri per inocētiam. In estate ut efficiamur iuuenes per cōstantiā. In autumno ut efficiamur maturi p modestiam. In hyeme ut efficiamur senes per prudētiam & honestā uitā. ¶ Vel potius ut satisfaciam⁹ deo qcqd p illas etates aut p illas cōplexiones in q̄ttuor anni tēporibus uel ī quattuor elemētis eum offendimus. ¶ Quare autē in illis potī⁹ mēsibus q̄ in aliis ieiunamus duplex ratio assignat̄. ¶ Prima ratio ē ut iudeos imitemur qui quater in āno ieiunabant. s. ante pascha: ante pentecostē: ante scenephegiā. i. fixionē tabernaculi ī septēbri: & ante encenia. i. dedicationē tēpli in decembri. ¶ Secunda ratio est quoniā hec ieiunia fiunt: ī martio germinante terra ut in nobis uirtutū germina oriantur: in maio uel iunio qñ segetes colliguntur: ut nos māipulos bonoꝶ opum deo nostro reddamus. In septembre qñ uue uindemiantur: ut nos dīna charitate inebriari ualeamus. In decembre qñ herbe moriunt̄: ut nos uitia carnis mortificemus. ¶ Quare autem tribus diebus in hebdomada ieiunamus duplex similiter rō redditur. ¶ Primo

quia sicut homo cōstat ex q̄ttuor elementis
quantū ad corpus: & trib⁹ uirtutibus quātū
ad aiam uidelicet rōnali: ꝯcupiscibili: & ira-
scibili: sic p tres dies q̄ttuor anni tēporibus
ieiunamus: ut quicq̄d in carne uel aia deli
quim⁹: ideo per ieiuniū exoluamus: sicut q̄-
ternari⁹ ad corp⁹ ternarius uero ad animaꝫ
refert. ¶ Secūdo ut per hoc satisfaciamus i
die quicq̄d peccam⁹ in mense. Nam singulis
mensib⁹ tribus dieb⁹ ieiunamus. Et fiūt hec
ieiunia in quarta feria: q̄a dn̄s a iuda ea die
uenditus fuit. In sexta q̄a in cruce pependit.
In sabbato quia in sepulchro iacens discipu
lis tristitiam dereliquit. Hec ex sūma de offi
cio ioannis beleth: & ex dictis damascem &
guilelmi.

¶ De scō onesimo discipulo. CXXX

Onesim⁹ discipul⁹ apostoli pau
li seru⁹ fuit philemonis nobilis
colosceñ eiusdem apostoli fami-
liarissimi. Hic a dn̄o suo fugiēs
romā ad apostolū iam i carcere
detentū uenit: eiq; sedule ministrauit. Quē
paul⁹ ad xp̄m cōuertit & baptizauit. Et ad
dn̄m cū epistola que intulat̄ ad philemonē
xp̄ianum & correctū remisit. In qua episto
la paul⁹ philemonē rogat: ut onesimo deli-
ctum ignoscat: & ip̄m ut xp̄ianū & ꝯfratreꝫ
benigne suscipiat. Quem philemon aposto-
li intuitu manumisit: & ip̄m ad eū remisit.
Apostol⁹ uero ipsum ep̄m ephesi ordinauit.
Qui pacto p̄dicatiōis officio post passioneꝫ
pauli iteꝝ romā rediit: ubi & p fide xp̄i lapi
dat⁹ occubuit. Corpusq; ei⁹ inde ad locū ubi
fuerat ep̄s ꝯstitutus: delatū est. Qui passus ē
14. calē. martii: ut dicit ado.

¶ De scā iuliana uirgie & martyre. CXXXI

Iuliana uirgo & martyr passa ē i
ciuitate nicomedia tēpore maxi
miani impatoris. Hec aphricani
nobilis & gentilis filia ex eadem
urbe oriunda a b ānis ifantilibus
xp̄iana: tradita est i sponsā a p̄re euidā eleu
sio p̄fecto. Quā cū sponsus traducere uellet
& uirgo dn̄i sibi copulari nollet: nisi fieret
xp̄ianus: fecit eā pater suus expoliari & gra-
uiter cedi. Sicq; flagellatā tradidit prefecto
sponso eius. Ille ergo eā sibi p̄ntatā & dudū
exaiatam: cū diceret se nullatenus sibi copu
landā nisi fieret xp̄ianus: iratus iussit uirgi-
nem extēsam a q̄ttuor sibi inuicē succedenti
bus uirgis crudeliter cedi: deinde p sex ho-
ras capillis appendi: & post hoc plumbū li-
quefactū in caput ipsi⁹ perfundi. Quod cū
nihil sibi nocuisset: eā catenis ligauit: & i car
cerem reclusit. Ad quā uenit belial demon i
specie boni angeli: eiq; dixit: q̄ xp̄s ip̄m ad
eā misetat: ex cui⁹ sibi p̄te mādabat: ut diis
sacrificaret: ne in tormentis male deficeret.
Iuliana uero dubitans: cū lachrymis orauit
ut dn̄s sibi reuelaret: q̄s eēt q talia suaderet
Factaq; est uox ad eam: ut ip̄m app̄henderet
& quis esset cōfiteri cogeret. Que cū demo-
nem tenuisset: iterrogansq; q̄s esset: dixit ei:
q̄ belial demon erat: & q̄ p̄r su⁹ beelzabub
ip̄m ad eā decipiendā miserat: q & demones
facit grauiter flagellari quoties a xp̄ianis fu
erint effugati. Dixitq;: q̄ erant innumerabiles
demones: q a dicto beelzabuth ad oia mala
ꝑpetranda mittebant̄. Ipse multa scelera cō
mitti fecerat: & nunq̄ ab aliquo xp̄iano eo
modo detentus fuerat. Nam adā & euā fece-
rat i paradiso preuaricare: & abel a caim oc
cidi: & populū in deserto ad uitulum adorā
dum cōuerti: & tres pueros in caminū ignis
immitti: & hierusalē inflāmari: & alia multa
a pluris pessima opa ꝑpetrari. Tunc iuliana
manibus retrorsum ip̄m ligauit: & eū cate-
na qua uincta erat durissime uerberauit. Et
cū die sequenti iussu p̄fecti de carcere edu-
ceret̄: demonē post se trahebat ligatū. Qui
cū misericordiā eius peteret: ne amplius de
se ridiculū faceret: per totum foꝝ illum tra
xit: & tandē i latrinā quandam ꝓiecit. Et cū
ante prefectū ꝯsistens xp̄m ꝯfiteret̄: i quadā
rota extenditur: intantū ut oia ossa eius usq;
ad exitum medullaꝝ ꝯfringerent̄. Angelus
aūt dn̄i rotam cōminuens uirginē in momē-
to sanauit. Quo miraculo uiso. 130. gentiles
ꝓmiscui sex⁹ ad xp̄m cōuersi sunt: & in ꝯfes
sione nōis xp̄i decollati. Deinde in ollā plū-
bo liquefacto repletam iussu eleusii mittit̄:
sed plūbo uelut suaui balneo tepefacto uir
go illesa educit̄: qua educta plumbū ebuli-
ens ꝓsiliit: & 75. gentiles ex circūstantibus
interfecit. Tūc p̄ses gladio caput ei⁹ āputari
p̄cepit. Quā demon quē uerberauerat in sp̄e
iuuenis inseq cepit: & gētiles exhortari: ne si
bi pcerent que deos uitupauerat: & se nocte
p̄cedente grauiter flagellauerat. Et eū ipsū
uirgo respexisset: aufugit demon: dubitans
ne iteꝝ se cape uellet. Ducta est igit̄ extra ci
uitatem & orōne p̄missa decollata est. Cui⁹
corp⁹ sephonia senatrix accepit: & eū in na-
ui detulit: ut romā ueniens ip̄m ibidem sepe
liret. Sed orta tēpestate nauis in fines cāpa-
nie ad portum puteolanū impellit̄: & ibidē
uno miliario a mare corp⁹ uirginis sepelit̄.
Eleusius uero nō post multo tempore naui
gans maris tēpestate cum trigintaquattuor
uiris submersus est. Passa est autem uirgo
xp̄i. 14. calen. martii.

¶ De scō pollochōrnio ep̄o & mar. CXXXII

Pollochroni⁹ ep̄s & martyr apud
babyloniā ciuitatē passus ē sub
decio cesare. Qui cum aduersus
persas ꝯgressus eēt: & habita ui
ctoria multas ciuitates obnuis

fet: ueniens ad ciuitatē babylōie. Pollochronium episcopū xpianoꝝ teneri iussit cū presbyteris parmenio: elimate & chrysotello: & diaconib⁹ luca & murio: quos fecit duci ad sacrificandum: & sacrificare nolentes ac xpꝫ ꝯfitentes in custodiā reclusit multis diebus. Interiꝗ in ipsa urbe tēplum saturno edificauit. Et cū ad nouū tēplū epm cum eius clero duci fecisset: & ui sacrificia offerrēt instaret: & pollochroni⁹ neqꝫ sacrificare neqꝫ uerbum aliqđ decio respondere uellet: interrogauit decius pmeniū cur eps eoꝝ mutus effectus esset: qui respondit: ꝙ non obmutuerat: sed os sanctuꝫ inter stercora coiquinare nolebat. Propter qđ deci⁹ linguā parmenii precidi fecit: qui tamē ut prius expedite loquebatur. Tunc iratus deci⁹ iussit os pollochronii lapidib⁹ ꝯtūdi. Et dū cederetur emisit spiritū. Post hec decius ambulās in ciuitatē cordulam: parmeniū & socios secū uinctos adduxit: de quibus in eoꝝ passione agetur. x. cal. maii. Corp⁹ uero pollochronii ante templum dimisit. Quod duo reguli abdō & senen xpiani noctu colligentes ante muros babylonie tumularunt. xiii. cal. martii.

¶ De scō sauino epo. CXXXIII.

SAuin⁹ eps ciuitatis canusine claruit tpe totille regis gothorum. Qui inter cetera dona sibi a deo concessa: spū pphetico claruit. Quod totilla rex gothoꝝ audiēs minime credidit: sed probare studuit qđ audiuit. Cū enim in eisdē ptibus deuenisset: & a uiro dei inuitatus ad ei⁹ dexterā discubuisset: cū iam eps longo senio lumē oculorum amisisset: puer ex more eidē patri poculum prebuit: sed rex silenter manū extendēs calicem puero abstulit: eumqꝫ per seuice pueri epo porrexit. Tunc ille calicē accipiens: sed eū ministꝝ non uidens dixit: uiuat ista man⁹ uiuat talis minister. De quo rex let⁹ erubuit: quia quāuis dephensus eēt: in scō qđ querebat inuenit. Cū aūt sauin⁹ longo senio traheret: archidiaconus eius epatum ambiēs: uini fusoris ei⁹ aium pcio pcibusqꝫ corrupit ut mixtū uino sibi uenenum ppinaret. Qui refectiōis hora epo ueneni poculū obtulit: sed episcop⁹ eidē ut illud statim biberet impauit. Tremefact⁹ pincerna deprehēsum se sentiens maluit moriturus bibere: quā penas p tanta homicidii culpa tolerare. Cūqꝫ ad os sibi calicē posuisset: eps ꝯpescuit seqꝫ uenenum bibituꝝ obtulit: mādās ut ad illū q sibi dederat iret: eiqꝫ diceret ꝙ sauinus quidem uenenū biberet: sꝫ ipse minime eps eēt. Facto ergo signo crucis uenenū eps bibit: & illesus pmansit: eadēqꝫ hora archidiaconus eius alibi existēs subito defunct⁹ est: ac si p os epi ad archidiaconi uiscera mortiferꝫ trāfuisset. Quieuit i pace uir domini. xiii. cal. martii. Hec gregori⁹. iii. dial. c. v.

¶ De sanctis maxio & claudio & sociis martyribus. CXXXIIII

MAximus & claudius frēs caii pape & gabini presbyteri: & uxor claudii prepedigna & filii ei⁹ alexander & cutia pclarissimi genere ex urbe: agēte frē eoꝝ gabino presbytero a scō caio papa baptizati sunt. Ob hoc iussu diocletiani ipatoris tenti sunt a iudice iulio. Et maxim⁹ qdē capitalē sententiā accepit. Claudius uero cū ꝯiuge & filius in exilium deportati: deinde icendio cōcremati odoriferꝫ martyrii sacrificium dño reddiderunt. Quoꝝ corpa in mare apud ostiam iactata fuerūt. Sed eoꝝ reliquias xpiani requirentes cū corpe maximi iuxta muros ostie urbis sepelierunt. Qui passi sunt xii. cal. martii.

¶ De scō symeone epo & mare. CXXXV

SYmeon eps hierosolymitanus & mrē: propinquus saluatoris fm carnem extitisse dignoscitur ac filius cleophe q fuit frater ioseph iusti: ut dicit hieronym⁹. Hic ut 3. ecclesiastice historie habeť post iacobuꝫ frēm dñi hierosolymoꝝ pōtifex: sub psecutione traiani imparoris cū iam esset decrepitus accusatus est attico ꝯsulari tanquā xpianus. Qui ab eo tentus multisqꝫ suppliciis affectus tādē crucis patibulo appēsus martyrio consumatus ē oib⁹ q aderant etiā ipo iudice de ei⁹ patiētia admirantib⁹: & ꝙ. cxx. annoꝝ senex crucis patibulū ptulisset: q passus ē. 12. cal. martii.

¶ De scō gabio psbytero & mre. CXXXVI.

GAbin⁹ presbyter & martyr nobilis ciuis roman⁹ ex generē diocletiāi ipatoris & frater sci caii pape fuit. Hic liberalib⁹ studiis dum esset gētilis nō mediocriter eruditus: fact⁹ xpian⁹ & psbyter libros & tractatus ad fidei eruditionē plurimos cōpilabat. Hic germanos maximū & claudiū cum uxore claudii & filiis ad xpm ꝯuertit: & per manus caii pape baptizari fecit. Filiā quoqꝫ suam susannā uirginē pulcherrimam ab infantia xpianam sacris litteris erudiuit. Que cum ob eius nobilitatē & elegāntiam a maximo diocletiani filio in ꝯiugium peteretur: & puella ꝯsentire nollet: dicens se xpo dño desponsatam nō posse alicui uiro: & potissime idoloꝝ cultori matrimonio copulari: & gabinus presbyter ab imparore requisitus: eam ad hoc ꝯpellere nollet: in carcerē iussu augusti mittiť: ibiqꝫ fame & uinculis maceratur. Qui etiā post aliqđ tempus ibidem expirauit. Cui⁹ corp⁹ caius papa ger-

manus eius sepeliuit.xi.calen.martii.

De scis innũerabilib⁹ martyrib⁹. CXXXVII

INnumerabiles sci martyres quorum numerũ solius dei scia colligit apud tyrum ciuitatẽ passi sũt De qb⁹ octauo libro ecclesiastice historie scribit: q diuersi sexus & etatis ac ordinis ex egypto illuc aduenientes psecutione in xpianos iminente a paganis tenti sunt. Et ↄsitẽtes xpm primo qdẽ per oẽ corp⁹ flagris laniati: deinde i harena bestiis diuersoꝝ generꝝ traditi sũt. Cum aũt a feris minime lesi fuissent: aliiq gẽtiles rei mortis bestiis subiecti subito laceran essent Itēꝝ sci martyres feris exponunt: ut ex paganoꝝ morsibus incitate in scõs ferociores redderent. Et cũ nec sic in eos ꝑualuissent mutatis sup eos ferociorib⁹ aialibus oino itacti permanserũt. Quod dum pagani magice ascriberent: ad alias feritates feris immaniores se cõuertunt. Et alios quidẽ ex sãctis gladiis trucidarũt: alios flãmis incenderũt alios in mari necauerũt: alios capitib⁹ abscidetunt: nõ nullos etiá inedia ↄsumauerunt: quosdá uero rectos quosdã uero deorsum uerso uertice patibulis affixerunt: qui oẽs i ↄfessione ueritatis coronas passionis a dño pceperunt. Hoꝝ gloriosam multitudinẽ ad uictoriam incuabát beati ✝ tyrãnus ✝ siluanus ✝ philen⁹ ✝ atq linus epi ✝ nec nõ cenobius pſbyter: qui oẽs una secũ felici agone palmas adepti sunt. Nam tyrãnus & siluan⁹ epi bestiaꝝ morsibus interierũt: philenus & linus epi ignibus ↄsumpti: cenobius uero pſbyter cũ plurib⁹ aliis decollatus est. Horũ omnium passio recolit .1o.calen.martii.

¶ De scis.lxxix.martyribus. CXXXVIII

SEptuagintanouẽ martyres apud siciliam passi sunt. Qui sub diocletiano augusto per diuersa tormenta ↄfessiõis sue coronã a xpo sibi paratã percipere meruerũt 9.calen.martii. Hec hiero⁹ i martylogio.

¶ De sancto symmacho papa & confessore. CXXXIX

SYmmachus papa natione sard⁹ ex patre fortunato anastasio secundo pape in põtificatu romano successit: & sedit ãnos.15.menses.7.dies.28. In cuios electiõe tanta rome dissensio fuit: ut electo quodã laurẽtio una cũ symmacho: senatores laurentii partibus fauẽtes aduersus ceteros qui symmacho adherebant bellum inferrẽt: multaq cedes & homicidia facientes: pleros sacerdotum & clericoꝝ ac ciuiũ extinxerunt. Deniq ambo uno die ordinati sunt. Symmach⁹ qdẽ in ecclesia cõstantina: laurentius uero in ecclesia scẽ marie. Sed cũ neutra pars alteri cederet: cõdixerunt: ut lis incepta iudicio regis theodorici fineret. Qui rauẽne positus dũm legatos ptium audisset: decreuit: ut quem maior pars cleri & populi elegisset: ipse in sede apostolica resideret. Sicq symmach⁹ in quẽ maior pars ↄuenerat pontifex fact⁹: constituit laurentium epm in nicera ciuitate intuitu misericordie. In hac dissensione scissimus paschasius ecclesie romane diaconus pub⁹ fauebat laurentii bona fide. ¶ Hic symmachus ↄstituit: ut omni die dñico & in natalitus apostoloꝝ & scõꝝ precipuoꝝ Gloria in excelsis deo cantet. Et que sequũt post uerba angeli addidit i eodem hymno. Post paucos annos criminatur symmachus ex iudia per falsos testes: & occulte laurentius reuocatur: & iterato cler⁹ diuiditur quibusdã adherentibus symmacho nõ nullis aũt laurentio. Sed cõuocata synodo.215. epoꝝ expurgatur symmachus de crimine falso: & cum gloria restituitur. Laurenti⁹ uero depositus cũ suis cõdemnat. Post hec symmach⁹ i pace sedi apostolice presidens: scitate ↄspicu⁹ quieuit in pace.9.calẽ.martii. Sepultusq ẽ apud sanctum petrum miraculis coruscans.

¶ De cathedra sancti petri apostoli antiochie facta. CXL

CAthedra sancti petri apostoli ab ecclesia festiue celebratur: quia tunc beat⁹ petr⁹ apud antiochiã in cathedrali honore sublimat⁹ fuisse phibet. ¶ Huius aũt solẽnitatis institutio triplicẽ causam uidet habere.s. ꝓpter historiã: ꝓpter figuram: & ꝓpter prauam ↄsuetudinẽ abolendam. Prima causa est ꝓpter historiam. Cum eni beatus petrus ãtiochie predicaret theophil⁹ princeps illi⁹ ciuitatis eo q populum seduceret: apostolũ fecit in carcerẽ uinculari & fame dieb⁹ pluribus affligi. Qui iá pene deficiens xpm ne se deserat deprecat: & ab eodẽ celica uoce consortat. Audiens paulus de carceratione petri: ad theophilũ iuit: & se multaꝝ artium summũ opificem esse dixit: ꝓpter quod a principe rogatus in eius curia mansit. Et post dies tres ad petrum in carcerem latenter intrauit: & uidens eum pene consumptũ amarissime plorans eũ uncauit: & in ei⁹ ruens amplex⁹ ipm cibo refocillauit: & multis cõfortatum sermonib⁹ dimisit. Deinde paulus caute reperto tẽpore theophilo suggerebat: q ei⁹ gloriá petri uinculatione dehonestauerat: qui mendicus & pauper nil mali ppatrauerat: sibiq in multis ꝓdesse poterat. Et cum theophilus paulum interrogaret: in quo sibi petr⁹ ꝓdesse posset. Paulus tanq se alienũ fingens dixit: q audiuerat petrũ oẽs egros sanasse & mortuos suscitasse. Cũ hec theophilus ut deliramenta despiceret: ad

hoc tandē deuenit: ut si petrus filium suū .xiiij. annos ante defunctū suscitaret: ipse eū in pace dimitteret: & fidē ei⁹ cū omni populo suo susciperet. Ingressus ergo paulus ad petrū eidem narrauit: qualiter theophilo filiū suscitandū ꝓmisit. Educt⁹ ergo petr⁹ de carcere ad sepulchrū accessit: & cū orationē fudisset ꝯtinuo iuuenis resurrexit. Tūc theophil⁹ cū uniuerso populo credidit: & gloriosā ecclesiam ad nutum apostoli fabricauit. In cuius medio populi cathedrā locauerunt: & in ipsa petrū exaltauerunt. In qua sedit annis. vii. Deinde romā ueniens in cathedra romana p̄fuit ānis .xxv. Cum aūt petrus ex antiochia ad tēp⁹ discessisset. Simon magus illuc accessit: & predicās figmenta multa atq; signa fallacia ostendēs populū omnē a fidei ueritate ꝯuertit: & contra petrū ipm terribiliter ꝯcitauit. Petrus uero rediēs & p̄dicta reperiēs: Simonisq; fallacias detegēs: uexatos ab omni langore curauit: & oppressos a demonib⁹ liberauit. Sicq; populū ad ueritatē fidei reuocauit: & infra dies. vii. plusq̃ decez milia hominū baptizauit. Tuncq; populus nudis pedibus ad petrū accessit: agens penitētiam q; simoni mago ꝯsensit: & ipm una cū principe theophilo iterũ in cathedra sublimauit. Ideo ecclesia de ipsius prima cathedratione festum agit: q̃uis sēda qua rome sedit principalior fuerit ut dictū est supra in alia cathedra petri .xv. cal. februarii. ¶ Secūda rō est ꝓpter figurā. Nam petrus i triplici ecclesia exaltatus fuit .s. i ecclesia militantium: malignantiū & triūphantiū: & hoc s̄m triplicem festiuitatē quā de ipso ecclesia celebrat. Est enim exaltatus in ecclesia militantiū ei presidendo: & eā in fide laudabiliter regendo. Et hoc q̃tum ad p̄ntē solēnitatem que dicitur cathedra. qa tunc super ecclesiā antiochenā pontificatū accepit: & eā septēnio gubernauit. ¶ Est etiā exaltatus in ecclesia malignātium ipsam dissipādo & ad dūm ꝯuertēdo. Et hoc quātū ad s̄am festiuitatem que dicit̄ ad uincula: tunc eni malignātium iudeoꝝ ecclesiā dissipauit: & multos cōuertit. ¶ Extitit īsuper exaltatus in ecclesia triūphantium in ipam .s. feliciter itroeūdo & xp̄o domino ꝯregnando. Et hoc quātū ad tertiā festiuitatem que ē passionis ipi⁹: quia tūc in ecclesia triūphantiū introiuit. Celebrat̄ autē & festū eius ter in anno: ꝓpter priuilegiū: propter officiū: & beneficiuz. ¶ Propter priuilegiū qd̄ habuit triplex. Fuit .n. p̄ ceteris dignior auctoritate: quia claues regni celoꝝ accepit. Fuit & feruentior i amore: qa cū maiori feruore xp̄m dilexit quā alii apostoli. Fuit etiā efficacior i uirtute: qa ad umbrā petri sanabantur ifirmi. Ideoq; festū ei⁹ tertio celebratur. ¶ Propter officiū: qa officiū p̄lationis habuit sup uniuersam ecclesiā: que diffusa ē in asia: aphrica & europa: ideo ecclesia ter i anno celebrat festū ei⁹. ¶ Propter beneficiū qa absoluit nos a trib⁹ generib⁹ peccatorū scilicet cogitationis locutiōis & opationis: uel qd̄ homo facit ī deū: i proximū: & in se ipm. ¶ Tertia cā hui⁹ festi ē ꝓpter prauam ꝯsuetudinē tollendā. Cōsuetudo eīm fuit gētilib⁹ ut ait. Ioā. beleth singulis annis circa dies istos epulas offerre sup tumulos pētū suoꝝ: quas nocte demones ꝯsumebāt: ipi āt eas ab aīab⁹ circa sepulchra errantib⁹ quas umbras uocabant eas putabāt absumi. Que ꝯsuetudo epulaꝝ cū a xp̄ianis extirpari non posset: statuerūt scī patres festum cathedre scī petri tū de illa que fuit rome: tū de illa q̄ fuit antiochie: ut eo die quo talia p paganos fiebāt: in reuerētia demonū: eodē die xp̄iani charitatiue epularētur adiuicē i subsidium paupum: & honore principis apostolorum. Ideoq; tali die i aliqb⁹ locis celebrat̄ ꝯuiuia: & uocat̄ festum epulaꝝ scī petri .s. viii. cal. martii. hec ioā. beleth. ¶ Post cathedrationē aūt suam beatus apostolus scripsit duas epistolas que canoice nominat̄: quaꝝ sa ꝓpter stili dissonātiā a plerisq; nō illius fuisse narrat̄: marci euāgeliū dictasse dicit̄. hec hieronymus de uiris illustribus.

¶ De scō papia ep̄o hieropolitano: CXLI.

Papias hieropolitan⁹ ep̄s ioānis apostoli auditor policarpi quoq; ꝯdiscipulus & ꝯsodalis fuit. Hic ab eodē apostolo apud hieropolim p̄dicante: ordinatus ep̄s eiusdem ciuitatis: postquā gregi dñico plurib⁹ annis laudabiliter p̄fuit: beato fine i xp̄o quieuit. viii. cal. martii. Hic. v. libros de uerbis dñi ꝯposuit. hec hierōym⁹ d̄ illustrib⁹ uiris.

¶ De scō aristione discipulo. CXLII.

Aristion discipulus unus de .72. fuit: q bini ab eo missi sūt ad predicādum. De quo in passiōe barnabe apostoli mētio habet̄. Qui post pactū p̄dicatōis officium apud salaminā i cypro insula i domino requieuit. viii. cal. martii. ut dicit ado.

¶ De sancto abilio episcopo. CXLIII.

Abilius ep̄s alexādrin⁹ fuit. Qui post beatū marcū s̄s pōtifex ibidē ꝯstiuit⁹: siqdē post ipz marcū prim⁹ extiterat anianus: ānos xiii. eidē sedi p̄sidēs sacerdotiuz uita ꝯspicu⁹ ministrauit: & .viii. cal. martii i xp̄o quieuit. ut dicit ado.

¶ De sancto policarpo presbytero. CXLIIII.

Policarpus presbyter & ꝯfessor xp̄i tpe diocletiani & maximiani ipatoꝝ claruit. De quo in beati

sebastiani passione supra .15. calen. februarii mentio facta est: & dicet infra i passióe tyburtii .5. idus augusti. Hic una cú btó sebastiáo multos ad xp̄m ꝯuertit: & plurimos baptizauit. Ná cú btūs sebastianꝰ zoe uxori nicostrati primiscrinii: que dudú muta extiterat loquelam restituisset: & ipsam una cum uiro suo & familia: nec non tranquillinum & martiam parentes marci & marcelliani cóuertisset: ipsos oés policarpꝰ sacri fontis unda pfudit. Et cú nicostratꝰ a fratre suo claudio cómentariense obtinuisset: oés carceratos ad domú suam adduci: eos oés ad xp̄m per sebastianú cóuersos idem presbyter baptizauit. Cúq; eidem claudio nicostratꝰ retulit: qualiter uxori sue loquelam sebastianus recupasset: obtulit claudiꝰ sebastiano duos filios: quoꝝ unus hydropicꝰ: alter uulneribus obsessus erat: quos scūs sebastianus similiter sanos effecit. Claudium quoq; una cum ipsis cóuersos: policarpꝰ predictꝰ diuino fonte regenerauit. Deinde cú chromatiꝰ urbis prefectꝰ graui morbo languens decúberet: & tranquillinꝰ ad eú policarpú & sebastianum adduxisset: illeq; ab eis conuersus oia idola in domo sua existentia destrui permisisset: sanatus est mox chromatiꝰ cum tyburtio eius filio ad fidem xp̄i reductꝰ: quos policarpꝰ p̄sbyter cú familia sua qui erant ultra .1400. ꝑmiscui sexus similiter baptizauit. Post hec aút cú iussu diocletiani chromatiꝰ p̄fectꝰ in exiliú apud cápaniá cú multis xp̄ianis mitteret: policarpꝰ p̄sbyter sponte secú exilium subiit: ut xp̄ianos existentes ibidem exhortaret: ubi multo tépore fideliter deo seruiens: oronibꝰ & predicationi insistens: i pace uitá finiuit. 7. calé. martii.

¶ De scō gerardo epō & martyre. CXLV

Gerardus epūs & martyr uenetiarú ciuitate oriúdꝰ: a pueritia deo deuotus ecclesie sci marci canonicꝰ fuit. Sed ad uitá artioré anhelans religionis habitu suscepto: dum ad sepulchꝝ dñicum pgeret uisitandú: pannoniá deuenit: ubi a scō stephano xp̄ianissimo ungarie rege: qui eú seruum xp̄i esse cognouit retentus est: dimissisq; sociis cú quibus pergebat ibidem mansit. Et in quodam eremo qui bel uocatur p annos septé solitariam uitam duxit. Post hec a rege quáuis satis renitens ad episcopatú ꝓmotus est. Qui per ciuitates & castella pannonie circuiens uerbum domini predicabat. Sedem autem suam iuxta flumen morisiu fluminis statuit: quam & morisená appellauit. Vbi & ecclesiam sancti martyris georgii ꝯstruxit: i qua & altare dei genitricis erexit: ante quod argenteum thuribulum cum thymiamate perpetuo collocauit: & ibidem semper conseruari decreuit. Beatam enim dei genitricem deuotius coluit. Vnde & singulis sabbati diebus officium eius cum nouem lectionibus ibidem constituit celebrandum: quod usq; i presens seruatur. Episcopatú quoq; strenue gubernabat: sepius ad eremú aliquot diebꝰ diuertebat. Deinde ad sedem suam rediens officium sibi iniunctú administrabat: & iugiter predicationi uacabat. Defuncto ergo stephano rege successit ei rex petrus. Cuius regnú cú unus ex principibus inuasisset: & plurimos nobiles occidisset: uenit morisená ut ab episcopo gerardo die pasche coronaretur. Cuius coronationé nedum sanctus facere recusauit. sed nec ipsi interesse uoluit: quin potius eidem ut regni inuasori & proditori interfectionem ipsius post triennium futuram predixit. Quod ut predixerat euenit. Deinde post annos quinq; cum ad albaꝫ ciuitatem pergeret: hospitatus apud ecclesiam sancte sauine: martyrium suum in crastinum futurú prenunciauit. Sequenti die missarum solénniis celebratis cum esset iuxta flumen danubium ab infidelibus captus lapidari cepit. Dúq; lapides in ipsum iacti in aera penderent: lancea transuerberatꝰ cú pluribus aliis christianis gladio cesis ibidé occubuit: ubi & sepultus fuit. Sed ꝓcessu téporis inclytus rex andreas corpꝰ martyris tránstulit morisenam: ubi & miraculis claret. Passus est aút .7. calen. martii.

¶ De scō gerardo epō & ꝯfessore. CXLVI

Gerardus epūs leucorum sanctitate uite mirabilis extitit. Qui .15. anno henrici imparoris tertii miraculis clarés ad xp̄m migrauit. Et a leone papa chalcidonensi synodo quarta celebrata canonizatus fuit: & intra sanctorum confessorum numerum i ecclesia honorandꝰ censitus est: ut dicit frater uincentius in speculo.

¶ De scō sereno martyre. CXLVII

Serenus monachꝰ & martyr sub maximiano impatore apud syrmiú passus ē. Ná cú ipse sibi hortum excoleret: & unꝰ ex domesticis ipatoris amicꝰ intimꝰ eét: q̄dá die uxoré illiꝰ i horto suo hora iécgrua deambuláté reppit: eáq; acriter de ihonestate icrepauit: q̄ sola hora iepta monachi pomeriú introisset: eam quoq; cum indignatione eiecit. Que uiro suo de sereno ꝯquerit: & q̄ eá turpiter eiecerit lamentatur. Qui uerbis ꝯiugis ad iracúdiam motus: quem duduꝫ ut amicum celauerat: maximiano uti christianum accusat. Sicq; serenus iubente imperatore tentus & se christianum confessus capite cesus est. 7. calen. martii.

¶ De scō sereno abbate. CXLVIII

Seren⁹ abbas sũme ꝯtinẽtie fuit: Que nõ solũ in ei⁹ actib⁹: sȝ etiã in aspectu ꝯspici poterat. Quam a deo i tantũ crebris orationib⁹ ipetrauit: ut nec etiã se naturalibus icentiuis iqetari uel in sopore sentiret. Quod adhuc fortiorib⁹ ieiuniis & assiduis orationib⁹ exestuãs: ad tãtã mẽtis & corporis puritatẽ deuenit: ut uix i se motũ naturalem sentiret ac si paruul⁹ & lactẽs sentire dignoscit̃. Et dũ huiusmodi gr̃e perseuerãtiã lachrymis flagitaret: angelus eidẽȝ in sõniis astiot & eum ꝑ uentrẽ nouacula secuit: & ie core ac imestinis eductis & extricatis: omnibusq; mũdissime lotis: cuncta interiora suo loco reposuit: sibiq; dixit omnia icẽtiua carnis in eo abinde fore ꝑcisa: perpetuãq; i posterum mẽtis & corporis ipȝ obtinuisse: uti petierat a dño: puritatẽ. Hec i uitis patrũ.

De scõ matthia apostolo. CXLIX

Matthias apostolus i loco iude ꝓditoris substitut⁹ est. Cũ enim inter ascensionẽ & pentecostẽ apostoli in cenaculo simul essent. Videns petrus q̧ numer⁹ apostolorum erat imminut⁹: quos dñs tamẽ in numero duodenario elegerat: ut fidẽ trinitatis: io q̃tuor mũdi ptib⁹ predicarẽt: cum essent oẽs discipuli i cenaculo syon numero. izo. exurgens in medio eoꝝ eos allocut⁹ ẽ: ostẽdens ex textu diue scripture in psalmo ꝓphetatũ: q̧ iudas ꝓditor ꝑiturus erat: cui⁹ apostolatum alius accipe debebat. Exhortãs fratres ut aliquẽ ex ipsis eligerent: quẽ in locum iude surrogarent. Quod cũ oĩbus placuisset: elegerunt duos inter ceteros sanctiores. s. ioseph iustum: q̧ uocabat̃ barsabas: filiũ cleophe & fratrẽ iacobi minoris: & matthiã: & oratione ꝓmissa dederunt sortes eis. Et cecidit sors sup matthiã: & ãnumerat⁹ ẽ cũ. xi. apostolis. Et nota q̧ hoc exẽplo non est sortibus utendũ ut dicit hieronym⁹: qa priuilegia paucoꝝ nõ faciunt legem cõmunẽ. Hec que dicta sũt habẽtur act. primo. Cum ergo apostoli ad predicãdũ essent diuisi: matthias apostolus iudeã i sortem predicatiõis accepit. Qui tñ ut alibi repit̃ prius i macedonia predicauit. Gentiles uero ei⁹ fidem & sanctitatẽ ꝓbare uolentes: quãdam poconẽ tossicatã que cũctos bibẽtes uisu priuabat: sibi dederũt. Quã in noie xp̃i bibit: & nullã lesionẽ icurrit. Et cũ illa potio plusq̃. 250. excecasset: ille singulis man⁹ iponens oẽs illuminauit. Diabolus uero i similitudinẽ infantis cani eis appuit: suadẽs ut matthiaȝ occiderent q̧ cultũ eoꝝ euacuabat. Quẽ p triduum quesierunt & in eoꝝ medio ꝯsistenteȝ minime uiderũt. Tertia uero die se eis sponte manifestatum uinctũ in carcerẽ recluserunt: ubi demones sibi apparentes in eũ dentibus fremebãt: sed appropinquare nõ poterant. Dñs aũt cũ multo lumine sibi assistens eũ confortauit: & hostio aperto liberꝝ abire permisit. Et dũ itꝝ predicaret: & qdam obstinaci ꝑsisterent: mox terra se aperuit & cũctos illos deglutiuit. Reliqui uero ad xp̃m ꝯuersi sunt. Post hec reuersus apostolus ad iudeam uerbũ dñi predicabat: multosq; in signis & prodigiis ꝯuertebat. Cum iudei eum i ꝯcilio statuerunt: Duosq; testes q illuȝ accusauerãt prĩo in ipm lapides miserunt. Quos lapides in testimoniũ secũ petiit sepeliri. Qui dũ lapideret̃: securi i capite percussus spiritũ deo reddidit. Cui⁹ corpus in iudea sepultũ: deinde romã translatũ in ecclesia sancte marie maioris esse dicitur & ibidem caput eius populo demonstrat̃. Qui passus est. vi. cal. martii.

De scis. lxxii. martyribus. CL.

Septuagita duo martyres sub maximiano ipatore apud ciuitatem syrmium passi sũt. Qui martyrii certamẽ i prefata urbe ꝯsumãtes regna mãsura ꝑceperunt. vi. cal. feñ maroi: ut dicit hieronym⁹ i martylogio suo

De sanctis uictorino & uictore & sociis martyribus. CLI.

Victorinus: uictor: nicophorus: claudian⁹: dioscor⁹: serapion & papias apud egyptũ sub numeriano ipatore martyriũ passi sũt agẽte iudice sabino. Quoꝝ primus in pilam undiq; circũsoratã missus: & ꝑ singula foramia diuissime cultris trãspũctus est. Et deinde capite truncatus. Secundus amputatis manibus & pedib⁹ i eadẽ pilam missus: & sicuti prior trãspũctus & postmodum decollat⁹ est. Tertius cũ i pilã ipsã sponte fuisset igressus: iudex indignatus illũ inde educi: & dudũ super craticulã fecit assari. Et cũ tali supplicio non moreret̃: ipm minutatim gladiis iussit ꝯcidi. Claudianus & dioscorus flãmis icensi fuerunt. Serapion & papias gladio cesi: oẽs celebre martyriũ dedicauerunt. v. cal: martii.

De scõ nestore epõ & martyre. CLII.

Nestor eps & martyr in ciuitate ꝑgen pamphylie passus est sub ꝑsecutione decii. Qui cum die noctuq; orationi insisteret postulans ut grex xp̃i custodiret̃: comprehensus ẽ a quodã principe curie byrenarcho: qui eũ obtulit presidi pollioni: quem ille nomẽ dñi mira libertate & alacritate cõfitentẽ i equuleo leuarũ: & crudelissime tortum: nolẽtẽ xp̃m negare: cruci ꝯfigi mandauit. In qua dum orasset emisit spiritũ. A fidelibusq; sepultus est. 4. cal martii.

¶ De sancto alexādro epo & ꝯfessore. CLIII

ALexander eps alexādrinus gloriofo senio uenerādus extitit. Hic post beatum petrꝝ alexādrinum epm & martyrē ad eīdem ꝓmotus episcopatū nō imediate sed pꝰ achilā: q eidē petro imediate successerat sicut & ipse btūs petrꝰ eīsdē duobꝰ tūc suis discipulis ꝑdixerat sibi a dn̄o reuelatū: arriū ꝑsbyterꝝ suum heretica prauitate corruptū & diua ueritate conuictū de ecclesia alexandrina eiecit: & postea inter .318. pr̄es in niceno cōcilio dānauit. Qui i reuerēda senectute annorꝝ .98. apud eandem urbē laudabili fine quieuit. 4. calen. martii.

¶ De sanctis iuliano & eunio eius ministro martyribus. CLIIII

IVlianꝰ & quidā eiꝰ minister noie eunus martyres apud alexādriā passi sunt. Cū eni xpianorꝝ ꝑsecutio deseuiret: & iulianus ita podagra ꝯstrictꝰ esset: ut neq; incedere: neq; stare posset cū duobus ministris xpianis eū gestantibꝰ i sella iudici afferẽ: ex quibꝰ mistris unus timore tormētorꝝ que uidebat xpianis inferri: ꝯfestim negauit: alter uero eunus noie cū iuliano dn̄o suo in ꝯfessione pstitit. Quos iudex camelis impositos per totam iussit urbem circūduci: & flagris hincinde ispectante populo tādiu laniari usq; quo finē ipsis uerberibus sortirenẽ. Qui passi sunt. 5. calen. martii.

¶ De scō leandro epo. CLV.

LEander eps in hispaniarꝝ puincia hispaleñ ecclesiā feliciter pastorali cura gubernauit. Hic est ad quē beatꝰ gregorius moralium libros scripsit. Cuius ꝑdicatione & industria tota gothorꝝ gens ꝑ regem recaredū deprauata ab arriana prauitate ꝯuersa est. Qui etiā fratrē eiusdē recaredi hermingildū regem uiuente adhuc pr̄e heretico ab eadē heresi cōuersum ad martyrii passionē exhortando ꝑduxit: ut ponit gregorius. 3. dialẽ cap. 30. & dicẽ i passiōe hermingildi idibꝰ aprilis. Qui & officio ꝑdicationis fideliter peracto: qeuit in dn̄o. 3. calē. martii.

¶ De scō ioanne monacho. CLVI

gregorio uisa narrasset: admonuit eum do-
ctor:ut uisa silẽtio tegeret: qa quacũq; ho-
ra uisum referret:ꝯfestim spiritũ exhalaret.
¶ Mortuo igit̃ gregorio cũ qdã eius emu-
li sibi detraherent:ꝙ ꝓdig⁹ thesauros eccle-
sie ꝯsumpsisset:& in uindictã libros eius cõ
burerent:opposuit se petr⁹ diaconus dicens
tãti uiri opa ꝓutilia nõ fore delenda. Tandẽ
mortẽ ꝑiligens q̃ sci doctoris infamiam:ad
hanc eos sententiã deduxit: ut secretũ quod
de gregorio uiderat reuelaret:& iureiuran-
do firmaret:quo dicto si statim ipse decede-
ret a libroꝝ cõbustione cessarent. Sin autẽ
supstes existeret:ipm cũ libris insimul icẽ
dio cõcremarent. Itaq; cũ apparatu diaconi
libꝝ euangelioꝝ gestans uenerabilis petrus
coram populo reuelauit:ꝙ pluries sup ca-
put gregorii spiritũsanctũ in specie colũbe
ꝯspexit:quod mox ut tactis euangelius iura-
mento asseruit a dolore mortis extrane⁹ in-
ter uerba uere ꝯfessiõis spiritũ efflauit. Sta-
timq; inuidi a libroꝝ exustione destiterunt:
& corp⁹ petri iuxta magistri tumulũ sepeliẽ
tes:ipm uti sanctũ uenerari ceperunt.

¶ De scõ petro martyre. CXCIIII

PEtrus martyr apud nicomediam
passus est sub ꝑsecutione diocle
tiani. Hic cũ esset cubiculari⁹ im
peratoris diocletiani ꝑfati: & cũ
ipso in thalamo fiducia accepta
cesarem de imensis martyꝝ suppliciis libe-
rius causaret:ꝙ esset xpian⁹ deꝓhensus ẽ. Et
eodẽ impatore iubẽte i mediũducit̃:ac pri
mo suspensus diutissime flagris torquet̃: de
inde aceto & sale uulnerib⁹ ꝑfundit̃:ad ulti
mũ in craticula assat̃. Sicq; uere petri apo-
stoli extitit fidei heres & nõis. Passus est aũt

quarto idus martii. Hec hieronymus in martylogio.

¶ De sancto paulo epo. CLXXXXV

Paul⁹ leoneñ eps: a beato elduco a pueritia nutrit⁹ & doctus simł cum beato sampsone epo & aliis plurib⁹ tpe iustini iunioris claruit in britãnia cismarina. Cũ autem scũs eldueus i planicie triticũ seminasset: ne uastaref ab alitibus marinis: paulũ adhuc iuuẽculũ custodẽ adhibuit. Quo nocte dormitante ager uastatur. Sed excitatus mane dãnũ segetis aduertit: oratione fusa agrum ãbiuit: auesq; se mouere non ualentes alaꝝ uirtute deposita: ut oues ad claustrũ abegit. Quod cernens abbas: & qd sibi hoc uellet iterrogãs: rñdit paulus illos esse segetis hostes: quos captos ad ipm duxerat puniendos. Quod pater uidẽs & miraculũ stupens aues abire precepit. ¶ Rogat⁹ a sorore ut alueus ei⁹ iuxta mare posit⁹ dilataref: ad mare accessit: undasq; sibi cedentes usq; ad certũ locum sibi uisum iseq cepit: ubi lapillis modicis iactatis: mari mandauit ne lapillos trãsire presumeret. Quod usq; hodie factũ est. Nã & eo redeũte lapilli i collũnarũ magnitudinẽ excreuerũt. ¶ Tẽporis processu abbas fact⁹ est. Qui die quodã discipulis p aridas siluas uagantib⁹ & siti deficiẽtibus: solo pcusso: humoq; i triplici loco defossa tres fontes de terra produxit: usq; in presenti tempore permanentes. Sed & draconem isestũ q etiã armatos plurimos inuadebat: stola sacerdotali collũ ei⁹ ꝯstringẽs: sicut agnũ ad mare usq; deduxit: & in profundum equoris demersit. Postmodum aũt electus eps leoneñ q̃uis dudum renitẽs: clarus scitate i pace quieuit. iiii. idus martii.

¶ De sanctis egduno presbytero & sociis martyribus. CLXXXXVI.

Egdunus pſbyter & alii. vii. martyres apud ciuitatem nicomedie sub diocletiani psecutione passi sunt. Qui diebus singulis singuli eoꝝ suffocati sũt: ut ceteris metus icutereť. Quoꝝ passio recoliť. iiii. idus martii: ut ado i martylogio scribit.

De scã euphrasia uirgine. CLXXXXVII.

Euphrasia uirgo filia antigoni senatoris & euphrasie nobilissime de ciuitate ꝯstantinopolitana tẽpore theodosii ipatoris originẽ duxit. Cui⁹ pater augusto amicissim⁹ & ꝓpinqu⁹ toti⁹ lycie negocia gubernabat. Post cui⁹ ortũ pentes ei⁹ celibẽ uitã duxerũt. Antigon⁹ uero ãno itegro elemosynis & scis opib⁹ itẽtus: post annũ diem clausit extremũ. Mater uero adhuc iuuenis que p triẽniũ cũ uiro uixerat: i scã uiduitate deo seruire studẽs apud ipatorẽ cum filia degebat. Qui filiã eius euphrasiã ãnoꝝ. v. cuidã magno principi despõdit: donec pfecte etatis existẽs eidem matrimonio iũgereť. Cum autẽ post aliqd tps euphrasia antigoni relicta ab augusta suadereť: ut alteri eam petẽti nuberet senatori: euphrasia moleste ferẽs & ne ad hoc ꝯpellereť timẽs: cũ filia sua euphrasia ex urbe latẽter discessit: & ad possessiones suas in egyptũ accessit: ubi consistens ecclesias & monasteria seruoꝝ dei sepius uisitabat & mĩcas elemosynas faciebat. ¶ Erat aũt in thebaide mõasteriũ dñarum habens uirgines. 130. i sũma uite scitate dño s̃uiẽtes ubi cõtinue ieiuniũ arduũ seruabať: & unaqueq; manib⁹ opabať. Dũ autem euphrasia cũ infantula locũ illũ frequenti⁹ uisitaret: cepit isantula in uita uirginũ delectari: & audiens que ab eis de xpo dicebanť ad ingressũ monasterii quotidie ardenti⁹ aiari. Quadam uero die cũ matre ad cenobiũ accedẽs oĩno ibidem remanere cũ abbatissa uoluit: nec ullis precib⁹ aut minis: uel ipositis pauoribus inde abstrahi potuit: sed matrẽ ad ciuitatẽ uenire pmisit. Et cũ diebus plurib⁹ ibidẽ fuisset: & in scõ proposito pseueraret: dicens se xpm i sponsum elegisse: ꝯsentiente matre ab abbatissa cilicino habitu monasterii induitur: & in cenobiũ monialis effecta itroducitur. Quã mater dño ꝯmendauit & filiam ãnoꝝ. vii. in monasterio dimisit. Que sũma hũilitate & scã ꝯuersatiõe polleť cepit. Dataq; sibi magistra iulia psalteriũ breui tẽpore didicit: & mira obedientia in cunctis ministeriis p̃ cũctis ꝓfecit. Post modicũ tẽporis euphrasia mater uirginis moriť: & in monasterio sepeliť. Euphrasia uero iunior oẽs facultates paternas pauperib⁹ errogauit. Cum aũt ad ꝓfectã uenisset etatẽ spõsus su⁹ p' lrãs impatoris eã ad ꝯiugium requisiuit: sed ipsa impatori rescribens: utpote xpo iã nupta tẽporale cõnubium denegauit: uñ & in monasterio sũma abstinẽtia deo seruienti⁹ famulari cepit. Multasq; diaboli tẽtationes pertulit ꝓpter quas supandas penitẽtia mirabili se afflixit. Nam & lapidẽ capiti supposuit & cinerem sup stratũ cõspersit. Aliqñ p tres uel q̃ttuor dies aliqñ hebdomada integra se iedia macerauit. Cuius patientiã abbatissa tẽtare uolens: lapidem magnũ uix a duabus femis baiulandũ diebus singulis de horto ad furnũ & inde ad hortũ p dies. 20. ipsam portare iussit: quẽ illa cũ oĩ humilitate detulit: nõ murmurans neq; de labore importabili: neq; de inanitate p̃cepti. Et cũ iterum diabol⁹ eã tẽtareť: q senatoris filia ad aliaꝝ ministerium esset submissa: cepit adhuc uilioribus officiis se occupare: & i coquina ollas abluere: & imunditias exportare: nec ꝑ-

pter hec ab abstinentia se solita subtrahebat nec officiũ in ecclesia dimittebat. Cũ autem eidem quedã germana noie iproperaret: q talia opa ptextu hypocrisis ostẽderet:& ob hoc abbatissa illã punire uellet: euphrasia nedũ ad pedes sororis sibi ẽducẽtis ueniã petẽs pcidit:sed etiã p ea ab abbatissa ueniã ipetrauit. ¶ Cum aũt diabol⁹ eã aĩo supare nõ posset:cepit ipsam psequi plio corporali Nam cũ ex puteo aquã hauriret: capite deorsum deiicit:sed a sororib⁹ illesa educit. Ipsa uero ubi quotidie portabat singulas: cepit exinde deferre hydrias aque binas. Alia quoq; uice dũ ligna pcideret:securi calcaneũ sibi usq;ad tibiã scidit:& colligata a sororib⁹ ppter hoc nõ destitit:qn ligna incisa deferre uoluerit. Sed cũ scalam ascenderet: sũmitatẽ tunice calcans: sup ligna cecidit:quoq; unũ fere oculũ eius effossum grauiter uulnerauit. Sed dei misericordia dieb⁹ modicis ex utraq; plaga ꝯualuit. ¶ Post hec eã diabol⁹ de tertio solario pcipitauit: que tñ sine ulla lesione ad terrã descendit. Deinde ollam cũ aqua feruẽte portans cecidit: aquaq; bulienti facie pfusa oino intacta permãsit. Multis aũt signoꝶ miraculis claruit. ¶ Mulier quedã infantẽ annoꝶ octo ex paralysi effectũ surdũ & mutum ad monasterium detulerat:ut ipm soroꝶ orõibus cõmẽdaret. Quẽ mox ut scã uirgo ad abbatissam deferendũ in brachiis sumpsit:puer loq & audire cepit:& ad matrem ad ianuã expectantem incolumis ppriis pedib⁹ cucurrit. ¶ Quedã ex sororib⁹ antiqs ab imundo spiritu dudũ uexata fuerat: quã nulle ancillaꝶ xpi preces liberare potuerant. Que etiã catenis uincta tenebatur:cibusq; ei cũ cauco ligneo porrigebat: eo q nulla ad eam appropinquare psumebat:quia uestes & carnes soroꝶ dentibus lacerabat. Et qa abbatissa sanctitatem euphrasie nouerat:eiusq; miraculũ in puero uiderat: eidem licet ex humilitate satis recusanti:per obedientiã sororis illius liberationẽ imposuit. Pro qua euphrasia diu dũ se ieiuniis afflixit:& ad dñm diebus pluribus exorauit. Et tandẽ in xpi noie demonem ab illa effugauit: & eũ maximo strepitu in abyssum ire pcepit. Ex istis tñ in nullo extollebatur:sed ampliori humilitate psicere uidebat. ¶ Post hec abbatissa p uisionẽ ꝯspexit: q duo uiri uenerabiles ad monasterium uenientes:euphrasiã rapiebant:& ipsã in aureũ palatiũ gẽmis ornatum introducebant:que ibidẽ ab angelis cõcinentibus suscipiebatur: & ad xpi pedes pcidẽs a genitrice dñi corona aurea decorabat. Intellexit ergo abbatissa uirginẽ q̃tocius ad celestẽ thalamum deducendã. Que cũ sororibus intimasset: & ille obitum dilecte sororis deflerent: euphrasia subita febre corripit:& uite termino pxima in oratoriũ deducit: ueꝶ ex profunda ei⁹ humilitate orabat ad dñm: ut eam adhuc per annũ in carne dimitteret: eo q penitentiã ꝯdignã suo arbitrio nõ pfecisset. Et cũ abbatissa & eius magistra iulia uirginem exorarent: ut ipsam sequi sine dilatione liceret: pmisit eis orare dñm: ut ipsarum desiderium adimpleret. Sicq; inter sororum manus migrauit ad christum. 5. idus martii ¶ Post cui⁹ obitum die tertio ✝ iulia obiit. ✝ Abbatissa uero substituta quadam eugenia in matrem filiaꝶ ipsa die .30. ex hac uita decessit. Que ambe in eodẽ sepulchro cũ euphrasia uirgine cõdite sunt.

¶ De sanctis macedonio presbytero & sociis martyribus. CXCVIII

Macedonius psbyter: patricia: modesta: theodota: ores: theodora: impondera: martia: & trabia apd nicomediã ciuitatẽ martyrium passi sunt. Qui oẽs p ignẽ consũmati acceptabile sacrificiũ xpo dño reddiderunt. 5. idus martii: ut in martylogio adonis habetur.

¶ De sanctis quadragintanouem militibus martyribus. CXCIX

Quadragintanouem milites rome sub nerone cesare passi sunt. Hos oẽs una cum scis pcesso & martiniano beatus petr⁹ apostolus cõuertit ad xpz: cũ teneret in custodia mamertina una cũ coapostolo suo paulo: ubi nouẽ menses detenti fuerunt. Et cũ milites pdicatione apostoloꝶ cõuersi essent: & aquam p ipsis baptizandis nõ haberent: orãte apostoloꝶ principe de silice saxei mõtis fons aque prupit: ex cuius unda ipse apostolus baptizauit: & fons ibidẽ in testimoniũ miraculi permanet usq; in pñs in loco qui dicit carcer petri sub colle tarpeio. Deinde predicti gloriosi .49. milites sub deuotissima fidei cõfessione neroniano gladio consumpti sunt pridie idus martii.

¶ De scõ petro abbate clareuallen. CC

Petrus abbas clareuallen. cũ eẽt nobili exortus psapia factus monachus igniaci monasterii nobilitatẽ suã summa utilitate occultabat: uilibus indutus: uilia officia exercendo. Tamẽ ob uite nimiã scitatẽ a multis reuerentie habebat. Adhuc nouus i ordine dũ i matutinis aliqñ dormitaret: seq; pulsari sentiret: apertisq; mox oculis nullum ꝯspiceret: orauit dñm: ut excitantẽ ipm sibi ostenderet. Et dũ iteꝶ dormitasset: pulsatus citi⁹ apiens oculos: uidit iuuenẽ splendidũ sibi assistere: indeq; morose p choꝶ transire: qui demũ disparuit: & petr⁹ eũ esse angelum

intellexit media nocte cũ fratrib⁹ psallẽs subito dolore capitis premit: & recedere de ecclesia cogitãs audiuit vocẽ dicentẽ uers. illum: laudãs iuocabo dñm ꝛc: & statĩ dolor cessauit. Et dũ mane iterũ eũ dolore eodẽ eapitis pseuerante: ad cõionẽ accessisset: uisũ est sibi q̃ lapis ponderosus de capite eius egressus esset: & exinde a tali dolore liberatus pfecte fuit. Post hec fact⁹ ẽ prior igniacẽ Deinde abbas uallis regis assũptus ẽ. Quod abbas eius igniaceñ tali uisiõe pseuit. Videbat eni sibi candelabꝝ lucẽs ante altare: p maiorẽ fenestrã exire: Nec multo post petr⁹ prior in abbatẽ elect⁹ est. ¶ Cum aliquãdo abbas egrotaret: & mercenari⁹ qdã a cellario opis mercedẽ exigeret: illeq; dare recusaret: indignat⁹ mercenari⁹ prunas ardentes ad unam ex monasterii grangiis in cacabo deferebat: ut eã icenderet. Tũc affuit abbas: & eũ de mala uoluntate redarguit: & ut ad se mane & ad infirmariã ueniret mercedẽ suam receptur⁹ admonuit. Quod & factũ est: mercenari⁹ quoq; est mirat⁹ eo q̃ abbatẽ de infirmaria utpote languẽtẽ minime recessisse cognouit: & penitẽtiã egit. ¶ Vocat⁹ ad electionẽ abbatis igniaceñ oratiõe p̃missa ut deus sibi idoneũ ispiraret: audiuit vocẽ q̃ illuc ueniens audiret qs idoneus esset. Cunq; ad locũ ueniẽs pro eodẽ orasset: iussus ẽ socios itineris sui de hoc iterrogare. A quibus cũ quereret qs utilis eligendus foret: respõderũt q̃ ipse. Sicq; oium ꝯsensu electus est. ¶ Cum henricus comes campanie se ipsi⁹ orationib⁹ comẽdasset: & ipse ꝓ eo celebrasset: post ultimã collectã uidit comitẽ tũc abscẽtem signũ crucis i ueste habẽtẽ. Et diẽ ac horam notãs ꝯpit postmodũ ipm eodẽ tpe cruce fuisse signatũ. Orãti sibi aliqñ appuerũt sci bernardus abbas & malachias eps: q eũ abbatẽ clareuallen̄ futurũ predixerũt. Non multo post gerard⁹ clareuallen̄ abbas a fr̃e hugone de basochiis q grauiter i ordie deliquerat & abbatis punitionẽ timebat interfectus est. Cui successit henricus. Quo post modicũ i presbyterũ cardinalẽ assũpto: petrus ad electionẽ uocatus affugit: eo q̃ eligi formidaret: q tñ absens elect⁹ est. Et cũ diu recusaret: tandem uisionis memor ꝯsensit.

¶ Roman⁹ pontifex ei⁹ famã audiens: eũ ad se accersiuit: cui & peccata sua ex deuotiõe ꝯfiteri & ab eodẽ cõicari uoluit. Cum autẽ esset in ualle regis: ifirmitate graui unũ ex oculis amisit: ex hoc gaudẽs & deum laudãs: qa unũ ex hostibus suis capitalibus sibi abstulerat. Et dũ esset cũ fratrib⁹ i messib⁹ operãs tres pulcherrimas mulieres i medio fratrũ uidit: quas de nimia p̃sũptione redarguẽns: audiuit ab illa que erat formosior: q̃ esset maria mater xpi: alie due maria magdalena & maria egyptiaca: que fr̃es i suo labore ꝯsolare curabant. Quieuit aũt scũs petr⁹ i dño pridie id⁹ martii.

¶ De sancto longino martyre. CCI.

Longinus fuit quidã centurio de ꝓuicia hisaurie: q cũ aliis militibus cruci dñi astans: latus ei⁹ lancea pforauit. Et uidẽs signa q̃ fiebant: solẽ. s. obscuratũ: & terremotũ i christo credidit: maxime ex eo ut qdam dicunt: q̃ cũ ex ifirmitate ei⁹ oculi caligassent: de sanguine xpi p lanceã decurrente casu oculos tetigit: & protin⁹ clare uidit: unde renuncians militie: & ab apostolis instructus: in cesaria cappadocie .xxviii. ãnis monasticã uitam duxit: & plurimos ad xp̃m ꝯuertit. ¶ Cũ autẽ ab octauiano p̃side tent⁹ sacrificare nollet: iussit preses oẽs dentes ei⁹ excuti & linguã abscidi. Ex hoc tamẽ loquelam non amisit: sed accepta securi oĩa idola ꝯfregit. Demones autẽ de idolis exeũtes: & i aerem ululantes i presidẽ & in ei⁹ socios intrauerũt. Qui insaniẽtes longini se pedibus prostrauerũt. Quos omnes longinus in xpi nomine ab oppressione demonũ liberauit: & demones i desertũ misit. Quo miraculo qdam aphrodisius ꝯmẽtarieñ: cũ multis aliis ad xp̃m ꝯuersus est. Post dies aliquot cũ octauian⁹ longinũ tẽtũ ad se adduci iussisset: ut eũ penis afficeret: & ipm ex hoc aphrodisius reprehẽderet eo q̃ de suscepto ab eo beneficio ingratus esset: iussit p̃ses aphrodisio linguã p̃cidi ✝ sed ipse nihilomin⁹ loquebatur. Preses uero ꝯfestĩ excecatus ẽ. Cui longinus suasit: q̃ liberari nõ posset: nisi ipsũ cecideret. Nã martyr effectus pro preside oraret & ipse lumẽ recuperaret. Statimq; preses longinũ decollari fecit. Post hec ad corpus ei⁹ adiit: & prostrat⁹ cũ lachrymis penitẽtiã egit: & ꝯtinuo uisum recepit. Corpusq; martyris honorabiliter tumulauit: & in bonis operib⁹ pseuerauit. Passus ẽ aũt martyr christi idibus martii.

¶ De sancta matrona martyre. CCII.

Matrona martyr apud thessalonicam passa est. Hec religiõe xpiana cũ eẽs ancilla plautille uidue gẽtilis: xp̃m occulte adorabat. Et cũ a dña sua deprehẽsa eẽt in ecclesia xpianoꝝ: ab eadẽ in scãno ligat: & crudeliter flagellat: dieq; & nocte integra iclusa & uincta dimittit. Sed dũ noctu diuinit⁹ soluta & clausis ianuis educta eẽt: ad ecclesiam rediit & deo g̃ras egit. Quã iterũ ibidẽ repiam dña sua: iterũ ipsã i scãno uinxit: & crudeli⁹ flagellauit: triduo quoq; sine cibo reclusã dimisit. Illa uero iterũ diuitus soluta educit: & in ecclesia orãs a dña sua tertio repitur. Que tertio ab eadem ligatur: &

loris durissimis tādiu cedit̄ :donec spiritum
exhalauit .Que passa est idibus martii. Hec
ado.

¶ De sanctis ilaro episcopo & tatiano mar
tyre. CCIII

Ilarus eps & tatianus diaconus
apud aquileiā passi sunt tēpore
numeriani impatoris. Beatus eni
ilar⁹ ab infantia xpian⁹ sacris lit
teris erudit⁹ ad diaconat⁹ ordinē deiñ ad pō
tificatū aqleieñ ecclesie a populo pmot⁹ ē.
Qui eius discipulum noīe tatianū sibi archi
diaconem cōstituit: cū quo in xpi fide popu
lum admonebat. Cū aūt ab impatore nume
riano xpianoꝝ persecutio excitata fuisset: &
quidā beronius pses aquileie xpianos ad sa
crificia coartaret: ad suggestionē cuiusdā sa
cerdotis idoloꝝ noīe monophāti fecit ilarū
epm xpianoꝝ detineri: & ad templū idoloꝝ
adduci: ut ibi dus thura īponeret. Quē sacri
ficare nolentem iussit nudatū uirgis duris
sime cedi. Deinde in equuleo leuari & ungu
lis radi: adeo ut eius intranea nudarent̄. De
inde depositum ex equuleo mādauit dorsuꝫ
eius carbonib⁹ aduri: & post hec acetum sa
le pmixtum eius uulnerib⁹ infundi: ipsasque
plagas ex cameloꝝ cilicio ꝯfricari. Et cum
hec oia p xpi noīe patientissime tolerasset:
oratione premissa exufflauit in simulacra &
mox cūcta ī puluerē redacta sunt. Clamāte
quoqꝫ aduersus illum oī populo paganorū
fecit eū preses in carcerem recludi. Et cū au
disset: q̄ habet et diaconum tatianū: qui simi
liter populū a deoꝝ cultura subtrahebat:
fecit eū teneri: & deos gentium ꝯfutantem ex
tendi: & uirgis diuti⁹ flagellari: cesū quoqꝫ
una cum ilaro epo eodem carcere detineri.
Orantibus aūt scis nocte illa factū est toni
truum magnū: ita ut fundamēta urbis com
mota fuissent: & multi paganoꝝ interirent.
Templū etiā herculis funditus euersum est
Quod audiens beronius pses missis spicula
toribus fecit gladios in pectora ipsorum in
ipso carcere transfigi. Cum quib⁹ & alii tres
xpiani in eadem custodia uincti scilicet ✝ fe
lix ✝ largus ✝ & dionysius eodem martyrio
necati sunt. Quoꝝ corpora noctu a xpianis
de carcere rapta iuxta muros aqleie ciuita
tis sepulta sunt. i7. calē. aprilis.

¶ De scō patricio epo. CCIIII

Atricius eps apud scotiā prim⁹
xpm predicauit. Qui cū die qua
dam scotoꝝ regi de passione dñi
aliqua narraret: & ille deuote in
tenderet: appodiās se sup ferulā
quam manu tenebat: casu pedi regis suppo
suit: & cuspide ferule ipm pforauit. Rex ue
ro credens epm hoc ex industria facere: & se
aliter fidem nō posse suscipe: nisi talia pro
christo pateret̄: patienter ptulit. Scūs uero
hoc intelligens obstupuit: & regis pedem sa
nauit. Hic pcibus suis toti illi insule obtinu
it: q̄ nullum uenenosum aial ibidem uiuere
possit. Et quod plus est etiā ligna & coria il
lius regionis cōtraria sunt ueneno. ¶ Qui
dam cōuicini sui ouē furatus fuerat & come
derat. Et cū eps pluries furem quicunqꝫ ille
esset: exhortat⁹ esset: ut furtum redderet: &
null⁹ appareret: cōueniente oī populo ad ec
clesiā orauit dñm: ut in cui⁹ uentrem ouis in
trasset: coram omnib⁹ balatum daret: quod
& factū est. Et re⁹ penitentiam egit. ¶ Erat
aūt eius ꝯsuetudo oēs cruces quas uidebat
adorare. Cum aūt quandā crucē inuisam p̄
terisset: & a suis admonitus cur nō uidisset:
audiuit uocē de sub terra cuiusdā ibidem se
pulti: dicentis se fuisse paganū: & signo cru
cis īdignū: & iō ipsam nō uiderat: unde fecit
ipsam abinde tolli. ¶ Cum aūt patrici⁹ per
hiberniā predicaret: & fructum ibi modicū
faceret: rogauit deū: ut ibi aliquod signum
ostenderet: p quod territi peniterent. Iussu
igitur dñi ī quodam loco circulū magnum
cum baculo designauit: intra quod se terra
statim aperuit: & pute⁹ pfundissimus ibidē
apparuit. Reuelatum quoqꝫ fuit scō: q̄ ibi
qdā purgatorii loc⁹ esset: ī quē qsqs uellet
descēdere: alia sibi penitētia nō restaret: nec
aliud p peccatis purgatorium substineret.
Pleriqꝫ aūt non redirent: & qui redirent die
naturali integro ibidem moram facerent.
Multi igit̄ ingrediebantur: qui de cetero n
reuertebant̄. ¶ Post longū tempus mortuo
patricio: quidam nobilis nomine nicolaus q
peccata multa cōmiserat: ad penitentiam de
uenit: & locum ipm intrare uolens diebus
octo pcedentibus: ut omnes faciebant: se ie
iuniis macerauit: & sic in puteum descendit
& hostium quod a latere inuenit: introiuit:
ubi monasterium inuenit: & a quibusdam al
batis in oratorium introducit̄: officioq; per
acto: ut constans esset admonet̄: quia multa
diaboli tētamenta eū percurrere oporteret.
Et cum se penis affligi sentiret: ptin⁹ diceret
Iesu xpe fili dei uiui miseriaris mihi pec
catori. Quibus abeūtibus adsunt demones:
& ut sibi obediat: primo eum blādis sermo
nibus persuadent: asserentes q̄ ipsum custo
dient: & ad ppria incolumen deducent. Et
cum eis obedire nollet: diuersarum ferarū
terribiles audiuit uoces. Ad que pauefact⁹
uerba inuocationis ptulit: & ois ille tumul
tus cōquieuit. Vlterius procedens & demo
nibus ꝯsentire nolens in ignem maximum
proicitur: sed uerbis expressis ignis extin
guitur. Ad locum alterum ueniens uidit ho
mines uiuos igne assari: & carbonibus usqꝫ
ad effusionem uiscerum concremari. Et dū

nec sic consensisset demoniis ab eisdem simi-
li pena torretur: sed uerba proferens conti-
nuo liberatur. ¶ Inde procedens in puteum
profundum obscurũ & fetidũ deiicitur: di
centibus sibi demonibus q̃ ille erat infern⁹:
sed dum uerba repetisset inde illesus educi-
tur. ¶ Post hec ad pontẽ arduum & lubri-
cum deuenit: subter quẽ igneus fluuius ra-
pidusq; currebat. Et dum pontẽ transire de-
speraret: unum pedẽ ponens: uerba que di-
dicerat dixit: deinde alium pedem ponens
ipsa repetiuit: & ad quãlibet pedis mutatio-
nem eadem iterauit: & sic illesus transiuit.
Et in quẽdam pratum amenis & odoriferis
floribus ɔsertum deuenit. ¶ Vbi a duobus
speciosis iuuenibus ad quãdam ciuitatẽ au-
ro & gemmis fulgentem adducitur: & q̃ illa
esset p̃adisus sibi reuelatur. In qua dum se
admitti oraret: audiuit q̃ primo ad suos re-
diret & post dies .30. in pace qesceret & sic
illuc intraret. Tunc nicolaus inde ascendens
supra puteum se restitutũ altero mane rep-
perit: & que uiderat enarrauit: ac post dies.
xxx. in pace quieuit. Dies autẽ depositionis
sancti patricii .xvi. cal. aprilis celebratur.

¶ De scã gertrude uirgine. CCV

Gertrudis uirgo obiit anno ɔstan-
tis imparatoris .xxi. ut dicit sigiber
tus. Hec oriunda fuit de ciuitate
n. gelensi: ubi & monasterium do
minaꝝ construxit: & ipsũ sub re
gulari disciplina laudabiliter rexit maxima
sanctitate pollens. Que die obit⁹ sui appa-
ruit modeste abbatisse monasterii treuereũ
sibi i amicitia cõiuncte ante altare beate uir-
ginis tunc in oratione prostrate: eiq; ipsa ho
ra ad xpm migrasse: & celestem patriam in-
troisse nunciauit. ¶ Post ãnos uero .x. ignis
exiens monasterium sancte consumere uide-
batur. Sed tunc sancta supra tectum appuit
& uelum suum flãmis obiciens: ignẽ excus-
sit: statimq; extinctus focus monasteriũ om-
nino indẽnem reliquit. ¶ Puer quoq; in fon
te necatus: ipsius meritis suscitatur: & alia
multa miracula ad eius tumulũ demonstrã
tur: ubi in ipso mõasterio sepulta ueneratᷣ.
Quieuit autem in pace .xvi. cal. aprilis.

¶ De sancto alexãdro epo & mare. CCVI.

Alexander eps & mar apud cesa-
ream passus est. De quo in .vi. li-
bro ecclesiastice historie scribit
q̃ de cappadocia & propria ciui
tate scõꝝ locoꝝ uisendorum cau
sa hierosolymã ueniẽs: diuina reuelatione e
iusdem loci gubernacula suscepit. Nam cũ
narcissus hierosolymoꝝ eps esset annorum.
116. & propter nimiam senectutem cure pa-
storali intendere non posset: uoce de celo p
lapsa: ut omnes ciues eidem hierusalẽ ueniẽ
ti occurrerent: & ipm suum una cum narcis
so epm ordinarent: a populo honorifice su-
sceptus: & factus est narcisso coadiutor: & e
iusdem post obitum ipsi successor. Post hec
romã uenit ad apostoloꝝ limina uisitanda.
Reuersus autem hierosolymã sub persecu-
tione decii ductus est cesaream. Et dum die
bus multis: multo ferri pondere uinctus: de
carcere ad tribunalia iudicis: & inde ad car-
cerem duceretur: inter ipsa sibi uicissim suc
cedentia tormẽta defecit: Atq; ob confessio-
nem xpi martyrium compleuit .xv. cal apri
lis. ¶ Hic ad ecclesiam antiochenã: cuius re
gimini primo prefuerat super pacẽ ecclesie
unam scripsit epistolã. Ad atonitas uero ali
am per clemẽtem presbyterũ alexandrinũ.
Item ad origenẽ & pro origene: cõtra deme
trium aliam. Sed alie eiusdem ad diuersos fe
runtur epistole: ut dicit hieronym⁹ libro de
illustribus.

¶ De sancto ioanne abbate. CCVII

Ioannes abbas magne sanctita-
tis uir de syria oriũdus peruenit
italiam. Susceptusq; hospitio a
deuota matrona apud urbem pẽ
nacensem resedit. Et ab angelo
monitus: locum sue habitationis sub quadã
arbore prope eandem ciuitatem elegit. Sub
qua dum mense decembrio quiescere cepis-
set: arbor repente inusitato imbris tempore
flores protulit & frondes. Quod ubi a uena
toribus illac transitantibus ɔpertum est: ut
soq; miraculo: & cognito q̃ seruus dei esset
fama ipsius circũquaq; delata ẽ: unde a ioã-
ne spoletano episcopo uisitatur: & ab eodẽ
sibi iuxta dictam arborem cenobium fabri-
catur: ubi per annos .xliiii. congregationi
sanctorum multorum monachorũ prefuit:
multisq; clarus uirtutibus post uitam lau-
dabilem in pace quieuit .xiiii. calen. aprilis
ibiq; sepultus iacet.

¶ De scõ calocero martyre. CCVIII

Calocerus martyr de cui⁹ trium-
pho in passione faustini & iouite
ex parte dictum est supra .xv. ca
len. martii: uisis miraculorum i
signiis que deus i tormentis pre-
dictorum sanctorum exhibebat: ad christiã
conuersus est: & cum eisdẽ martyribus plu
rimis suppliciis cruciatus: tandem ab ale-
xandro augusto mediolani existente: tradi-
tus est sapritio prefecto puniendus: qui ad
alpes cotias ab imperatore mittebatᷣ. Quẽ
sapritius ante se premisit sub custodia: in ci
uitate asteñ carceri mancipandum⁹: ubi dũ
sapritius cum secundo milite aduenisset: &
secundus calocerum sepius in carcere uisi-
tasset: ab eodem in christi fide doctus est: &
missus mediolanũ a sanctis faustino & ioui-

ta baptizandus. Qui baptizatus terdoná redur: & martianum epm in carcere uisitauit: ipsumq; a saprītio martyrizatum sepeliuit: ꝓpter quod plurimis afflict⁹ tormentis a sapritio in carceré missus fuit: ut in eius passione dicet .5. calen. aprilis. Cum aũt saprīti⁹ ad carcerem mittés secundũ nõ inuenisset: & ad ciuitaté asteñ reduxisset: ut uel calocerum mori faceret: repperit secundũ in eodem carcere cum calocero existenté. Et secũdũ q̃dem in custodia reseruari iussit. Calocerum uero albiganũ mitti: & ibidem capite cedi. Cuius corp⁹ a fidelibus iuxta ipsam ciuitatem cum honore humatum est decimoquarto calen. aprilis.

¶ De sancto ioseph sponso domine nostre. CCIX

IOseph sanctissimus domine nostre sponsus de ciuitate bethleẽ oriundus: de domo scilicet & familia dauid regia stirpe progenitus: per miraculum aride uirge florentis: & spũssancti in columbe specie in eius cacumẽ descendentis: cuȝ iam senex esset: & filios ex uxore premortua haberet: inter omnes suos contribules solus deo placens ad despõsandam uirginem elect⁹ est: eiusq; ad custodiã deputatus: ut in historia natiuitatis uirginis dicetur .6. idus septembris. Hic enim uirginem desponsatam i nazareth in domo paterna dimisit: & in bethleem ad preparãdas nuptias accessit: ubi dum moram traheret: angelus ad uirginem mittitur: ipsaq; operante spiritusancto impregnatur. Cum autem ioseph post septem menses rediens pregnanté repperisset: cum iust⁹ esset: uoluit occulte dimittere eam. Sed admonitus ab angelo ut dicitur matthei primo. Eam accepit: quia ipsã de sancto spiritu concepisse cognouit. Postmodũ cũ describeref orbis illam secũ bethleem pro facienda professiõe deduxit: ubi & filium dei natum de uirgine primus in ulnis suscepit: & ipsum uti bonus nutricius sũma diligentia educauit: & omnibus uerbi dei infantie gestis interfuit. Nam & eidem circũciso astitit: & magos ad eum adorãdum ueniẽtes ꝓspexit: & ipsum una cum matre ad templum presentauit: ipsumq; metu herodis ab angelo monitus in egyptum cũ matre fugauit: & per septennium ibi manẽs: mortuo herode eundem & genitricem ad patriam retulit. In medio doctorum etiam ipsum duodenem una cum maria triduo ante amissum inuenit. Ideoq; uirginitatis sponse sue & omnium infantilium christi actuum ueridicus testis fuit. ¶ Hic ioseph ut in libro de infantia christi dicitur: uxorem alteram prius habuit: ex qua plures filios procreauit: q̃ etiã ex euangelio ioannis sexto capitulo fratres iesu dicuntur: quia ex iesu patre putatiuo ꝓgeniti: unde & quibusdam placet: q̃ iacob⁹ minor apostolus ideo frater domini dicatur quia ioseph filius fuerit ex alia coniuge: ut hieronymus libro de illustrib⁹ ponit: quãuis ab eodem talis opinio reprobetur. Eodem etiam infantie christi libello traditur: q̃ ioseph faber lignarius fuit: unde & ibidẽ fertur: q̃ cum ioseph grabatum faceret: & omnes tabulas secuisset: una ipsarum ex errore mensure minor ceteris reperta est. Et cum ioseph ex hoc tristaretur: puer iesus tabulam breuem aliis apposuit: & ipsam uti esset cera mollis protrahens ad ceterarum longitudinem diuina uirtute protendit: propter hoc in euangelio ioannis iesus a iudeis fabri filius appellatur. Hec ex textu euangeliorum: & libro de infantia predicto: & ex compilatione fratris bartholomei colliguntur. ¶ Quanto uero tempore ioseph superuixerit: uel ubi: aut quo modo humanitatis debitum soluerit: expressum non habemus. Tamen q̃ usq; ad duodecim annos etatis xp̄i superstes extiterit ex textu luce secundo capitulo didicimus. In quodam tamen antiquissimo calendario in cui⁹ exordio rubrica ponebatur: q̃d ex uetustis eusebii cesarieñ exẽplarib⁹ sumptum fuerat: scriptum repperi: festum ioseph sponsi domine nostre .14. cal. aprilis. Cui ex antiquitate & exemplaris origine satis fidem adhibui.

¶ De sancto theodoro epõ. CCX

THeodorus heracliensis episcop⁹ tempore constantini magni imperatoris in thracia claruit. Qui in mattheum: ioannem: paulum: & psalterium elegantis apertiq; sermonis commentarios edidit: & sermonibus atq; moribus admodum effulsit. Diem quoq; extremũ .14. calen. aprilis conclusit. Hec hieronymus de illustrib⁹.

¶ De scõ archypo discipulo. CCXI

ARchypus discipul⁹ apostoli pauli fuit. Cuius commilitonis sui idem apostol⁹ meminit scribens colossensibus ad col. quarto. Qui ab eodem apostolo ibidem predicationis gratia dimissus: post completum eius ministerium perrexit ad dominuȝ 13. calen. aprilis: ut hieronymus in martylogio testatur.

¶ De sancto cudberto epõ. CCXII

CVdbertus episcopus: ut dicit beda quarto libro historie anglorum uir sanctus & uenerabilis in insula modica que appellaf pharnes: & ab ecclesia lyodisfar-

ciensium nouem milibus passuum distat in occeano uitam solitariam pluribus annis duxit. Fuit autem primo monachus monasterii meltos: quod in ripa tuidi fluminis positum est: sub abbate etha: cuius & post mortem successor extitit. Inde ad curam lyndifarciensis monasterii uocatus ibidem diu⁹ mansit. Deuenit post hec ad insulam pharnẽsem omni cultu & habitatore desertam cupiens solitariam ducere uitam. A qua & plures infestationes demonum expulit: & fontem uiuum fratribus suis de terra produxit: qui ibi usq; in presens scaturit: ibiq; edificato nouo cenobio congregationi anachoritarum pluribus annis prefuit. Deinde post mortem theodoti lyndifarciensis archiepiscopi quãuis satis restitisset: archiepiscopus ordinatur. In qua sede uerbo semper & exemplo populum instanter docuit: & miraculorum signis uitam inclytam duxit.

¶ Post hec autem quia obitum suum de proximo futurum diuina reuelatione prenouerat: ad monasterium suum rediit: uite residuum ibidem consumare desiderans. Vbi dum quidam sanctus presbyter ✠ herbertus eius intimus ipsum uisitasset. Cudbertusq; ei suum transitum predixisset: rogauit eum instantius presbyter: ut una secum sibi occumbere liceret. Qui oratione facta sibi a domino quod poposcerat: impetratum nunciauit. Reuersus itaq; ad ecclesiam suam herbertus anno integro ante obitum sancti uiri langore detentus die & hora qua ille obiit: & hic ex hoc seculo transmigrauit: scilicet decimotertio calendas aprilis. Cui⁹ corpus ad ecclesiam lyndifarciensem delatum: & in solo sepultũ est. Cum autem post annos undecim leuaretur: ut supra pauimẽtum honorabilius locaretur: integrum & omnino incorruptum repertum est: & uestes quibus indutus fuerat: illibate nulla uetustate consumpte. Cui successit sanctus ✠ eadebertus sanctitate clarus: qui decedens in eodem tumulo cum sancto cudberto positus est: ubi ambo requiescunt miraculis prepollentes.

¶ De scõuulphranio episcopo. CCXII.

Vlphrani⁹ senonẽ episcop⁹ successor lãberti ex territorio uastinẽ inclytus fuit i aula regis dagoberti & filii eius ludouici patre milite nolberto progenitus. Qui primus a christo admonitus assumptis secum a sancto ausberto tunc rothomagẽ episcopo quibusdam sociis de monasterio fontanelle genti frixonum christi euangeliũ predicauit. ¶ Cum autem per mare nauigans in naui celebraret: & patenam offerre uellet: de manu diaconi casu patena prolabitur: & in mare demergitur. Sed orante sancto patena in manu diaconi diuinitus reponitur. ¶ Dum autem saxonibus predicaret: die quadam iuuenem laqueo appensum reperit: quem illi sorte elegerant: & more sue gentilitatis suspensum demoniis immolare uolebant. Quem illico sanctus sola oratiõe dirupto laqueo: & ipso illeso cadente a morte eripuit: & tali miraculo multos ad fidẽ cõuertit. ¶ Cũ aũt filium ducis rathboldi baptizasset: & albis induisset: ille subito expirauit: qd episcopus iccirco a deo obtinuit: ne iuuenis a patre gentili ad culturam idolorum reduceret. Completa uero predicatione sua post annos. v. reuersus ad ecclesiã suam episcopatui resignauit. Et ordinato sibi successore getico: in monasterio fontanelle monachus factus: uitam in sanctis operibus consumauit anno domini. 740. xiii. cal. aprilis. Sepultusq; est iuxta sanctum uandegisilum.

¶ De sancto benedicto abbate & confessore CCXIIII.

Benedictus abbas cuius uitã gregorius. 2. dialo. scribit ex nursia prouincia: claris parentibus ortus. Cum rome liberalib⁹ studiis traditus esset: in ipsa infantia mundum deseruit & desertum petere decreuit. Quem nutrix eius ipsum tenere diligẽs usq; ad locum qui effide dicitur secuta est: ubi dum ad purgandum triticum capisterium mutuo accepisset: illudq; cadens in terram fractum fuisset. Benedictus nutrici flenti compassus capisterii partes accepit: & oratione fusa ipsum reintegrauit. Post hec nutricem fugiens in locum qui sublacus dicitur deuenit: ubi triennio hominibus cunctis excepto romano monacho incognitus mansit: qui ei necessaria ministrabat. Et cum ad specum ipsius iter non esset: panem in fune ligatum ei deponebat. In quo & tintinabulum ligauerat: ut ad eius sonitum benedictus panem sibi delatum audiret. Sed diabolus ex inuidia proiecto lapide tintinabulum fregit: nihilominus tamen romanus sancto ministrare aliter non desiit. ¶ Post hec dominus cuidam presbytero qui die pasche sibi refectionem parauerat: apparuit: & ut cibos uiro dei tali in loco ferre deberet: admonuit. Qui cum multo labore ad eum ueniens: inuitauit patrem: ut cibos sumeret: quia eo die pascha domini esset: qui respondit: q; uere pascha esset: ex quo illum uidere

meruisset: longe quippe ab hominibus positus: q̄ die eadem paschalis foret solennitas ignorabat. Sicq; benedicētes dominum ambo refecti sunt. ¶ Quadam die auicula merula circa faciem eius uolitante: signoq; crucis effugata tanta libidinis tentatione accensus est: quantam nunquam expertus fuisset. Qui in spinis & uepribus adeo se uolutauit q̄ exinde totus eruentus & laceratus exiuit. Et sic per cutis uulnera mentis uulnus eduxit. Ab illo ergo die talis nunquam tentatio in eius corpore pullulauit. ¶ Fama igitur eius crescente uenerunt ad eum monachi cuiusdam monasterii abbate uacantis: & ipsuz in patrem elegerunt. Qui satis recusabat: eo q̄ se eorum moribus minime conuenire dicebat: tandem instantibus acquieuit. Cum q; ille districtius eos regulam seruare compelleret: illiq; illicita sibi non licere conspicerent: penitentes q̄ eum elegerant: uenenū uino miscuerunt: & ei in poculum porrexerunt: sed signo crucis edito: sic uitreum uas quod uinum tenebat: confregit: acsi pro signo lapidem dedisset. Moxq; intelligens: q̄ illi fecerant: ab eis discessit: & ad locum dilecte solitudinis remeauit. Vbi multis ad eum discipulis conuenientibus duodeci monasteria construxit. ¶ In uno quorum monachus erat: qui ceteris in ecclesia orantibus mox foras exibat: & aliqua temporalia peragebat. Quod dum benedictus per abbatem illius loci didicit: illuc iuit: uiditque puerum nigrum monachum illum ceteris orantibus extra ecclesiam per uestimenta trahentem: Quod etiam maurum monachū uidere oratione impetrauit. Egrediens ergo sanctus monachum uirga percussit: & tunc immobilis in oratione perseuerauit: acsi malignus spiritus eius uerbere percussus fuisset. ¶ Ex ipsis monasteriis tria in cacumine montis erāt: que deorsum aquas cum nimio labore hauriebant. Vbi sanctus pater ascendens cum puero: nocte tres lapides pro signo posuit: reuersusque domum fratribus illis mandauit: ut in locis ubi lapides erant: foderent: & aquam inuenirent: Quod & factum est: in illis locis aqua usque in presens largiflue inundante.

¶ Cum quidam frater circa monasterium uepres securi abscideret: ferrum de manubrio prosiliit: & in lacum proximum se demersit: uir autem domini manubrium in aquam posuit & ferrum ad suum locum enatauit. Placidus puer & monachus cum ad aquam hauriēdam descēdisset: ipsum mox unda rapuit: & in momento introrsus a terra subtraxit. Quod dum sanctus i cella per spiritum cognouisset: maurum uocauit: & qđ acciderat enarrauit: atq; ut ad eripiendū puerum pergeret imperauit. Tunc ille concitus cucurrit: & per terrā se ire existimans: ad puerum super aquas uenit: eumq; ad terras per capillos adduxit: & deinde q̄ super undas ambulasset aduertit. Ad uirum dei ergo ueniēs qđ acciderat enarrauit. qđ abbas non suis meritis sed eius obedientie deputauit. Cumq; exinde inter eos pia contentio oriretur: dum alter alterius meritis miraculum ascribebat: Placidus puer ex aqua liberatus arbiter accessit: qui dum esset in periculo melotem abbatis super se existentem: seque protegentem uidisse narrauit. ¶ Presbyter florentius sancto inuidens: panem ueneno infectum quasi pro benedictiōe misit: quem ille grataner accepit. Coruo quoq; qui de manib⁹ eius quotidie panem accipiebat mandauit: ut panem illum in loco deferret: ubi a nullo hominuz sumi ualeret. Coruus ergo patris mandatuz impleuit: & post triduum reuersus solitam ab eo escam accepit. Quod presbyter sentiēs septem puellas nudas in horto monasterii ludentes & canētes immisit: ut sic uel fratres eius ad libidinem inflammaret. Quod sanctus prospiciens emulationi cessit: & quibusdam fratrib⁹ secum assumptis habitationem mutauit. Statimq; solarium domus in qua erat florenti⁹ corruit & malignantem oppressit. ¶ Benedictus autem locum non hostem mutauit. Nā ad montem cassinum ueniens: templū apollinis ibi situm in sancti ioannis baptiste ecclesiam commutauit: & circū adiacentes homines ab idolatria conuertit. Quod diabolus moleste ferens: eidem teterrimus apparebat: & in eum ignem uisibiliter emittebat multaq; eidē conuitia inferebat. ¶ Quadaz die lapidem in terra iacentem multitudo fratrum in edificium leuare non poterant: donec uir sanctus aduenit: & demonem lapidi insidentem conspexit: sed signo crucis edito diabolus effugatur: & lapis faciliter a paucis fratribus subleuatur. ¶ Alia etiam uice demon coquinam monasterii ut cunctis uidebatur inflammauerat: fratresq; omnes ut ignem extinguerent aquam solicite deferebant: ubi autem abbas superuenit: & signū crucis edidit: omne illud incendiū ut phātasia euanuit: & nihil cōbusiste per effectum ostendit. ¶ Alias etiam malignus spiritus parietem quem fratres edificabant euertit: & puerum monachum ruina extixit: quem uir domini mortuum & lacerarū in sago ad se adduci fecit: & ipsum oratione suscitauit: & operi predicto eadē hora restituit. ¶ Laicus quidam ex deuotione semel per annum ad eum ieiunus uenire consueuerat.

Et cum semel ad cum uadens: alteriq; uiatori se iungens ab eo tertio pulsatus in quodam prato comedit: & sic ad benedictum uenit. Cui ille q̃ comederat mox patefecit: & de gulositate redarguit: laicusq; penitentiam egit. ¶ Totilla rex gothorum audiens: q̃ spiritum propheticum haberet: eu3 probare uolens: quendam spatharium suis regiis uestibus induit: & cum magno comitatu: uti regem ad benedictu3 misit. Quē ille uenientem conspiciens mox agnouit: & ut uestes regales sibi non ptinentes deponeret mandauit: & spathari⁹ confusus erubuit ¶ Clericū quendam a maligno spiritu uexatum liberauit. et tñ precepit ne ad sacros ordines unq̃ ascenderet: qđ si secus faceret eū demon iterato opprimeret. ¶ Cum autem clericus dudum mandatis paruisset: post tēpus aliqđ se consecrari fecit: ipsumq; continuo demon usq; ad spirit⁹ effusionē inuasit. ¶ Vir quidam duos flascones uini sibi miserat: quorum alterum portitor in uia abscōderat. Qui cum gratiaꝝ actione unum accepit: sed latorem ne de altero quem absconderat biberet omnino prohibuit. Qui cōfusus ab eo recessit & in flascone occultato serpētem inuenit: & de cōmisso penitentiam fecit. ¶ Filius defensoris monachus eidem cenanti candelam tenebat: & spiritu superbie i corde suo murmurabat indignum reputans: q̃ filius tāti uiri illi comedenti assisteret. Quod uir dei statim p spiritum agnouit: & ut cor suum contra tentationem signaret admonuit: atq; de manu eius lumē auferri precepit. Alia quoq; multa cordiū secreta cognouit: & multa que uentura erant spiritu prophetico predixit. ¶ Cum quosdam fratres ad locum construendum misisset: certo die se ad illos uenturum dixit: & qualiter operari debeat indicabit. Nocte uero dictu staturam p̄cedente: abbati & preposito illius loci per somnium apparuit: & qualiter locus cōstruendus esset per singula indicauit. Cum autē uisioni non crederent sed ipsum expectarēt: tandem reuersi sunt dicentes q̃ non uenerat diutius expectatus. Qui se uenisse ut promiserat per uisum asseruit: & q̃ ut i somnis moniti fuerant omnia facerent ordinauit. Quidam eius monachus tentatus de monasterio abiit: sed draconem maximū se deuorare nitentem inuenit: pterritusq; ad claustrum rediit & in promissione perseuerauit. ¶ Cū fames ualida regionem illam premeret: & quinq; solūmodo panes in monasterio superessent: fratribus cōquerentibus diuidi iussit: ipse uero nocte in oratione permansit. Et ecce mane ducenti farine modii ante fores monasterii inuenti sunt: sed unde uel a quo missi fuerint ignoratur. ¶ Eodem quoq; tempore cum omnia que i domo erant pauperib⁹ dispēsasset: modicum olei qđ in uitreo uase remanserat: pauperi elemosynam petenti dari iussit. Quod dispensator obedire contempsit: timens ne fratribus oleū deesset. Quod pater audiens: oleum per fenestram abiici iussit ne quid ibidem per inobedientiam remaneret. Cum aute3 uas super saxa deiectū nec fractum esset: nec oleu3 effusum: oleum cum uase petenti tribuit: & cum orasset dolium olei qđ uacuum erat usq; ad summum repletum oleum per pauimentum effudit. ¶ Rusticus quidam corpus defuncti filii in ulnis ad monasterium detulit: & ut puerum suscitaret: uirum dei cum lachrymis exorauit. Quem oratione premissa: ipse suscitatū patri restituit. Multisq; aliis signorum uirtutibus effulsit. Scripsitq; monachorum regulam sanctitate precipuam sermone luculentam: quia uir dei non potuit aliter docere q̃ uixit. ¶ Eodem anno quo migraturus erat obitum suum etiam absentibus fratribus nunciauit. Ante sextum uero exitus sui diem: apiri sibi sepulturā iussit. Moxq; correptus febribus. vii. die in ecclesiam portari se fecit: sumpto quoq; uiatico: inter discipulorum manus: ultimum spiritū inter uerba orationis efflauit. Eadem hora maurus monachus longe positus: ipsum uersus celos tendentem conspexit per uiam uidelicet orientis perlucidam ab eius cenobio usque ad celos pertingentem. Cuius corpus in cassineñ monasterio sepultum est. Quieuit in christo. xii. caleñ aprilis: circa annos domini. 518. tempore iustini senioris.

¶ De scō Benedicto papa prio. CCXV.

Benedictus papa hui⁹ nominis secundus natione romanus ex patre ionāe leoni secuodo in pontificatu romano successit: & sedit menses. x. dies. xii. Hic benedict⁹ ex uite sanctitate cum nomine concordauit. Et cum tam modico tempore sederit: multas tamen in urbe ecclesias reparauit. Hic ab ineunte etate ecclesie militauit. Atq; sic se diuinis scripturis & cantilene a puero: & in presbyteri dignitate nomine pariter & operibus exhibuit: ut digne ad pontificatus honorem perueniret. Paupertatis namq; fuit amator. Humilis mansuetus: & in omnib⁹ compatientiā habens: manuq; largissima. Hic constituit ut ad tumulandū romanum pontificem: omnes eiusdem ecclesie clerici conuenirent: similiter & ipse in eorum faceret obsequiis. Sepultusq; est apud sanctum petrum. Et cessauit episcopat⁹ mensibus. x. diebus. xv.

¶ De scõ benedicto monacho. CCXVI

Benedictus monachus in campanie partibus .40. ab urbe miliario in quodam monasterio fuit: etate quidem iuuenis sed morib⁹ grandeuus & in sancte conuersationis regula se fortiter stringens. Quem cũ tempore totille regis gothi repperissent: hunc incendere cum sua cellula moliti sunt. Ignem nãq; supposuerunt: & in circuitu oia arserunt: cellulam uero cõburere nequiuerunt. Quod illi uidentes magisq; seuientes: ipsumq; ex suo habitaculo educentes proximum accensum clibanum ꝑ coquendis panibus inspexerunt: eumq; in illo proiecerũt clibanumq; clauserunt. Sed die altero ita illesus inuentus est: ut nec caro eius: nec extrema uestimenta ullo modo cremarentur. hec gregori⁹ .5. dialog. cap. 18.

¶ De scõ serapione abbate. CCXVII

Serapion abbas ut in octauo libro historie tripartite: & in uitis patrum habetur: fuit in regione arsenoite pater decem miliũ monachorum: de labore manuum uictum querentium quotidianum. Tempore autem messis omnes ad metendum precio conducebantur: & quicquid acquirere potuissent indigentibus regionis & alexandrie carceratis ac peregrinis in eorum necessitatibus expendebant. ¶ Hic tempore iuuentutis existens monachus: post mensam cõmunem panem furabatur: quem sero latenter comedebat. Tandem ad cor rediens: abbati peccatum confessus est: moxq; ex ore eius quasi flamma ignis egressa fetorem sulphureum exhalauit. Hic sola unica sindone amictus: pane tantum pro cibo & aque potu cõtentus: nihil aliud quotidie sumebat: ¶ Cuȝ autem semel amictum suum pauperi tribuisset: & alteri nudo obuians tunicam dedisset: euangeliumq; tenens nudus sederet. Interrogatus quis eum expoliasset: respondit: ꝙ euangelium quod tenebat. Alias insuper pauperem tertium uidens: euangelium ipsum uendidit: & pauperi precium dedit: dicens ꝙ euangelium omnia precipit uendi: & pauperibus dari. Seipsum ergo euangelium uẽdi mandat. ¶ Alio tempore existens in quodam oppido paganorum: seipsum eis uendidit: quos postꝗ̃ uerbo & exemplo conuerterat: reddito precio ab eis recessit. Hoc idem fecit in lacedemonia apud athenas: seipsum uendens uni primario ciuitatis: ut ipsum cõuerteret: quod & fecit. Dormiuitq; in pace duodecimo calen. aprilis alexandrie tumulatus.

¶ De sancto aphrodisio episcopo & confessore. CCXVIII

Aphrodisius genere egyptius prefectus totius egypti erat tempore quo puero iesu in egyptum fugato: & in templo deorum delato idola omnia corruerunt. Quod cum aphrodisius tunc prefectus audisset: ad phanum in quo simulacra euersa fuerant accessit: & uiso puero iesu eum adorauit: ipsumq; una cum parentibus a furore pontificum idolorum eos in deorum suorũ ultionem occidere uolentium uiriliter defensauit. Et extunc in christum quasi ꝑ somnium credidit. Sed post ascensionem domini cum predicatio euangelii ad egyptum peruenisset: prefecturam deserens antiochiam uenit: & ibi baptizatus atque beati petri discipulus factus est. Cum quo postmodum romam iuit. A quo & directus est ad gallias predicandas. Qui etiam ibidem sancto paulo sergio episcopo narbonensi se associauit. A quo ordinatus bituricensis episcopus ad ipsam ciuitatem deuenit: ubi multo tempore officio predicationis insistens: & miraculoꝝ gloria refulgẽs: oẽm populum eiusdeȝ urbis christi domini subiugauit. Et uirtutibus ac etate maturus in domino quieuit. xi. calen. aprilis. Et sepultus est in ecclesia sua signis clarescens.

¶ De sancto uictoriano martyre. CCXIX

Victorianus adrumentine ciuitatis nobilis: ut dicit aphricanus: a quodam proconsule carthaginis quo nullus in persecutione ecclesie durior fuit: dum idolis immolare cogeretur: & omnino renueret. primo rebus spoliatus: deinde tantis tormentorum generibus cruciatus: quantus humanus sermo nõ poterit explicare: feliciter tripudians martyrium in eadem urbe cõsumauit decimo calen. aprilis. hec aphrican⁹.

¶ De sanctis frumentio & alio frumentio martyrib⁹. CCXX

Germani duo quorum uterque frumentius uocabatur aquisregieñ ciuitate oriundi apud tabadeñ oppidum passi sunt. Qui sibi inuicem iurauerunt tortores rogare: ut semper pari supplicio torquerentur. Tenti igitur a paganis cum die integro penderent suspensi molis in pedibus alligatis: unus eorum se deponi petiit: & inducias sibi dari. Sed ab altero confortatus: & penitens tortores rogabat: ut lapides maiores adiicerent. Deinde ambo laminis ignitis estuati: & post hec ungulis exarati: multis quoque cruciatibus uexati: ab ipsis tortoribus tedio derelicti: & a facie eorum proiecti spiritum domino reddiderũt: decimo calen. aprilis.

¶ De sanctis duodecim infantulis martyri-
bus. CCXXI.

DVodecim infantuli apud aphricã
sub persecutione uandalica passi
sunt Qui ab arrianis de numero
confessorꝝ xp̄i segregati:nõ spiri-
tu sed corpe : suggerẽte quodam
teuchario heretico:qa ipsos nouerat ad cãti
lenã uocales ac strenuos: carthaginẽ dedu-
cti sũt:ubi primo qa pueruli blãditiis sua-
si:dum arriane fidei cõsentire nollent: duris
simis uerberibꝰ tãdiu cesi sunt:quousqꝫ spi-
ritum emiserunt. Ibidẽqꝫ quasi in numero a-
postolorꝝ sepulti. Quorꝝ exẽplo duo nego-
ciatores quorꝝ uterqꝫ frumẽtius dictus est
&.v.eiusdẽ monasterii frẽs .s. liberatus ab-
fuit:sed de⁹ eos ad tēpus abscondit. ¶Post hec nabuchodonosor rex babylonis ascendens hierosolymã:cepit ioachim:& partem uasoꝝ tēpli asportauit:ipmq; in babylonem ducebat. In itinere uero remisit eũ acceptis obsidib⁹:daniele cũ trib⁹ pueris & aliis nobilibus iudeoꝝ:& imposito ei tributo. qui soluit ei tributũ ãnis trib⁹. Postmodũ uero audiẽs: ꝙ rex egypti ꝯtra nabuchodonosor bellum assumeret:tributũ denegauit:unde & rex babylonis ueniens hierusalem: intrauit eam sub iure federis: sed fide mox rupta iuuenes fortissimos cũ ioachim rege occidit & ioachim iechoniam ioachim filium patri equiuocũ regem cõstituit. Postea aũt timẽs ne ioachim memor paterne iniurie adherendo egyptiis cõtra se pugnaret:rediens iterũ hierusalẽ obsedit. Sed de consilio hieremie ioachim se cũ matre & oĩ familia nabuchodonosor tradidit:qui capta ciuitate ioachim & principes & multos de populo trãsmigrauit in babylonẽ cũ ezechiele & mardocheo. Hec aũt traductio filioꝝ iuda in babylonẽ dicit̃ transmigratio:sed alia que facta ẽ post euersionẽ hierusalẽ dicit̃ captiuitas. Constituit autẽ nabuchodonosor regem patruum ioachim sedechiã sub iureiurando: ꝙ ei seruiret sub tributo. Qui duobus annis ꝓmissa cõpleuit. Cũ aũt pseudoprophete deciperent sedechiam dicentes in ꝓximo babylonios ab egyptiis esse uincendos. Sedechias rex iuda cõtra iuramentũ suum regi chaldeoꝝ denegauit tributũ. Qua de re nabuchodonosor ueniẽs ĩ iudeã obsedit hierusalẽ. Interi uero falsi ꝓphete nunciabant regi ꝓspera sed falsa hieremias uero his cõtraria sed uera. Qui egrediens hierusalẽ ut ueniret ad uicũ suum anathoth tanq̃ fugeret ad hostes captus est & incarcerat⁹:nabuchodo. uero & nabuzardan hierusalẽ .18. mẽsib⁹ obsederũt. Tunc sedechias territus hieremiã de carcere tulit: & ꝓphetie ueritatẽ secreto inquirẽs audiuit Hieremias aũt ꝑnoscens templũ dñi euertendum diuo oraculo admonitus: tulit arcam testamenti cũ his que in ipsa erant:& ĩ montem abariã quẽ moyses ascenderat: ut terrã promissionis uideret deportauit:& precib⁹ suis eam absorberi fecit ĩ petra: digito uero nomen dei designans impssit: acsi ferro sculptum esset. Et extũc nec locũ quis cognoscere potest:nec nomẽ legere usq; in ꝑsens. Sepeq; nubes ut ignis fit super locum illũ nocturno tempore:eo ꝙ gloria dñi ab eius lege non desinat. Dixitq; hieremias presentib⁹ Dominus de syon recessit ad celos rursus in uirtute uenturus. Eritq; signum ꝑsentie ei⁹ quando uniuerse gentes adorauerint lignũ. ¶Deinde cum hieremias captiuitatem publice predicaret. Sedechias rex principibus eum petentibus tradidit. Qui cum eum ĩ lacũ deposuissent:ubi erat in luto usq; ad guttur:extraxit eũ ĩde abdemelech ethiops uir eunuchus pietate cõmotus. Tamen in carcere detentus est usq; ad diem quo capta ẽ hierusalẽ. Quam nabuchodonosor .18. mensib⁹ obsessam tandem cepit: fugientemq; regem sedechiam cõprehendit: filios eius occidit: & oculos ei eruit:ac uinctum cum principibus in babylonem adduxit. Nabusarachim uero princeps militie regis qui remanserat: templum & urbem succendit:murum euertit:& captiuos multos & uasa templi ĩ babylonem trãstulit. Godoliam uero pauperib⁹ in terra relictis prefecit:& hieremiam nolẽtem secum abire:sicut a rege in mandatis acceperat dimisit. Sed postq̃ godolias a quodam ismaele de semine regio interfectus est timentes sibi reliquie iudeorum contra cõsilium hieremie in egyptum descenderunt: & hieremiã & baruch secum inuitos duxerũt & habitauerunt in magdalo tãnis & mẽphi atq; fatures. Cumq; essent ibi hieremias regibus egypti signum dedit:ꝙ eorum idola subuerti oporteret: cum uirgo pareret:unũ sacerdotes eoꝝ ĩ secreto tẽpli loco imaginẽ uirginis & pueri statuentes adorabant. Dũ uero post tempora ptoleme⁹ eos interrogasset:cur hoc agerent:dixerũt paterne traditionis esse mysterium: qđ a scõ ꝓpheta maiores eoꝝ acceperãt:& ita futuꝝ esse credebãt ¶Et cũ hieremias ibidem populum de idolatria redargueret:insurrexit popul⁹ iudeorum ꝯtra eũ:& lapidauerunt eũ. Porro egyptii eũ honorauerunt:sepeliẽtes iuxta tumulum regum suorum:memores beneficiorum que prestiterat egyptiis. Oratione eñ sua fugauerat aspides & bestias aquaꝝ q̃s greci crocodilos uocant:qbus pri⁹ egypt⁹ molestabatur. Cuius corp⁹ alexander macedo transtulit alexandriam:& sepeliuit gloriose. Extunc quoq; a terra illa prohibiti sunt crocodili & aspides memorati. ¶Nõ solum aũt hieremias eius ꝓphetiã suo libro ꝯscripsit:sed ẽt ꝓpter mortẽ iosie regis iude elegometro trenoꝝ lamẽtationes composuit: qbus in exequiis funeralibus utebãtur cantores & cantatrices. Occubuit aũt scũs propheta calẽ. maii. Et hic nõ solum ecclesiastici .49. ĩ scõꝝ patꝝ catalogo scribitur:sed ẽt in plerisq; diuine scripture locis & a multis doctorib⁹ ut sanctissimus memoratur. Hec ioseph⁹: hieronym⁹: comestor & guilelm⁹.

¶De scõ baruch propheta. CX

BAruch propheta & scriptor hieremie fuit:ac ei in carcere minister & in exilio socius usq; ad diem mortis ipsius eum non deseruit. Multaq; ex ore ipsius con-

scripsit: ipse quoq; spiritũ propheticum habuit & multa ac magna mysteria de incarnatione domini prophetauit. Qui & cũ magistro suo a populo in egyptũ deductus post eius interfectionem in pace dormiuit. Sʒ q̃a dies certus eius obitus non habetur suo recte preceptori & magistro subiicitur. Sanctitatem uero huius prophete non solũ doctoris eius hieremie uita sanctissima quam bonum discipulũʒ imitatum fuisse cerdendum est: sed etiam eidem a spiritusancto tradita indicat prophetia: prophetauit aũt baruch in babylonia tempore captiuitatis iude: & uerba prophetie legit in auribus iechonie st ue ioachi regis iuda & ceteri populi trãsmigrati: ut ex textu ipsius libri liquido patet: propter q̃d arguendũ est baruch cum ceteris captiuis in babylonem adductum. Et inde forsitan obtenta a rege gratia redeundi eo q̃ hieremie fuisset consocius & discipul⁹ taliter ad iudeam reuersum: ut cum hieremia postmodum ut dictum est descenderit in egyptum. Hec notantur supra.

¶ De scõ andeolo martyre. CXI.

ANdeolus subdiaconus & mas a sancto policarpo epõ ex oriẽte cum benigno & andochio presbyteris: & thyrso diacono ad gallias predicãdas missus est. Quẽ seuerus cesar eius predicatione cõperta in territorio iuariẽn comprehensum: & spinosis fustibus flagellatum: xp̃m confitentem i carcerem trudi fecit. Dieq; sequenti facto de ligno durissimo ense ad formam gladii caput eius in modum crucis scindi precepit. Et sic eliso cerebro martyriũ consumauit calẽ. maii: ut dicit ado.

¶ De scõ sigismũdo rege & martyre. CXII.

SIgismundus rex & martyr filius genebaudi regis burgundie & eius post morteʒ in regno successor fuit tempore anastasii imparatoris ut ait sigibert⁹. Qui a pueritia xp̃ianissimus ecclesias & monasteria & sanctoꝝ limina uisitabat. Ieiuniis quoq; & orationibus intentus assidue pauperib⁹ uberes elemosynas ipendebat. Assumpto uero regno cultũ xp̃i ampliare curabat: eo q̃ adhuc burgũdiẽn gentilitati seruiebant. Dũq; loca martyrum plustraret uenit ad ciuitatem seduneñ ad locum agauneñ: ubi beatus mauritius cum sancta legione thebeoꝝ passi sunt. Ibiq; diuinitus inspiratus orabat ad dominum ut de consortio martyrũ effici mereretur. Angelus uero eidem tunc apparuit eũq; docuit: ut sicut audiret militie celestis alternatim psallentium choros: sic i ecclesia psalmos decantari institueret. Sanct⁹ ergo exteri⁹s auribus choros angelicos canentes audiuit: & ãgelica mãdata sicut audierat adimpleuit. Nam usq; ad illud tempus i ecclesiis gallie non alternatim: sed insimul ab omnibus psallebatur. ¶ Cuʒ igitur franci adhuc gentiles regnum burgundionuʒ depopularent: & multos ex suis adhuc paganis rex sibi aduersantes & gallis adherẽtes haberet: tonsa capitis coma & habitu religionis indutus ad locum predictoꝝ agaunensium martyrum latenter aufugit. Quo franci cũ burgundionib⁹ proditoribus peruenerunt. Tunc burgundiẽn regem cognitum & uinctũ frãcis tradiderunt: una cum coniuge & duob⁹ filiis ✝ sigiberto & ✝ gunterano. Quos illi ad locum qui dicitur belsa deducentes in puteo antiquo capitibus deorsum proiecerunt: taliq; martyrio ad dominum migrauerunt. cal. maii. Quorum corpora a limo cõtecta ibidem triennio iacuerunt. Sed cum sepius noctu a multis uiris sanctis supra locũ ipsum accense lampades uiderentur expletis tribus annis abbas ipsius loci ab angelo monitus corpora sanctoꝝ de puteo leuata i ecclesia sancti ioãnis euãgeliste tumulauit: ubi eoruʒ meritis multa miracula fiũt. Hoc autem speciali priuilegio sanctus iste martyr effulget: quia a febricitantibus inuocat⁹ cuiuscunq; generis febrẽ expellit. Hec sigibertus.

¶ De scõ amatore episcopo. CXIII

AMator eps antisiodoreñ in annis iuuenilibus litteris erudit⁹ deo iam deuotissimus a parentibus insignibus coactus uirginem desponsauit. Quam tamẽ ut uirginitateʒ profiteretur induxit: & ipse simili se uoto constrinxit. Cum autem uterq; uotum emisisset: angelus dñi eisdeʒ astitit⁹ duas coronas sibi afferẽs: & singulas singulis imponens: eos in scõ proposito ꝯfortauit: puella igitur monasterium uirginum ingressa est. Amator uero clericus factus post mortem eladii atisiodoreñ episcopi eideʒ in põtificatu surrogatur. Qui pluribus miraculis effulsit. Inter que dum p̃uam haberet ecclesiã que populum omnino capere non ualebat: rogauit obnixius ciuem quendam reptilum nomine: ut domum suam templo dei contiguam concederet ad ecclesiam ampliandã. Quod ille facere denegans: grauiter infirmatur. Sed sancto postulata concedens continuo liberatur. Sanctus ergo episcopus domum ecclesie adiiciẽs eandem in honorẽ ꝓtomris stephani fabricauit. In q̃ uerbuʒ domini predicabat. Sed cum obitum suum imminere conspiceret ad ecclesiam preiit: celebrataq; missa populo sermonem fecit: & i throno suo residẽs expirauit. Cuius anima in columbe specie celũ petere uisa fuit. Cor

pus quoq; eius in ipsa ecclesia tumulatum quiescit. Aqua uero qua corpus lotum fuerat: perfusus paralyticus curatus est. Quieuit in pace calē. maii.

¶ De letaniis. CXIIII

Letanie bis in anno fiunt scilicet in festo sancti marci: que dicitur letania maior: & triduo ante ascēsionem: que dicitur minor. Et interpretatur letania supplicatio uel rogatio. ¶ Letania autem maior tripliciter nominatur: scilicet letania maior: processio septiformis: & cruces nigre. Dicitur aūt letania maior: ratione instituētis: quia a magno gregorio papa urbis instituta est. Rōne loci: quia rome istituta ē: que caput orbis ē Ratione cause: qa pro magno morbo & grauissimo qui rome uiguit: scilicet pro epidemia inguinaria: que infinitum populum romanum extinxit: de quo dictum est supra in legenda gregorii pape quarto idus martii. ¶ Dicitur etiam processio septiformis: ex eo q̄ beatus gregorius processiones suas per septem ordines disposuerat. In primo enim ordine erat clerus. In secūdo monachi & religiosi. In tertio sanctimoniales. In quarto infantes. In quinto laici. In sexto uidue & cōtinentes. In septimo cōiugate. Sed quod mō non potest in numero personarum: supplerī in numero letaniarum: quia septies dici debent. ¶ Dicuntur & cruces nigre: quoniam in signum meroris ex tanta strage hominum & in signum penitentie nigris uestibus induebantur: propter eandem etiam causam cruces & altaria ciliciis uelabantur. ¶ Alia uero est letania minor: que fit trib⁹ dieb⁹ ante ascensionem: quam sanct⁹ mamertus uiēneñ eps ante institutionem prime instituit. Et dr̄ minor ad differentiā prime: quia instituta ē a minore episcopo: in minori loco: & ꝑ minori morbo. ¶ Causa autem huius institutionis fuit: quia tunc apud uiennam crebris & ualidis terremotibus domus & ecclesie subuertebantur: nocturni sonitus & clamores audiebantur: & lupis etiam nimia feritate ipsas ciuitates intrantib⁹ pueri & homines perfecti lacerabantur. Predict⁹ ergo eps triduanū ieiunium indixit: letanias instituit: & sic tribulatio conquieuit. Deinde ab ecclesia statutum est: ut hec letania uniuersaliter conseruet̄. ¶ Dicunt̄ etiā rogationes: qa tūc sanctorꝫ suffragia imploram⁹. Et merito talis obseruantia his dieb⁹ obseruāda ē multiplici rōne. Primo ut deus bella pacificet: que in uere frequenti⁹ cōcitant̄. Secūdo ut teneros adhuc fruct⁹ ꝯseruando multiplicet. Tertio ut mot⁹ carnales qui hoc tēpore magis uigent i se unusq̄sq; mortificet. Quarto ut ad receptionē spūssancti se quilibet magis habilitet. Quinto ut xpo ascendēte & dicente: petite & accipietis: quisq; ꝯfidenti⁹ postulet. Sexto ut ecclesia se carne macerans ꝑ ieiuniū & plumis amplificans ꝑ orōnem cū xpo ascendente liberius & facilius euolet. He due ultime rōnes sunt guilelmi antisiodoreñ. ¶ In his ergo letaniis cruces deferūt cāpane pulsāt: uexilla portāt: & oīuꝫ scōꝝ patrocinia generaliter implorant. Ideo aūt cruces deferimus: & campanas pulsam⁹: ut demones territi fugiant: uexilla regis eterni ꝯspicientes: eiusq; tubas excitatorias audientes. ¶ Vexilla deferimus ad representanduꝫ uictoriam ascensiōis xp̄i: qui cum preda celos ascendit: unde uexillū per aerea incedens est xp̄s ad celos ascendēs: populi qui sequūtur: sunt sci qui ab eo ad celestia subleuant̄. ¶ Sanctorꝫ autē omniū singulariter & generaliter suffragia imploramus. Primo ꝑpter nostram inopiam: quam habemus in merendo: ut ubi nostra nō suppetūt merita: patrocinentur aliena. Vel ꝑpter inopiam quā habemus in cōtemplando: ut qui non possum⁹ summā in se lucem aspicere saltem in sanctis aspiciamus. Vel ꝑpter inopiam: quam habemus in amando: qa plerūq; imperfect⁹ homo magis afficit̄ circa aliquē sanctū q̄ circa ipm deum. ¶ Secūdo ꝑpter sanctorꝫ gloriam: ut dum per eorꝫ suffragia quod petim⁹ imploramus: ipsos magnificentius collaudemus. ¶ Tertio ꝑpter dei reuerentiaꝫ: ut peccator qui deum offendit quasi nō audeat ipsum in personam ꝑpriam adire: sed sanctorꝫ possit patrocinia implorare. ¶ In his aūte letaniis consueuit illud canticum angelicum frequētari. Sancte de⁹: sancte fortis: sancte & immortalis miserere nobis. De quo refert damascē⁹ libro tertio: q̄ cum apud ꝯstantinopolim ꝑpter epidemiam letanie cum processione fierent. Puer de medio ppl̄i in celum raptus & istud beate trinitatis canticum ibidem edoctus rediens ad populum: illud frequentari docuit: & mox tribulatio cessauit. In chalcidoneñ quoq; cōcilio fuit istud canticum approbatum.

¶ De sancto athanasio episcopo & confessore. CXV

Athanasius eps alexandrin⁹ & doctor grecorum: de quo in libro decimo ecclesiastice historie: & ab aliis pluribus multa scribuntur tempore constantini & constantii eius filii arriani claruit. Qui a puerilib⁹ annis liberalibus disciplinis imbutus: & sacra philosophia eruditus: a sancto alexandro episcopo glorioso iene clericus factus & presbyter ordinatus: in predicando uerbum domini eidē coadiutor effectus est. Et inde una secum niceno concilio interfuit: & arrium

hereticum mirabiliter confutauit. Propter qd ab arrianis odio conceptus innũeras ab eisdem persecutiones ꝑpessus est. Quibus suggerentibus concilio iterum apud laodiciam conuocato dum omnes sederent: & disputatio incepta esset oratione tamen alexãdri episcopi & athanasii presbyteri premissa arrius secreta nature compulsus expetiit: ubi intestinis omnibus i secessum defluentibus expirauit. Quo miraculo multi arrianorum ad fidem catholicam redeunt: ceteri uero in athanasium amplius obstinati deseuiunt. Cum autem post mortem alexandri eidem in pontificatu successisset fidem catholicam scriptis & sermonibus defensabat: & arrianam perfidiam impugnabat. ℂ Verũ ex arrianorum emulatione ac susurratione constantio imperatori arriano exosus factus uelut hostis imperii censebatur. Delatus autem augusto de adulterio uiolenter illato: & de dextera arsenio eius diacono precisa apud tyrum ciuitatem imperatoris iussu ad concilium euocatur. Ingressusq; synodum mulier ipsum de adulterio falso accusabat: que & ipsum quẽ accusabat non cognoscebat. At uero timotheus sub nomine athanasii se excusat: mulier uero ipsum athanasiuʒ credens obiurgat: sicq; de falso crimine conuicta est & confusa. Deinde manus arida in loculo ꝑducit: que arsenio ab episcopo abscissa fuisse asserit. Episcopus uero arsenium latentem qui longius esse putabatur adesse fecit. quo ambas manus exhibente se innocentem probauit. Cum autem hec arriani magicis artibus deputarent: innocens athanasius uti culpabilis iudicatur ex urbe & sede propellitur ab imperatore proscribitur & per totum orbem occidendus inquiritur. Qui ubiq; ꝓfugus a maximino treuereñ episcopo benigne suscipitur: sed post modicum metu principis inde ꝓgreditur. Deinde. 6. ãnis latuit in sicca cisterna sola ei quadam ancilla uirgine ministrãte catholica: ubi symbolum. Quicunq; uult saluus esse: dictauit & scripsit. Cum autez persecutores sui illuc aduenissent: & nunciante ei ancilla athanasius aufugisset: illi hoc cognoscentes uirginem ad mortem ceciderunt. Post hec cum ad partes imperatoris constãtis fratris constantii occidentales uenisset: causamq; ipsius constans examinasset super episcopi iniusto exilio litteras fratri direxit: constantiusq; ipsum ut fratri complaceret ad sedem suam reuocauit. Sed modico post tempore ad instantiam arrianorum: iterum eum constantius eiiciens persequitur. iterumq; constantis comminationibus reuocatur. ℂ Defuncto uero constante soloq; regnante constantio cum athanasium suspectum haberet ꝙ sibi germanum inimicum fecisset suasu arrianorum tertio ipsum de sede propulit: & georgium arrianum sibi in episcopum surrogauit: missis per uniuersum orbem romanum litteris ut ubicunq; repert⁹ fuerit athanasius occidatur remuneratione taxata cuicunq;: qui caput athanasii imperatori obtulisset. Quo tempore sanctus uir toto orbe hincinde profugus euagatur. Aduersus quẽ reges ac principes & populi commouẽtur. Sed multis euasis periculis: & persecutionibus dei gratia reseruatur. Mortuo uero cõstantio & iuliano apostata ei succedente: & humanitatem fictam pretendente: ut ex hoc in initio suum imperium roboraret iussu iuliani omnes episcopi exulãtes ad suas ecclesias redire permittuntur. Sicq; athanasius alexandriam remeauit. ℂ Post modicum uero tempus diabolo suadente ad suggestionẽ magorum iuliano fauentium misit milites multos alexandriam ad athanasium perimẽdum. Qui per flumen nili cum paucis catholicis nauicula fugiens: persecutores obuios habuit. Illi uero eum presentem cernẽtes nõ agnoscunt: & de athanasio uti de alio interrogantes pertranseunt. Ipse uero alexandriam alia uia repetens usq; ad tempus pacis ibidem latenter permansit. Post mortem uero iuliani succedente in imperium iouiano catholico reducitur athanasius in ꝓpriam sedem: & restitutus honorifice post menses octo quieuit in pace anno episcopatus sui quinquagesimosexto sexto nonas maii. Ibiq; clarens miraculis tumulatur. ℂ Hic gloriosus doctor inter multa isignia eius sapientie opuscula: Duos aduersus gentes excudit uolumina: Contra ursatium & ualentem unum: De uirginitate unum: De persecutione arrianorum plurima: De psalmorum titulis unum: Historiaʒ antonii monachi uitam continentem insigni uolumine texuit. Epistolas insuper & alia multa que enarrare longum est edidit. Hec hieronym⁹ libro de illustribus.

ℂ De sancto florentio epo. CXVI

FLorentius & uindemialis episcopi taruisii translati quiescunt. Quorum uindemialis apher natione a sancto alpiano confessore doctus ad presbyteratus ordinem inde ad episcopatum peruenit: ubi una cum eugenio miraculis multis ostensis populum copiosum conuertit. Deinde pegrinationis gr̃a ad insulam corsicam uenientes in castris sauneñ & uadeñ: populũ a cultura draconis eruerunt: ligato orario ad collum

serpentis & ipso in mare demerso. Sicq; cō-
uersum populum baptizarunt. Post que san
ctus eugeni⁹ ibidem in castro uandeñ com-
moratus quieuit in pace: ubi etiam extat pu
teus ab eodem in mare defossus preter natu
ram dulcem aquam emanans. Vindemialis
uero regressus corsicam: ibidem in pace ui-
tam finiuit: & sepultus est ibi: ubi & olim sā
ctus florentius episcopus quiescebat. Vasta
ta uero corsica a saracenis: titianus taruisi-
nus episcopus illuc nauigio accedens: cor-
pora sanctorum florentii & uindemialis ob
tinuit: & taruisium translata in basilica san
cti ioannis baptiste deposuit. Que successor
eius rothari⁹ postmodum i maiori ecclesia
sancti petri honorabilius tumulauit. Horū
festum colitur. 6. noñ. maii.

¶ De inuentione sancte crucis. CXVII

INuētio sancte crucis dicitur: qa
eo die a sancta helena matre con
stantini imperatoris crux inuen-
ta fuisse perhibetur: Illud enim
preciosium lignum dominicum
in quo christus confixus fuit ducentis fe-
re annis sub terra iacuit. Anno autem do-
mini ducentesimo trigesimotertio congre-
gata est iuxta fluuium danubium multitu-
do innumerabilis barbarorū: uolentes flu-
uium transire: & omnes regiones usq; ad o-
rientem subiugare. Contra quos constanti-
nus imperator castra mouit: & contra da-
nubium se cum suo exercitu collocauit.
Visaq; barbarorū multitudine infinita iam
transeunte flumen extimuit: cum qua die se-
quenti erat prelium commissurus. Nocte au
tem ab angelo excitatur: & ut sursum respi-
ciat admonetur. Qui signum crucis uidit in
celo ex clarissimo lumine factum: literis
habens aureis circūscriptum. In hoc signo
uinces. Qui ꝯfortat⁹ licet adhuc gētilis cru
cis similitudinē fecit: & ipm ante exercitum
portari iussit. Vexilla quoq; militaria & ar-
ma cruce signari fecit: & irruens in hostes:
ipsos in fugam uertit: eorumq; maximā mul
titudinem interfecit. Reuersus ergo ad urbē
omnes idolorum pontifices conuocauit: &
cuius deorum hoc esset signum diligentius
inquisiuit. Quibus se nescire dicētibus: qui-
dam christiani eidem crucis mysterium ex-
plicarunt. Qui licet christum tanq̄ unum
deorum more gentilitatis in reuerentiā ha-
beret: tamen nec tunc perfecte credidit: nec
baptisma suscepit: donec plaga lepre eidem
superueniente a sancto siluestro mundatus
pariter & baptizatus est: ut supra actum est
in legenda sancti siluestri pridie calendas
ianuarii. ¶ Cum autem post disputationem
quam siluester cum iudeis habuerat: ut ibi-
dem dictum est. Helena imperatrix constan
tini mater ad christum conuersa fuisset: in-
fudit ei spiritus: ut lignum dominice crucis
requireret. Veniens igitur hierosolymam
cum exercitu maximo decima octaua die se
cundi mensis qui est aprilis omnes sapiētes
iudeorum qui per totam regionem reperiri
potuerunt: ad se congregari mandauit usq;
ad numero quingentos: qui nimium formi-
dantes inter sese perquirebant: cur eos regi
na sic coadunari mandauerat. Vnus ergo ex
ipsis iudas nomine dicere cepit: q̄ dubita-
bat: ne ab eis discere uellet: ubi lignum in
quo iesus crucifixus est existeret. Admonēs
ut nemo hoc confiteri presumeret: quia sta-
tim ut crux illa reperiretur: lex iudeorum
euacuabitur. Dicebat quoq; q̄ nouerat lo-
cum: ubi illud absconditum erat lignum.
Nam zacheus auus eius illud secreto reue-
lauerat patri suo simeoni: & pater ipsius iu-
de simon propalauerat sibi. Addens ipse za
chrus: q̄ cum illud lignum contigerit reue-
lari: gens iudeorum de cetero nunquam re-
gnaret: sed illi qui crucifixum adorant: eo
q̄ uere filius dei fuerat: prout ipse zacheus
clare didicerat. Nam in conspiratione mor-
tis christi nunquam assenserat: paterq; pro-
tomartyris stephani fuerat. ¶ Cum autem
iudei omnes predicta se nunquam audiuisse
assererent: iude sub obedientia mandaue-
runt: ut crucis lignum nullatenus reuelaret
Et cum ante reginam stetissent: & ipsa eos
de loco ubi crucifixus fuerat iesus interro-
gasset: ipsiq; se illud scire negarent: iussit e-
os oēs igne cremari. At illi timentes tradide
runt iudam: uiri iusti & prophete filium: &
optime legem scientem. Regina omnes di-
mittēs iudam solum tenuit: eiq; mortem aut
uitam proposuit: nisi sibi crucem domini-
cam demonstrabit. Qui nec crucem nec lo-
cum se scire dicebat: eo q̄ anni ducenti a pas
sione christi iam lapsi fuerant: quo tempo-
re ipse minime natus erat: ipsum ergo in pu
teum siccum iussit mitti: & ibidem fame cru
ciari. Cum autem septem diebus sine cibo
mansisset: die septio se extrahi petiit: & cru-
cem dominicam indicaturum promisit. Ex
tractus igitur concitus uenit ad locum gol-
gotha: & cum ibidem orasset: locus subito
commouetur & fumus aromatum miri odo
ris sentitur: ita ut iudas miratus christū con
fiteretur. Erat autem in loco prout in histo-
ria ecclesiastica traditur templum ueneris:
quod hadrianus imperator ibi cōstruxerat:
ut siquis in ipso loco christū adorare uellet
uenerem adorare uideretur: ob hoc locus

pene obliuioni datus fuerat: regina igitur templum funditus fecit destrui & locum arari. ¶ Post hec iudas cum sociis uiriliter fodere cepit: & uiginti passus fodiens tres cruces inuenit: quas regine detulit. Sed cum christi crucem a duabus latronum nescirent discernere: & circa horam nonam quidam mortuus in pheretro portaretur iudas pheretrum tenuit: & prima ac secunda cruce appositis mortuus minime se mouit. Apponit tertiam & protinus defunctus redit ad uitam. Quedã etiam mulier ciuitatis primaria semiuiua iacebat: ut dicit̃ in ecclesiastica historia. Ad quã hierosolymitã⁹ epũs primã & secundã crucem adhibuit & nihil profecit: tertia uero apposita confestim mulier sana surrexit. Hanc ergo crucem dñi fore intellexerunt: quantũ postmodum lecto eius titulo quem pilatus supperposuerat: q ex antiquitate fere deletus erat plenius cognouerunt. Diabolus autem terribiles emittens uoces cunctis audientib⁹ de iuda ꝯquerebatur: eidem quoq; tormenta & persecutiones plurimas minabatur. ¶ Post hec iudas baptizatus quiriacus uocatur: & hierosolymorum epõ defũcto iussu helene in episcopum ordinatur. Nam multo tempore regina ibidem fuit & cuncta sacra loca perlustrauit. Cum autẽ clauos dñi habere desideraret: rogauit episcopum qriacum ut ad locum pergeret & clauos perquireret. Qui cum uenisset & orationem fudisset continuo claui uelut aurum in terra fulgentes apparuerunt. Quos eps regie detulit: illaq; eos reuerenter adorauit. Crucem uero dominicam per medium secari fecit: & partem filio deportauit: partem uero thecis argenteis inclusam hierosolyme reliquit. Clauos uero dominicos secum adduxit. Quorum unum in galea alterum in freno imperatoris composuit: ut sic armatus armis dominicis securus ad bellum procederet. Tertiũ uero reseruauit uel ut quidam asserunt in mare adriaticum qđ tunc erat uorago nauigantium iactauit. Precipiens festum inuentionis sancte crucis singulis annis solẽniter celebrari p uniuersum orbem: uidelicet. v. noñ maii.

¶ De sanctis alexandro papa euẽtio & theodolo martyribus. CXVIII.

Alexander papa & martyr huius nominis primus cum duobus p̃sbyteris euentio & theodolo passus est rome sub persecutiõe traiani agente aurelião comite utriusq; militie. Hic natione romanus ex patre alexandro de regione capritauri: Euaristo pape in episcopatu romano successit: iuuenis quidem etate: uidelicet annorũ forte. 22. sed senior moribus: seditq; annos. x. menses viii. dies. xii. Hic sanctitate & scientia incõparabilis fideq; preclarissimus maximã partem senatorum urbis ꝯuertit ad dominum: prefectum quoq; hermete3 cum uxore & sorore theodora & filiis baptizauit cum. 1250 seruis suis cum uxoribus quoq; eorum & filiis quos omnes die sabbati pasche factos ingenuos sacri fontis unda ꝑfudit. Cum aute3 traianus imperator tunc absens hec audiẽs aurelianum comitẽ misisset ad urbem de seleucia hisaurie ad ꝑsequendos xpianos. Aurelianus hermetem prefectum apud quirinum tribunum carcerauit. Alexandrum uero in alia custodia in uinculis posuit. Qui tamẽ ut supra dictum est in passione quirini martyris. 5. cal. aprilis per puerũ qui faculam ferebat ardentem e carcere noctu p fenestram eductus ad domum quirini tribuni ubi hermes in custodia tenebatur ipsum quirinum conuertit: & iterum eadem nocte per eundem puerum ad carcerem suum reductus filiam ipsius quirini balbinam sibi delatam a strumate sanauit: & qrinum cum filia & omnibus in custodia ipsa detentis baptizauit. ¶ Postq̃ autem hermes & quirin⁹ ac theodora soror hermetis nec non ceteri christiani in custodia reperti ab aureliano comite passi sunt: ut in eorum singulis passionibus agitur: traiano iã defuncto hadriano uero in imperium sublimato: exhibitus est alexander cum sanctis theodolo & euẽtio presbyteris iam biennio in carcere detẽtis. Erat autem theodolus iam senex annoꝝ uidelicet: lxxxi. qui annorum. xx. presbyter fuerat ordinatus. Cumq; alexander confiteretur christum iussit eum iudex in equuleo leuari & ungulis ac lapidibus attrectari. Et cum hec patientissime tolerasset: fecit eu3 deponi & presbyteros applicari. Cum autem & ipsi christum confiterentur: iussit furnum incendi: & alexandrum atq; euentium simul uinctos intus iactari theodolo quasi semote spectante. Cum eis autem & ipse sponte in flammas prosiliuit. Et cum illesi educti fuissent: fecit aurelian⁹ sanctum alexandrũ pũctis creberrimis p tota pũgi mebra donec deficeret. Duos uero sãctos presbyteros gladio consumari. Quorũ corpora seuera quedam religiosa uia numentana in suo predio sepeliuit. v. noñ maii. ¶ Hic in canone memoriam passionis domini miscuit: a loco q pridie quã pateretur usq; in mei memoriam facietis. Hic precepit ut aqua uino misceretur in sacrificio ad designanda3 christi & ecclesie unione3: & ut oblatio fieret ex azimo non ex fermento propter christi corporis puritatem: & fieret in modica q̃titate dicens ꝙ hec oblatio q̃to rarior tanto potior. Constituit etiam aquam exorzizatã cu3 sale de

bus dominicis benedici & ex ea populum aspergi ad effugandas contrarias ualitudines & aereas potestates. Qui postea martyrio coronatus est: & cessauit episcopat⁹ dies uigintiquinq;.

¶ De scō iuuenale epō. CXIX

IVuenalis episcopus narnieñ dū esset presbyter & medicus ex aphrica romam ueniens a matrona christiana susceptus est. Audiens autem ab ea q̃ narniensis populus christianitatem nunq̃ recipere uoluisset: romanum pontificem adiit: & ab ipso p̄dicandi ad ipsam urbem licentiam postulauit. Quem papa eidem ciuitati episcopū delegauit: ubi predicans uerbum & miraculis coruscans multum populum conuertebat. ¶ Cum quidā de templo idolorum egressus: de imolatis idolo bolum in os episcopi mitteret: illeq; recipere recusans: os dentibus obseraret: p̄duxit ille cultellum: ut manubrio os eius uiolenter aperiret. Sed manu ei⁹ elapsa gladiū in guttur p̄priū itromittens continuo iugulatus expirauit. Quo miraculo uiso septem milia gentilium conuertuntur: inter quos baptizatur uenantia quedam nobilis matrona cum duobus filiis que deinceps scō d̄ suis facultatib⁹ ministrauit. ¶ Dū ligures & carpi multas ciuitates italie depopulassēt: narniū obsedert: sed or̄one sancti episcopi nimia tempestate & tonitruis subito ingruentibus: plusq̃ tria milia ex eis extincti sunt. Reliqui uero territi ab obsidione discesserunt. ¶ Cum die quadam de calice paruo crystallino quem habebat populū cōmunicaret: nihil superinfuso de uino sed libamine diuinitus excrescente omnibus satisfecit. Quieuit in domino uir sanctus anno septimo episcopatus sui cōpleto quinto noñ maii: sepultus ad portam superiorem uia flaminia miliario ab urbe roma quinquagesimoquinto. Cuius meritis naute fere trecenti in naufragio positi sanctum iuuenalem uocantes: ipsoq; super undas eis apparente tēpestate sedata ad portum incolumes peruenerunt.

¶ De sāctis quiriaco episcopo anna & amonio martyribus. CXX

QVirіacus episcop⁹ ille iudas fuit: qui cum helena crucem dominicam inuenit: ut supra actum ē de inuentione sancte crucis quinto nonas maii: Qui baptizatus & quiriacus uocatus episcopus hierosolymorum ordinatus est. ¶ Cum autem iulianus imperator apostata nominis christiani ad persas pergeret: ueniens hierusalem quiriacum episcopum teneri fecit: & ad deorum sacrificia inuitauit. Quod cum renueret: dexteram eius abscidi fecit: eo q̃ manu illa multis epistolas scripserat: quos a deorum sacrificiis reuocabat. Ille uero scandalum sui corporis precisum gaudebat: eo q̃ existens iudeus multos ne christum colerent scribens epistolas confortabat. Tunc iulianus plumbum liquefactum in os eius infundi iussit: Deinde super lectum ferreum uentre deorsum extendi: & carbones subterponi: ac salem & adipem aspergi: dorsum quoq; eius desuper uirgis cedi. Et cum in omnibus imobilis p̄mansisset: iussit eum i carcerē trudi. Ad quē ueniens anna ✝ mater eius filium in domino hortabatur. Quod iulianus audiens: fecit eam teneri: & per capillos appensam ungulari: ac lampades ardentes ei⁹ lateribus apponi: que cum ureretur emisit spiritum. ¶ Post hec imperator quiriacum eductum ilarem uultum habentem: iussit in foueam profundam serpentibus plenam iactari eodem a uenefico immissis. Sed tamen serpentes omnes subito extincti sunt. Quo uiso miraculo ✝ amonius incantator cōuersus est: & in christi confessione iussu imperatoris decollatus. Deinde mandauit iulianus quiriacum in caldariam oleo feruentissimo plenam immergi. Quam ille se signās sponte ingreditur: orans deum: ut iterum martyrio baptizaretur. Iratusq; iulianus in ipso cacabo eum gladio pectore transfodi mandauit. Sicq; martyrium suum consumauit quarto nonas maii die sabbati. Sepultusq; est hierosolymis cū ān̄a matre eius & amonio martyre.

¶ De scō floriano martyre. CXXI

FLorian⁹ martyr passus est apud lauriacum oppidum temporib⁹ diocletiani & maximiani imperatoru3 sub preside aquilino. Qui cum esset princeps officii miliaris in ceria urbe audiens qualiter quadraginta martyres christiani post diuersa supplicia ab aquilino preside in carcere detenti essent desiderio martyrii uale faciens militib⁹ suis uersus lauriacensem ciuitatem ire cepit Obuiusq; militibus qui a preside missi fuerant ad perquirendos christianos: seipsum sponte illis obtulit uti christianum. Quem illi tenentes duxerunt ad presidem: qui florianum christi nomen confitentem: primo atq; iterum a militibus propriis cedi iussit: deinde scapulas eius acutis configi. Et cum eum ad omnia supplicia paratum uidisset: iussit illum ad fluuium amisi adduci: & ligato ad collum eius saxo ipsum de ponte precipitari. Cū aūt eodem adduct⁹ orādi spatiū a militibus impetrasset: quidam miles ceteris crudelior superueniens ceterosq; de mora necis eius redarguens: illum in flumen

precipitauit. Statimq; oculi illius crepuerunt. ¶ Postq̄ uero sanctus martyr animā christo reddidit corpus eius super undas enatans in eminēti saxo ab aquis eiectū ē. Et superueniens aquila alis expansis in modū crucis corpus a feris protegebat. Tūc reuelante se scō martyre cuidā deuote matrone xpiane ostensisq; ei indiciis loci ubi eum inuenirer & ubi eum sepeliret: mulier iunctis bobus cū plaustro ad locū deuenit: & corpus inuentū uehiculo iposuit: sentib⁹ quoq; spinosis timore paganoꝝ operuit. Et interrogantibus qbusdā spinas collectas ad claudēdum hortum dicere simulauit. Deduxitq; corpus ad locū sibi a beato martyre demonstratū: ubi ipsum secreto tumulauit. Sed dū boues plaustrū trahentes i uia siti deficerēt nec aquam reperire possent: orante muliere & martyris auxiliū postulāte subito fons de terra erupit & satians aialibus usq; i presēs in ipo loco fluere nō desistit. Passus est aūt sanctus martyr .4. nonā maii.

¶ De scā herina uirgīe & mar̄e. CXXII.

HErina uirgo & martyr filia fuit licinii iperatoris in ciuitate magedon & licinie regine: que uirgo prius penelope uocabat̄. Pater uero eius turrim nobilissimā ꝯstruxit: & muro circūcinxit ac uiridarium plantauit: ipmq; locum cūctis delitiis repleuit: statuasq; .98. deoꝝ apposuit: ubi filiā suā annorum .vi. ꝑpter eius elegantiā usq; ad tēpus nuptiaruꝫ iclusit: datis ei ancillis .xiii. ad ministeriū & apeliano magr̄o ad litteras edocendū. Cū autem esset ānoꝝ .xii. die quadam colūba per fenestrā turris orientalem super mēsam paratā tulit oliuaꝫ: & per aliā fenestrā occidentalē coruus in eadem mensa deposuit uiperam. Quod cū magistro retulisset: exposuit coruum regem impiorum uiperam tribulationem sibi inferendam: colūbam regem celorum: oliuaꝫ uero pacem celicam sibi dandam. Pater uero eius uolens illam nuptui tradere ipsius animum requisiuit. Puella uero dierum .vii. acceptis induciis deos patris superinde cōsuluit. Sed ab eis nullo responso habito deum christianorum de quo audierat inuocauit. Cui statim angelus domini apparens eaꝫ in fide docuit mutatoq; nomine herinam uocauit. Sequenti uero die theotimus quidam presbyter ab angelo in turrem intromissus eam baptizauit: moxq; illa patris idola de turri ꝓiecit. pater uero post dies .vii. reuersus cum idola confracta uidisset ipsamq; christianam didicisset eam ad ciuitatem duci fecit: que iuxta urbis portam diabolum sibi apparentem & eidem cōminantem crucis signo fugauit. ¶ Cum autem christum confiteretur iussu patris uincta ungulis indomitorum equoꝝ terenda subiicitur: sed ipsa angelo assistente nil lesa: pr̄ morsu uni⁹ ex eqs occidit̄. Quē uirgo a mortuis suscitauit: & cōuersum una cum matre sua in turri reclusit donec penitentiam agerent. Ipsa uero in ciuitate remansit: ubi christum annuncians multos conuertit. Quod audiens sedechias deci⁹ frater licinii rex potentissimus uenit ad ipsam ciuitatem: & herinam comprehensam i foueam serpentibus plenaꝫ imitti fecit: ut ibi fame & reptilium morsibus deficeret. Que ab angelo cōfortata & serpentibus interfectis ibidem diebus .xiii. sine cibo permansit. Deinde decius pedes eius secari fecit. Sed continuo ab angelo ei restituti sunt. Post hec de consilio hipparchi comitis sub rota molendini ligatur & aqua laxatur: sed mox aque diuidunt̄ uincula eius rumpuntur: rotaq; permansit immobilis: & uirgo surrexit incolumis: unū & .viii. milia paganoꝝ cōuersi sunt: & lapidantes decium ex urbe deiecerunt: qui post dies modicos propter ictus lapidum expirauit. Filius autem nomine sapor mortem patris uindicare cupiens cum exercitu ciuitatem obsedit: sed dum uirgo stetisset in porta hostes omnes excecantur: & iterum eius orationibus illuminantur. Sapor uero urbem ingressus confixis clauis in calcaneis uirginis eidem imposuit massam quam portare fecit ad septem miliaria. Cūq; illesa redisset. triginta milia hominū conuersi sunt. Sapor uero a diabolo oppressus expirauit. ¶ Post hec ueniēs theotimus presbyter parētes uirginis & populum baptizauit: & eos in fide diligenter instruxit. Post ānos uero tres ueniens uirgo ad ciuitatem calanicum tentat̄ a numeriano rege pro christi nominis confessiōe. A quo i tres boues eneos ignitos successiue inclusa cum permāsisset illesa: & tertius bos acsi uiuus calorē sentiens: mugiens discurreret decem milia gentilium conuertuntur. Huic mortuo rege predicto a pretore quodam in ignem missa cum exisset tam membris quam uestibus inusta prerorē conuertit. ¶ Hinc ad urbem constantianā deueniens ramūq; oliue deferens diebus octo permāsit ibidem: & multos ad fidem adduxit. ¶ Inde ad niceam accedens saporeꝫ quēdam regē cū multis de populo christo acqsiuit: ubi diebus .lxxviii. permāsit. Post hec ad urbem propriam rediens patrem defunctum repperit: & diebus aliquibus ibi degens matrem in domino confortauit. Nouissime uero diuia uirtute assūpta ephesum deducit̄: ubi mītis oñsis miraculis & plurimis dño lucratis post dies .15. assūpto apeliāo didascalo suo cū aliis .6. uiris urbe exiuit: ubi nouum sepulchrum repperit. In quo se in-

cludi fecit: & ut post dies quattuor ad se redirent mandauit. Qui ad terminũ reuersi: amotoq; lapide sepulchrum uacuum inuenerunt. Cuius festum agitur. 4. noñ maii: quo uidelicet die sepulchrum intrauit.

¶ De sancta antonia uirgine & martyre. CXXIII

Ntonia uirgo apud nicomediam passa est: que nimiũ torta & uariis afflicta cruciatibus: post ab uno brachio trib⁹ diebus suspensa: deinde ĩ carcere biennio detrusa a priscilliano preside nouissime flammis exusta est 4. noñ maii. Hec hiero⁹ in martylogio.

¶ De sanctis siluano episcopo & socius martyribus. CXXIIII

Siluanus episcopus cum socus suis in palestina ciuitate gaza martyrium passus est. Hic enim cũ esset episcop⁹ tyri phenicis & annis fere quadraginta sacerdotio functus fuisset sub persecutione maximiani imperatoris uir mansuetudine animi & ipsa iam senectute uenerabilis: cum plurimis clericis suis & tribus iuuenibus xpianis bestiis subiecti hostia christi effecti sunt: sicq; martyrio coronati. 4. noñ maii.

¶ De sanctis q̃dragĩta martyrib⁹. CXXV

Quadraginta martyres sub psecutione diocletiani apud castrum lauriacum passi sunt agente preside aquilino: de quibus supra ĩ passiõe sancti floriani martyris actum est. Qui ab eodem preside post uaria & exquisita eis illata supplicia: uinculis duris artati in carcerẽ missi sunt. Quoq; passionibus florian⁹ martyr predict⁹ ad martyrii tolerantiam animatus est. Qui omnes dudũ reclusi & inedia afflicti: tãdem ĩ carcere spiritum tradiderunt. 4. noñ maii.

¶ De sanctis aliis quadraginta martyribus. CXXVI

Quadraginta alii sancti martyres in metallo phanensi passi sũt: de quibus scribit eusebius. 8. libro ecclesiastice historie cap̃. 14. q̃ tẽpore psecutiõis diocletiãe oẽs ĩsimul ꝓ xpi nois confessiõe capite cesi sunt. 4. noñ maii.

¶ De scis q̃dragĩta rusticis mr̃ib⁹. CXXVII

Quadraginta rustici mr̃es tp̃ibus gregorii pape primi martyrium passi sunt: q a lõgobardis capti carnes imolatitias comedere cõpellabãt. Cũq; dudũ resisterent post multas cõminationes eisdẽ a lõgobardis illatas: fideliter perstiterũt: ac ĩ sua ꝯstantia simul omnes gladiis cesi sunt. Hec grego⁹ 2. dialog. c. 27.

¶ De ascensione dñi nr̃i iesu xp̃i. CXXVIII

Ascensio dñi die q̃dragesimo a resurrectiõe ipsi⁹ facta est. Nam in ipsa die dñs discipulis bis apparuit: semel. xi.⁹ discipulis comedẽtibus ĩ cenaculo. Omnes quidem tam apostoli q̃ alii discipuli: nec non mulieres habitabant in illa parte hierusalẽ: que dicebatur mello in arce dauid: scilicet ĩ monte syon. Et erat ibi cenaculũ illud grande stratum: in quo dñs precepit sibi pascha parari: & in illo cenaculo tũc undecĩ apostoli habitabant. Ceteri autem discipuli & mulieres in eadem arce per diuersa hospitia: ubi dum discipuli recumberent domin⁹ eisdẽ apparuit: & illorum incredulitatem exprobrauit: & cum comedisset cum eis: & precepisset ut in montem oliueti uersus bethaniã irent: ibidem eis iterum apparuit: ac spiritũ sanctum eis se missurum promisit. Indiscrete quoq; de tempore futuro querentibus respondit: q eis datum nõ erat nosse tempora uel momenta. ¶ Tunc eleuatis manibus eis benedixit: & inde coram eis in celum ascendit. In quo loco cum postmodum edificata fuisset ecclesia: locus ille in quo steterũt xp̃i uestigia nunq̃ sterni potuit pauimento sed resiliebant marmora ĩ ora calcantium. Calcato quoq; puluere a dño adhuc uestigia impressa cernuntur: & eandem adhuc speciem terra custodit. Cum autem christ⁹ propria uirtute eleuatus aliquantulum ascendisset: uidelicet usq; ad nubes: tunc nubes clara inuoluit eum: & obtexit ab oculis discipulorum cum qua simul celos ascẽdit. Et intuentibus illis in aerea: postq̃ ip̃m amplius uidere nõ poterant: duo eisdem angeli in albis astiterũt dicẽtes: q iesus q ab eis assũpt⁹ in celũ fuerat: ĩ eadẽ carne & eodẽ mõ & ĩ ipso loco iudicatur⁹ orbem uentur⁹ erat. Tunc illi hierosolymã ad locum habitatiõis sue reuersi sunt: ꝓmissũ spiritũ paclitũ expectantes. Cui⁹ ascensiõis festum ad lĩam ꝯtigit. 5. noñ maii. ¶ Et qa de more est: ut eũ aliqs magnus dñs ad aliquas ptes uadit: q̃tuor ĩquiri solẽt. s. de loco unđ abiit: de tp̃e q̃n recessit: de mõ quẽ tenuit: & de fine ad quẽ pagrauit. Iccirco circa hanc ascensionẽ p̃dicta quattuor inquirenda sũt: uidelicet loci celsitudo: tẽporis plenitudo: modi rectitudo: & finis magnitudo. ¶ Circa primũ uidelicet circa loci celsitudinẽ sciendũ est: q xp̃s ascẽdit sup oẽs celos: ut dicit̃ eph. 4. Qui descẽdit ipse ẽ: & q ascẽdit sup oẽs celos. Est autẽ celũ materiale: rõnale: intellectuale: & supsubstãtiale. ¶ Celũ materiale triplex est. s. Aereũ uñ & aues celi dicũt̃ p aera uolitãtes math. 6. Respicite uolatil. ce. Ethereũ qđ diuisũ ẽ ĩ. 7. orbes planetaꝝ & firmamẽtu stellaꝝ fixaꝝ. eccle. 43. Spẽs celi gloria stellaꝝ

Et empyreuз qđ est de pura luce in quo est paradisus & sedes dei: psalmis. Dñs in celo pauit sedē suam. ¶ Celū rationale ē homo iustus ratione ĩhabitationis diuine: qa sicut celum est sedes dei: sic aĩa iusti sedes est sapiētie. ¶ Celū intellectuale ē angelus: angeli enim dicunt celi per similitudinē: qa sunt altissimi ratione dignitatis & excellētie: pulcherrimi ratione nature & glorie: & fortissimi rōe uirtutis & potentie iob. Celi. i. angeli nō sūt mundi. i conspectu ei⁹. ¶ Celū supsubstantiale est ipsa diuina excellētia de quo celo xp̃s uenit & postea usq; ad illud ascendit: psal. A sūmo celo egressio eius ꝛc. Ascendit ergo xp̃s sup oēs celos materiales: psalmista. Eleuata ē magnificētia tua sup celos. ¶ Super oēs celos rationales psalmista. Po nis nubē ascen. t. q ambu. supet pēnas uērorum. i. scōꝝ. ¶ Super celos intellectuales psalmista. Ascēdit super cherubi. ¶ Et ascēdit usq; ad celū supsubstantiale uidelicet usq; ad dei equalitatē marc. ulti. Assumptus ē i celū & se. a dex. dei. ¶ Circa ꝯm uidelicet circa tp̃is plenitudinem uidendum ē quare nō stati ut ꝯrexit ascendit: sꝫ tot dieb⁹ expectauit. Hoc aūt fecit triplici ratione. ¶ Prio propter resurrectiōis certificationē: que difficilius ꝓbaꝛ q̃ mors. Nam a prima die usq; ad tertiā uere poterat probari mors & passio: sed ad ueram resurrectionē ꝓbandā plures dies requirebanꝛ. leo papa. Quadragenarius ideo cōpletus ē numer⁹ sacratissima ordinatione dispositus ut dum in hoc spatio mora pñtie corpalis extenditur: fides resurrectionis documētis necessariis muniretur. ¶ Secundo propter apostoloꝝ cōsolationē. Quia eni ꝯsolatiōes diuine tribulationibus superabūdāt: & tēpus passionis fuit tribulationis apostoloꝝ: tp̃s aūt resurrectiōis fuit consolatiōis eoꝝ ideo plures debuerunt eē isti q̃ illi. Et hec ē rō damascēi. ¶ Tertio pp mysticā significationē: ut per hoc deꝛ itelligi ꝙ consolationes diuine tribulationib⁹ cōpantur sicut dies ad horā: qđ patet p hoc ꝙ dñs. 40. horas mortuus fuit: qđ erat tp̃s tribulationis: per. 40. uero dies resurgens apparuit: qđ erat tp̃s ꝯsolatiōis: unde glo. 40. inquit horis mortuus fuerat: ꝓpter hoc. 40. diebus uiuere confirmabat. ¶ Circa tertiuꝫ uidelicet circa modi rectitudinē qualiter. s. ascendit sciendū est ꝙ ascendit. ¶ Primo potenter: quia uirib⁹ ꝓprus isa. 67. Quis est iste qui uenit de edon & infra gradiēs i multitudinē uirtutis sue. Io. 3. Nemo ascendit in celum. s. uirtute propria nisi q descendit de celo ꝛc. licet eni in quodā quasi globo nubis ascēderit. Hoc tñ nō fecit qa nubis officio indigeret: sꝫ ut per hoc oñdereꝛ ꝙ oīs creatura pata est obsequi creatori suo. Ip̃e eni potentia sue diuinitatis ascendit. Et in hoc notatur differētia ꝯm qđ dicit i historia scholastica inter xp̃m enoch & heliam. Nā enoch trāslatus est. Helias igneo curru subuectus sed iesus ꝓpria uirtute ascendit. Primus ꝯm gregoriū p coitū generat⁹ & generās. Secūdus generat⁹ sed nō generās. Tertius nec generatus nec generās. ¶ Secūdo ascendit patenter: quia uidentib⁹ discipulis act. i. uidētibus illis eleuat⁹ est. Ideo eni illis uidentibus ascendere uoluit ut dicit glo. ut ipsum ascensionis testes existerēt & naturaꝫ humanam i celum ferri gauderēt: & ip̃m semp desiderarēt. ¶ Tertio letanter quia iubilantibus angelis psalmista. Ascendit deus in iubilatione. Dicitur ꝙ hymnū illū ascensionis: Iesu nr̃a redemptio. ascēdente xp̃o angeli ꝑsonam humane nature ꝯposuerunt & eadem forma & eodē tono quo ipꝫ canit ecclesia ip̃m decantauerūt: quē apostoli audientes p spiritūsanctū mox didicerunt & ecclesie canendum tradiderunt. ¶ Quarto feliciter: quia comitantibus scis. Nam predā quā īferno subtraxit ad celos secū deducit psalmista. Dñs in sinai scō ascendēs in altū cap. duxit captiuitatē. ¶ Quinto uelociter qa uelocius q̃ uolātib⁹ alis. psalmista Volauit super pēnas uentoꝝ: nō eni uenti tanta uelocitate īpelluntur psalmista. Exultauit ut gigas ad cur. uiā ꝛc. Valde eni uelociter ascendit qñ tantum spatiū i momēto ꝑcurrit. ambrosius. Saltu quodam xp̃s uenit in hūc mūdum & saltu uelocissimo ascendit in celum. ¶ Circa quartū autem uidelicet circa finis magnitudinē sciendūꝫ est ꝙ ascensionis xp̃i x. fuerunt fructus siue utilitates. Pria est innuatio amoris diuini ioan. 16. nisi ego abiero pa. non ueni. ad uos ꝛc. ubi dicit augustinus. Si carnaliter hesitaueritis capaces spiritussancti non eritis. ¶ Secūda maior cognitio dei ioā. xiiii. si diligeritis me gaude. utiq; quia uado ad patrē: ubi aug⁹. ideo subtraho formā istam serui in qua pater maior me est: ut deū specialiter uidere possitis. Tertia est meritum fidei: leo papa in ꝯmōe. Magnarum eni hic uigor ē mentium incunctanter credere que corporeo nō uidentur intuitu: & ibi figere desiderium quo nequeas inferre conspectum. ¶ Quarta est nostra securitas. Ideo enim ascendit ut noster ad patrem aduocatus sit. pria Ioan. 2. Aduocatū habemus apud patrem iesum xp̃m iustū ꝛc. Ber. Securum accessum hēs ad deum o hō: ubi mater est ante filium & filius ante patrem: mater ostendit filio pectus & ubera: filius ostendit patri latus & uulnera: nulla ergo poterit esse repulsa ubi tot concurrunt charitatis insignia. ¶ Quita est maxima dignitas: magna enim dignitas est quando

nostra natura usq; ad dexterā dei pr̄is exal/
tata est. Hanc dignitatē in hominibus angeli
considerantes: qui in lege ueteri se adorari
pmittūt: deinceps adorare se phibēt apoca.
19. Cecidi ante pedes angeli: ut adorarē eū:
& dixit m hi: uide ne feceris &c. Leo papa. Na
tura hodie nostre humilitatis ultra cuncta/
rum altitudinē potestatū ad dei patris est p/
uecta cōsessum. ¶ Sexta est spei nr̄e soliditas
hebr. 4. Hn̄tes pōtificē magnū q penetrauit
celos: iesū filiū dī teneam⁹ spei nr̄e cōfessionē
Hiero⁹: Xp̄i ascensio nr̄a est puectio: & quo
pcessit gloria capitis eo spes tēdit & corpis
¶ Septima est uie ostēsio Mich. 2. Ascendit
iter pandens ante eos. Aug⁹ Via tibi fact⁹ est
ipse saluator: surge & ambula: habes quo:
noli pigrescere. ¶ Octaua est ianue celestis
aptio. Sicut eni prim⁹ adā apuit ianuas infer
ni: sic & secūdus padisi: unde cantat ecclesia
Tu deuicto mortis acu. apui. creden. regna
celoꝝ. ¶ Nona est loci pparatio. Ioā. 15. Va/
do pare uobis locū. Aug⁹ Dn̄e para: quod
paras: & te nobis paras: qm̄ ante locū paras
& tibi in nobis & i te nobis. ¶ Decima & ul/
tima ē spūs̄ci missio. Ioā. 16. Expedit uobis
ut ego uadā. Si eni nō abiero: paraclit⁹ non
ueniet ad uos. Si aūt abiero: mittā eū ad uos
Hoc aūt iō xp̄s disposuit: ut spiritūsanctū a
pr̄e & filio mitti ostenderet: ne si anteq̄ xp̄s
ascenderet mitteret: a solo fortasse pr̄e mitti
putaret: & p cōsequēs a solo pr̄e pcedere ui
deret: s̄m qd̄ grec⁹ error suadet: cōtra quē ē
exp̄ssa auctoritas ueritatis. Ioā 15. Cum ue/
nerit paraclit⁹: quem ego mittā uobis a pa/
tre &c. ubi dicit beda: q ipsa missio ipsa est
& processio.

¶ De scō gotardo epo & cōfessore. CXXIX

Gotardus ep̄s tēpore sci henrici
impatoris claruit: qui in alcensi
monasterio enutritus: sub henri
co duce bauarie ibidē abbas ef/
fect⁹: monasterio laudabiliter p̄
fuit. Deinde mandato regis p uiligisum ar/
chiep̄m herc. ad monasteriu ueldeñ regi/
men pmotus est: gareñ & cremeñ monaste/
riis eidem in cura cōmissis: iñ alohen rediēs
a scō impatore hērico ad himeñ ep̄atum uo
catus dudū renuit. Cū aūt dn̄a nr̄a ei appa/
ruisset: & eū in ecclesia ductū ut a crucifixo
uenia peteret induxisset: ille pstratus humi
ante crucifixū misericordiā postulauit. Sta/
timq; btā uirgo uersiculū illū cōcinere cepit
Infunde unctionē tuam &c. Quod ille intelli
gens: & diue uoluntati resistere metuēs: epi/
scopari cōsensit. Et in ep̄atu suo gregem dn̄i/
cum solicite pcurauit. ¶ Cum a quadā nobi
le dn̄a noīe sophia de possessiōe ecclesie infe
staret: die quadā ad eam accessit: & ipsaꝫ co
ram summo iudice sup cā ecclesie in pximo
uēturo festo purificatiōis citauit. Seq; cum
quodā ei⁹ clerico puero eadem hora migra/
turum post dies modicos esse p̄dixit. Moxq;
una cum p̄dicto puero langore detineri ce/
pit. Et dū in festo ascensionis quod anno illo
die transitus eius occurrit hora matutinali
in ecclesia cantaret antiphona illa Ascendo
ad patrem meū &c. Ille una cū dicto puero
una & eadem hora spiritū emisit. Post cui⁹
obitum instante purificationis festo: tūc sub
sequente predicta sophia defuncta est. Quie
uit in xp̄o sanctus gotardus. iii. noñ maii.
Hec frater bartholemeus.

¶ De scō andoeuo epo. CXXX

Andoeuus ep̄us oppido suessionis
noie sauciato claris parentib⁹ or
tus frater sanctoꝝ adonis & cha
donis sub rege francoꝝ lothario
inde sub dagoberto in regali pa
latio regni negocia strenue ministrabat. Sed
eum ado monach⁹ fact⁹ fuisset: rhado thesau
rorum regalium curā habebat. Quo tēpo/
re sanct⁹ eligius nouioneñ etiā in regis pa/
latio clarus erat. Andoeuus uero xp̄o mili/
tare cupiens: a rege phibebatur: sanctitate
tamē ppollens sub ueste preciosa cilicio ute
bat. In ppriii possessiōe patrimonii monaste
rium cōstituxit: & dotauit: eiq; sanctū agiluꝫ
columbani discipulum p̄fecit. ¶ Deinde cō/
sentiente rege clericus fact⁹ defuncto roma/
no rothomageñ epo: andoeuus eligitur: sed
anteq̄ cōsecrari uellet: ad hispanias p̄dicādas
accessit: ubi & miracula ostendit. Nā quēdā
die dominico in mola laborantem: cui man⁹
arida facta mole adheserat: subito peniten/
tem sanauit. Consecratusq; est eodem die cū
sancto eligio nouioneñ epo. In huius sci cu/
biculo lux imensa sepius celitus infusa con/
spicitur: & uoces angelice secum colloquen
tes audiuntur. ¶ Dum semel parectā suam
circuiens iuxta locum qui dicit̄ ad crucem
sancti andoeui i curru sedens trāsiret: & mu
li currum trahentes nullo stimulo uel uer/
bere se inde moueri possent: ep̄s i aere signū
crucis fulgentem pspexit: ubi & crucē ligne
am in testimoniū affixit: & sanctoꝝ reliquias
apposuit. Ibiq; nocte sequenti colūna ignea
in aere apparuit. Vbi & postmodū monaste
rio fabricato: sanct⁹ leufridus cū monachis
plurimis domino seruiuerūt. ¶ Vanuinguꝫ
qnendam diuitem in extremis laborante: p/
missione ab eo suscepta q in beneficii uiceꝫ
cenobium construeret: pristine sanitati resti
tuit: ille q; promissa cōplere curauit. ¶ Cui/
dam quoq; muto per. xi. ānos loquelā amis/
sam restituit. Et in uerduneñ urbe oppressū
a diabolo liberauit. Rexit ecclesiā suā annis
44. & nonagenari⁹ ad dominū emigrauit. 5.
noñ maii: ibiq; sepultus est.

¶ De scō hilario episcopo. CXXXI.

Hillarius arelateñ eṗs uir i sanctis scripturis doctus & doctor iclytus fuit. Qui paupratis amator erga iopū ꝯpassionē pietate mentis & corporis labore solicitus: grandi & solerti cura pauperes aluit & i docendo gratissimus extitit: multos sermones splendidos ad populū fudit: & plurima eruditionū opuscula ꝯpilauit: uolumē grande de fide .xii. libris explicitū ſmone splēdido exarauit. Beati quoq; honorati ṗdecessoris sui uitam cū multorum utilitate ꝯposuit. Finē uite dedit ualentiani & martiani tēporibꝰ 5. noñ maii. Hec gennadius libro de uiris illustribus.

¶ De scō eutimo martyre. CXXXII.

Evtimꝰ diaconus & mr̄ apud alexandrie ciuitatē pro xp̄i fide ab infidelibus xp̄ianitatē emulantibus detentus: & dudū i carcerali ergastulo uinculis artatus: & inedia maceratus in cōfessiōe emisit spiritum 5. noñ maii. ut dicit ado.

¶ De scis hyreneo & sociis mr̄. CXXXIII.

Hyreneus & peregrinꝰ mr̄es & hyrenis uirgo apud thessalonicam ciuitatē dū ueritatem sacre fidei ꝯtestari ausi fuissent: paganoruꝫ rabie detenti atq; insimul ignibꝰ combusti palmas martyrii perceperunt. 5. noñ maii. hec ado.

¶ De scō ioāne añ portā latinā. CXXXIIII.

Ioānes euāgelista ideo ante portam latinā dicitur: quia in urbe roma i ipso loco i feruentis olei dolio missus dina gratia ide exiuit illesus. Nā ut in eius legenda aliqualiter tactum ē. vi. cal. ianuarii. Cū domitianꝰ ipator scdam post neronem in xp̄ianos ꝑsecutionē excitasset: & beatꝰ euangelista apud ephesum predicaret a proconsule tentus iuxta edictum impiale admonebatur xp̄m negare & a predicatione cessare. Quod cum apostolus recusaret dicens ꝙ obedire deo magis q̄ hominibus opteret: proconsul eum in custodiā misit & de eo per litteras iperatori suggessit. Cui domitianꝰ rescripsit ut ioannē catenis uinctum ab epheso secum romā adduceret. Cū ergo a ꝑconsule ad urbem adductus esset: mādauit ipator ꝑconsuli: ut ioānē apud portā que latina dr̄ i doliū feruentis olei mitteret: priꝰ tn̄ ipsum more romāo flagellis cederet & crines capitis eiꝰ funditus tonderet ut sic despectus & illusus omnibus apperet. Tunc procōsul iuxta mādatum cesaris ioannem ante portam latinam adductū prius flagellari: deinde crinibꝰ tondi fecit: ac demum in dolium feruentis olei mergi. Qui cōiectus in illud unctus nō adustus de uase exiit: & tam a pena illesus fuit q̄ a coreuptione carnis immunis permāsit. Procōsul aūt tanto miraculo stupefactꝰ eū liberū dimisisset nisi impatorē offendere timuisset. Sed in insulā pathmos ipm in exilium duci fecit: & sic furorē domitiani tēperauit. In loco aūt illo ubi in oleum missus est: xp̄iani ꝑcessu temporis ecclesiam eiꝰ nomini fabricarunt: & festū eius ipsa die celebrare ceperunt: uidelicet pridie noñ maii.

¶ Hic beatus apostolus & euangelista in ṗdicta insula relegatus: apocalypsim quā ei dn̄s reuelauit greco sermone manu sua conscripsit: quā interpretati sunt iustinꝰ mr̄ & hyreneus. Scripsit & epistolam canonicam cuius initiuꝫ est. Quod fuit ab initio ꝛc. que a cunctis ecclesiis & uiris eruditissimis approbaṫ. Relique aūt due que ioānis intitulātur. Alteri ioāni ṗsbytero ascribunṫ. Cuius & sepulchrū apud ephesum demonstratur. Nouissimus autē oium & finē scripturarum suarū scripsit euangelium ab asie eṗis rogatus aduersus cerinthū aliosq; hereticos: & ṗcipue ebionitaꝝ tunc dogma ꝯsurgens. q asserunt xp̄m ante mariā non fuisse: unde etiā ꝯpulsus est diuinā uerbi natiuitatē edicere. Hec hieronymꝰ de uiris illustribus. ¶ Refert quoq; hellinandus ꝙ euangelium ꝯscripturus triduanū ieiuniū omni ecclesie indixit: ut digna deo cōscribere posset. In loco autem ubi euangelium scripserat: licet nullo sit opimēto munitus: nihil hactenꝰ ibi is aut pluuie decidit: ut per hoc appareat quātam ipi loco elemēta usq; in presens reuerētiam ꝑuant.

¶ De scō ioāne damascēo ṗsby. CXXXV.

Ioānes presbyter cognomie damascenus apud cōstātinopoliꝫ floruit tpe theodosii. 3. ipatoris. Hic filius mesue saraceni apud damascum exortꝰ unde & damascenus dictus est ab annis puerilibus cultu iudeus in iudaismo natus & educatus liberalibus sciētiis & philosophicis ibutꝰ: litterisq; grecis hebraicis pariter & latinis eruditꝰ libros utiles i medicinalibus utpote peritissimus medicus ꝯfecit. De iudaismo tandē adhuc iuuenis ad xp̄m ꝯuersus constantinopolim ueniens sub anastasio ṡo impatore mōachalē habitū sumpsit. Et uirgo ꝑmanens in amorē beate uirginis totum se cōtulit: pluraq; dictamina in eius laudibus cōponebat: & cōposita scribebat: multisq; nobiliū filiis multa legebat. Cum autē die quadā post lectionē cum scholaribꝰ iret spatiando: pyrate saracenoꝝ eū subito rapuerunt & ad egyptum ducentes cuidam saraceno diuiti uendiderunt. Qui aduertens eiꝰ piciam filiū sui

eidem instruendũ tradidit: & ipm honorifice tractauit. Qui puer acerrimi ingenii infra paucos annos plenius erudiuit: illeq; magistri modũ dictandi & scribendi adeo didicit ut nec stilum nec scripturã alterutrius quis discernere posset. Mortuo uero anastasio imperatore: theodosius fact⁹ impator: qui i iuuētute ei fuerat amicissim⁹: ioannē precib⁹ ac ꝑcio multo a saraceno redemit: quē ꝯstantinopolim deductũ suum cancellariũ fecit: eiusq; ꝯsilio & industrie curiam totã regendam cōmisit. Filius aũt saraceni quē docuerat iam magn⁹ effect⁹ & glorie ꝑceptoris inuidēs: cogitans quō honorem magistri ꝯsequi posset: ꝯstantinopolim ueniens sub noīe ioānis litteras ꝯfinxit: quas saracenoꝝ soldano dirigebat: in qbus ei significabat: q; memor beneficioꝝ in partib⁹ egypti a saracenis receptoꝝ libēter uellet soldanũ grecie dñari: & q; impator exercitum grecoꝝ ad ptes remotas cōducere debebat. Et q; si cum gente sua ad urbē regiam festinaret: subito & sine obstaculo impiũ grecie obtineret. Has autē lr̃as iuuenis ille in ꝯsistorio causaꝝ ex industria ꝓiecit: & abiit. Reperte igit lr̃e & imperatori theodosio exhibite: ꝓcul dubio ioannis epistole sunt iudicate attēto mō dictaminis & scripture. Captus ioānes impatori ꝑsentat: & an litteras illas scripserit: ipm august⁹ sciscitat. Ioānes rñdet: q; stilum & litterarum formã suum esse negare nequit: sed teste deo illas epistolas nunq̃ scripsit. Cũq; ꝓpter ꝯfusam responsionē adhuc maior suspitio esset cōtra eũ: & quidã ipm ut ꝓditorē dicerēt occidendũ. Impator fecit ei dexteram amputari: & ꝓditorem suũ & impii publice ꝓclamari: & ad ꝑpetuam eius ꝯfusionē manũ i ecclesia sue abbatie suspendi: ipmq; ad monasteriũ suũ iussit reduci. Qui sepius cũ lachrymis uirginis solatiũ implorabat: & iniuriã patientissime tolerabat. ❡ Cũ aũt quadã die ueneris nocte diei sabbati aduenientis dudũ in orōne uigilasset: & truncũ brachium uirgini ostendisset: & post fletũ leuiter dormitasset: uirgo gloriosa ei apparuit: eũq; ꝯfortar cepit. Ille uero ecōtra se nimiũ asserebat dolere: qa ꝯfusionē suam & monachoꝝ cōtinue ꝯpellebar aspicere: & quia de ea repta dictamina nō poterat: ut solebat eō scribere: nec corpus dñicum de ipsa celerãs amplius cōtrectare. Tunc btã uirgo manuz appensam: ut sibi p somniũ uidebar: accepit & oi dolore remoto brachio restituit. Euigilãs ioānes manũ sibi restitutã inuenit: & que erat iam arida carne recentē ꝯspexit. Ipsaq; die sacris idutus missam btē uirginis cũctis stupentib⁹ solēniter celebrauit. Impator miraculum uidens ioāni ueniam petiit: ipmq; officio suo rr̃stituēs honorifice eũ ptractauit. Queritq; ab eo: si aliquē suum modũ dictãdi & scribēdi docuerat: illeq; cuncta p ordinem ei narrat. Quesitus calũniator capit: & peccatum ꝯfitens suspēdio iudicar: sed ioanni p eo interueniente mors in exiliũ cōmutatur. Post aliquot annos scũs uir officio renunciauit: & in monasterio suo degens i scã religione uitam finiuit ãno. 75. etatis sue pridie noñ maii: sepultus ꝯstantinopoli miraculis clar⁹. ❡ Hic scũs doctor libꝝ cōposuit orthodoxe fidei certam traditionē cōtinētem in q̃ttuor libris digestũ: quē burgūdi⁹ pisanus causidic⁹ eugenio pape tertio ð greco transtulit in latinũ. Libꝝ etiã compilauit de uita & moribus saluatoris: oia xp̄i & genitricis gesta ab incarnatione usq; ad ascensionem seriose & particulariter continentē. Libꝝ de laude uirginis rhythmico stilo latine cōpositum. Scripsit etiã uitam balaã & iosaphath eremitaꝝ. Aliosq; plures elegantes sermones & tractatus putiles cōpilauit. hymnos & sequentias & alias laudes i honorem genitricis & geniti metro dictauit: que qa greco s̃mōe ꝯgesta fuerãt metro trãsferri nō potuerũt. Et alia plura utilia digessit.

❡ De scō lucio cyreneñ epo CXXXVI

Luci⁹ eps cyreneñ de quo fact⁹ lucas actu. 13. mētionē facit: a scis apostolis prim⁹ apud cyrenē pōtifex ordinatus est: quo officio ꝑdicationis fidelissime pacto scitate & doctrina ꝯspicu⁹ quieuit in pace pridie noñ maii: ut dicit hieronymus in martylogio suo.

❡ De scō enodio epo & martyre. CXXXVII

Enodi⁹ eps apud antiochiã martyriũ passus ē: de quo scũs ignati⁹ scribit: q; primus ibidē ab apostolis eps est istitut⁹. Qui apud eandem urbē sub ꝑsecutione neronis impatoris glorioso martyrio coronatus uitam finiuit: ibiq; sepultus est pridie calendas maii.

❡ De scã flauia domitilla uirgine & martyre. CXXXVIII

Flauia domitilla uirgo apud taracinam campanie ciuitatē sub domitiano passa est. Que cũ eēt flauiii clementis ꝯsulis ex sorore neptis: Aureliano filio ꝯsulis nepoti domitiani impatoris in ꝯiugium tradita est: datis sibi duobus eunuchis cubiculariis: uidelz nereo & archileo. Cũq; puella auro & ꝑciosis uestib⁹ regeret: nere⁹ & arcbile⁹ q occulte xp̄iani erant: eidē fidem ꝑdicauerũt: & uirginitatē multipliciter cōmendauerũt: in tantum ut ipsa in xp̄m crederet: & uirginitatis uotum emitteret. Quam scũs clemens papa baptizauit: & sacro uelamine consecrauit.

Quod audiens aurelianus sponsus eius a domitiano īpetrauit: & uirginē cū nereo & archileo i pontianā insulam relegauit: putans se per hoc propositū uirginis īmutare. Post q̄ aūt sancti martyres nereꝰ & archileꝰ martyriū passi sunt: ut dicetur īfra in eorum passione .3. idus septēbris: & ubi sci maro eutyces & uictorinus: qui etiā domitillā ī fide cōfortauerāt: agonē suum ɔpleuerūt: ut dictū est supra de eis .xvii. cal. maii. Aurelianꝰ uirginem de exilio reduxit: & duas uirgines euphrosynam & theodorā collactaneas eiꝰ ut ei suaderent misit: quas tn̄ domitilla ad fidē conuertit. Tunc aurelianꝰ cum sponsis dictarum puellaꝝ & tribus ioculatoribꝰ & aliis socus ad eam accessit: ut ipsam saltem uiolēter opprimeret. Sed cuꝫ uirgo xp̄i prefatos duos iuuenes ɔuertisset. Aurelianꝰ eam i thalamū introduxit: & ibidē mimos canere & ceteros saltare secum fecit ut ad libidinē magis accensus: ipsam postmodū uiolaret. Sed eū mimi deficerent in canendo & ceteri i saltando: ipse tn̄ per biduū saltare non cessauit donec in saltando expirauit. Luxurius uero frater eius ab īperatore obtenta licentia omnes q per uirginē crediderant interfecit: & cubiculo ubi domitilla cum ✝ euphrosyna & ✝ theodora morabaẗ ignem supposuit. Que simꝰ orātes spiritū emiserūt nonā maii. Quarū corpora sanctus cesariꝰ mane illesa repertens sepeliuit.

¶ De coniunctione corpoꝝ sanctorum stephani & laurentii. CXXXIX.

Coniunctio corporū sanctorum martyꝝ stephani & laurentii fcā est rome sub theodosio iuniore. Nam cuꝫ eudoxia filia theodosii īpatoris & uxor ualētiani apud urbem cum uiro degens a demonio uexaretur: & ualentianus illud patri cōstātinopoli exn̄ti significasset: iubet filiam cōstātinopolim adduci: ut a reliquiis protomartyris stephani tangeretur. Corpus eni sci stephani dudum constantinopoli ex hierosolymis translatū fuerat: ut dicetur īfra in inuentiōe eius .3. nonā augusti. Demon aūt in eudoxia clamabat q inde nunq̄ exiret nisi stephanus romā ueniret: qa sic erat uolūtas apostolorum. Quod īperator audiēs a clero & populo cōstātinopolitano obtinuit: ut corpꝰ stephani romanis daretur: & corpus laurentii grecis traderetur. Hoc aūt īpator pelagio pape scripsit: q de consensu romanoꝝ petitioni imperatoris ɔsensit: missi igit constantinopoli cardinales corpꝰ sci stephani romā deferunt: & greci pro accipiēdo corpe sancti laurentii cū eis romā pueniunt. Capue autē corpus sancti stephani recipiẗ: & a ciuibus illis dextrū brachium sūmis precibꝰ obtinetur: & metropolitana ecclesia eius nomini fabricatur. Cū autem romam uenissent & corpus ad ecclesiā sci petri ad uincula deferre disposuissent: uectores subsistunt nec ultra procedere possunt. Demon auteꝫ in regina clamabat eos frustra fatigari: eo q non ibi sed in ecclesia fratris sui laurētii & iuxta eum elegerat collocari. Illuc ergo corpꝰ defertur: ad cuius tactum puella mox a demonio liberatur. Cūq; sepulchrum adeo artuꝫ esset: q utraq; corpa capere non potuisset: laurentius aduentui frīs quasi congratulās in alteram partē sepulchri uersus super latꝰ secessit: & medietatem stephano uacuā dereliquit. Sicq; stephanū similiter super latus uersa facie ad consocium collocarunt. Greci uero dum manꝰ apponūt ut laurētium auferant ad terrā uelut exanimes corruerunt: sed orantibus pro eis papa cum clero & populo uix ad se ad uespam redierūt. Omnes tamē infra decē dies mortui sunt. Latini uero qui eis consenserant i phrenesim uersi sanari non poterāt: quo adusq; amborum corpora ut dictum est insimul tumulata sunt. Hec autem coniunctio facta est nonā mariꝰ dicit frater bartholemeus.

De apparitiōe sci michaelis archāgli. CXL.

Apparitio sci michaelis archangeli dupliciter nominatur uidelicꝫ apparitio & uictoria. Apparitiones autem eiꝰ due sunt principales propter quas festū hoc institutum est. ¶ Prima qua in monte gargano apparuit: q mons est in apulia .40. milibus distans a siponto ciuitate. Anno aūt domini 390. in predicta ciuitate erat quidam uir nomine garganus: a quo ille mons nomē accepit: qui animaliū multitudine pollebat. Cū autem circa predicti montis latera pascerētur: contigit tauꝝ ceteros boues relinquere & uerticē montis conscendere. Quē dominꝰ cum eiꝰ familia per deuia queq; requirens: ipsum tandē in uertice montis iuxta hostiū spelunce inuenit & mox in ipsum arcum tendens sagittā tossicatā direxit. Sed statiꝫ illa uelut a uento retorta ipsum qui eam iecerat repercussit. Turbati super hoc ciues epm̄ super inde consulēdū decernūt. Qui eis triduanum indixit ieiunium: & a deo monuit esse querendū. Quo pacto sanctus archangelus michael per uisionē epo apparuit: eiq; reuelauit: qualiter loci illius custos & inspector erat: & quia eius uolūtate uir ille mortuus fuerat: seq; locum incolere tali iudicio comprobauerat. Statimq; eps & ciues cū processione locum adeunt: & ingredi nō presumētes orationibus ante fores insistunt. ¶ Secūda apparitio est que rome tpe gregorii pape legitur contigisse. Nam ut supra actum ē

in legenda gregorii.4.idus martii. Cũ idem pontifex ꝓpter pestem inguinariam letanias maiores instituisset: & deuote pro salute populi exorasset: uidit super castrũ quod olim memoria hadriani dicebatur angelum dñi: qui gladium cruentum tenebat: & in uaginã reponebat: unde gregorius intelligens ꝓces a deo exauditas: ecclesiã in honore angeloꝝ ibidem cõstruxit: castrum quoq; illud exinde sci angeli dictũ est. He autẽ due apparitiones ad litterã.8.idus maii occurrerunt: ꝓpter quas hoc festũ institutum est. ¶ Est & alia apparitio que celebratur.17.calen.nouẽbris: de qua ibidem cũ quibusdam miraculis ex ipsa subsequentibus ageẽ. ¶ Dicitur etiam hoc festũ uictoria ꝓpter multiplicem uictoriam michaelis. Nam re uera iste gloriosus archangelus ad omnẽ strenuũ actum triumphi seu uictorie in christiano populo delegatur. Vnde sicut eo tẽpore quo populus iudeorũ erat peculiaris populus dei: michael erat in omibus princeps & adiutor synagoge ipsoꝝ: ut habeẽ danie.10. Sic postq̃ populus xp̃ianus per fidem christi fact⁹ est populus deẽ: Michael factus est princeps & adiutor ecclesie xp̃ianoꝝ. Vnde cantat ecclesia: Princeps gloriosissime michael ꝛc. Et idẽ interpretatur quis ut de⁹: quia sicut nullus facere potest: quod facere preualet deus: sic quoties aliquid mire uirtutũ agiẽ: michael mitti perhibeẽ: ut ait gregorius. Licet autẽ in aliis uictoriis mirabilior apparuerit: tñ uictoria principalis ꝓpter quam hoc festuꝫ denominatur: fuit illa quam sipontinis hoc modo cõcessit. ¶ Post aliquod nempe tempus ab inuento loco: ut supra dictũ est. Neapolitani gentiles cũ sipontinis & beneuentanis qui.50.milibus a siponto distant: ambobus fidelibus ordinato exercitu bellari ceperunt. Qui de episcopi ꝯsilio triduo inducias petierunt: ut ieiunio triduano uacarẽt: & patroni michaelis auxilium implorarent. Tertia aũt nocte michael epõ apparuit: preces exauditas asserit: uictoriam affuturã ꝓmittit: & quarta diei hora hostibus occurrẽdum premonuit. Quib⁹ occurrentib⁹ mons garganus immenso tremore cõcutitur: fulgura crebra uolãt: & caligo tenebrosa montem obtexit: ita ut sexcẽti de aduersariis tam ex ferro hostium q̃ ex sagittis igneis interirent. Reliqui in fugam cõuersi: uirtute comperta archangeli: continuo colla christiane fidei submiserunt. Hec autẽ uictoria eodem die euoluto anno ab apparitione predicta: uidelicet. viii. idus maii dicitur contigisse. ¶ Sunt & alie plures uictorie, tam michaelis q̃ angelorum: que quia diem certum nõ habent sub hoc festo comprehenduntur. ¶ Prima uictoria est illa: quam michael archangelus cum suis angelis obtinuit: quãdo draconem.i.luciferũ cũ suis sequacibus de celo eiecit. De quo exponitur illud apocal. xii. Factum est prelium magnum in celo michael & angeli ei⁹ preliabantur cum dracone ꝛc. Cum enim lucifer dei equalitatem appetisset: archangelos hic celestis exercit⁹ signifer a deo missus ipsum cum suis sequacibus de celo expulit: & in hunc aerem caliginosum usq; ad diem iudicii remisit. ¶ Secunda est illa qua cum diabolo disputãs de moysi corpore ipm triumphauit. De qua habetur iude primo. Cum enim diabolus corpus moysi ꝓdere uellet: ut ipm ꝓ deo iudeorum populus adoraret. Michael non iudicium blasphemie improperãs: sed imperio domini ei mandans: demonem expulit: & corpus moysi diuina prouidentia occultauit. ¶ Tertia est quam de antichristo habiturus est: quando ipsum occidet. Tunc enim michael princeps magnus: ut dicitur danie. xii. consurget: & pro electis contra antichristum fortiter assistet. Deinde antixp̃s ut dicit glo. super illud apoc. xiii. Vidi unum de capitibus eius occisum ꝛc. mortuum se finget: & per triduum latens postea apparebit: dicens se suscitatuꝫ: arteq; magica ferentibus eum demonibus in aera ascẽdet: & omnes populi ipsum mirantes adorabunt. Tandem ut dicit glosa super illud secũda timo.2. quem dominus iesus interficier ꝛc. In monte oliueti ascendet: & dum stabit in papilione & i solio suo in loco cõtra quem dominus ascendit: michael adueniens ipsum interficiet. ¶ Quarta est quam ãgeli quotidie de demonibus obtinent: dum pro nobis pugnantes ab eorum tentatione nos liberant. Hoc autẽ tripliciter faciunt. ¶ Primo potestatem demonis refrenando. Figura apocal. xx. de angelo qui demonem ligauit: & in abyssum misit. & thobie.8. de diabolo in deserto superiori ligato. Huius enim religatio ipsa est potestatis eius refrenatio. ¶ Secundo concupiscentiam refrigerando. Figura geñ.32. Angelus tetigit neruum femoris iacob: & statiꝫ emarcuit. ¶ Tertio memoriã passionis mentibus imprimendo. Figura apocal.7. de angelo ascendente ab ortu solis habente signũ dei uiui.i. memoriam crucis. & infra Nolite nocere terre & mari ꝛc. quoadusq; signemus seruos dei nostri in frontibus idest mentib⁹ eorum.

¶ De sancto raphaele archangelo. CXLI

RAphael archangelus: quia nulla speciali solennitate ullo tempore recolitur: Ideo huic festo apparitionis michaelis merito coniungitur: Vt de ipso aliqualis mentio habeatur. Interpretaẽ autẽ raphael

medicina dei. Hoc aūt ideo nomē angelus il le sortitur: quia quotiēs ad aliquē morbum incurabilē sanandum angelus aliquis a deo destinari proponitur: tunc raphael angelus mitti creditur: unde huic angelo duplex officium attribuit: uidelicet officiū uie & officiū medicine. Est enī hic angel⁹ & dux itinerantibus & medicus morbo laborantibus: unde & in hoꝝ ꝯprobationē: non solum tobiam iuniorē in uia ꝯduxit & sanū custodiuit ac ꝯiugatum in diuitiis opulentū ad domum paternā reduxit: sed etiā tobiā seniorem excecatum illuminauit. De quibus per singula agetur cū ad historiam tobie puenietur. ¶ Quod autē hic angelus dux & custos in uia itinerantibus existat: patet in quodam miraculo: qđ legitur in libro de gestis francoꝝ. Dum enī quidam aurelianensis ad sanctum iacobū pegrinaretur: āgelo raphaeli quē in deuotione habebat: & quem ducē & custodem uiatoꝝ audierat se spaliter cōmendauit. Cū autē in uia errasset: & appropinquās silue predones superuenientes conspiceret: festinare cepit iter ut eos euaderet. Et cū aliquantulū processisset: quidā se sibi quasi comitem uie coniunxit: & cām tante festinationis quesiuit. Cui cū cām exposuisset & hostes se insequentes ostendisset: ille eum hortari cepit ne timeret: quia ipsū sine lesione ad rectā uiam reduceret. Et cum hoc loqueretur superuenerunt ad fluuium. Cumq; ille nec pontem nec nauem ad transeundum conspiceret: nec uiā transuadandi sciret adhuc magis timuit: & se a comite deceptum putauit. Et ecce cum predonib⁹ irruentib⁹ ille omni auxilio destitutus se āgelo raphaeli ꝯmendasset: subito ex alia pte fluminis cum socio se translatū uidit: & hostes citra flumē mirantes dimisit. Subitoq; ei comes ille disparuit. Sicq; uiam suam prosecutus ē. Cum aūt iterum rediens ad locū illū appropinquans in eosdē hostes irruere dubitaret: graui sopore subito depressus sub arbore dormitauit. Cui in sōnis comes ille qui eum trās flumē euexerat apparuit: seq; esse raphaelem archangelum cui se ꝯmendauerat asseruit: q eum in uia custodierat & usq; ad domum saluum ducere intendebat. Euigilans ille se ad unam dietam prope ciuitatem suā repperit: & saluus rediens beato archangelo gratias egit. ¶ Quod etiam medelā infirmantibus conferat patet in hoc miraculo. Circa annum dn̄i. 1315. iuuenis robustus ordinem predicatoꝝ intrauit in conuentū derbeie insule anglicane: qui morbū caducum patiebatur: sed tn̄ hoc fratribus non reuelauit. Adeo autē ipsa egritudine opprimebatꝰ q sepius cadens quasi tribus horis detinebatur. Quare cōpleto anno noluit a frībus ad professionē admitti. De gratia tamen mansurus ad conuentū letistrie missus est: ubi dū dicto morbo multum affligeretur: frater quidam ricardus de ponte fineto pro ipso deū orare cepit. Cui dormiēti raphael angelus apparuit: eiq; dixit q si frater ille uoueret se continenter uictuꝝ: & ī uita sua feria sa ī honorem angelorum ieiunaturū sanitatem pciperet: & q ipse ad eum sanandū a domino missus esset. Seq; raphaelē archangelum nominauit. Quod cū frater ille nouitio retulisset: illeq; uotum emisisset: eadē die a morbo cecidit: & per uisum angelū raphaelē cōspexit: qui ipsum eleuauit ac perfecte sanatum nunciauit: & ut pmissa ipleret admonuit: addens ut si qn̄ contraueniret illico in morbum recideret. Statimq; ille sanatus ē: & ex illo die morbū minime passus. Qui p⁹modum ad professionē receptus factus est bonus clericus: & ordini gratiosus.

¶ De scō uictore martyre. CXLII.

Victor miles & mr̄ apud mediolanum sub maximiāo augusto passus est. Qui maur⁹ genere a pria etate xp̄ianus canicie uenerādus maximiano amicissim⁹ fuit. Quē ut existēs mediolani ꝯpuit xp̄ianum prio in carcere. vi. diebus afflictum inde eductū flagellis cedi fecit. Et iterū per triduū ī carcere cōpeditum detineri. Rursumq; de custodia emissum xp̄mq; iuictissime cōfitentē fustib⁹ durissime cesum: tertio custodie amori mancipauit. Dū autē ab anolino consulari ad sacrificandū suaderetur: & imolare cōtēneret: tertio productus corpus eius plumbo & cera liquefactis perfunditur: sed plumbo ac cera in modū aque balnearis ab angelo tepefactis uictor a cruciatu liberatur. Inde eductus extra portā uercellinā expectantibusq; militibus iussionē imperatoris oibusq; dormitantib⁹ ipse ab angelo solutus ipiusq; mādato fugiēs ī stabulo latuit. Sed postmodum quadā ipm matrona indicante pduct⁹ a militibus: & ferro artatus in siluula q dicitur ad ultimos in uiridario iperatoris decollatus ē: qui & mortem maximiani eodem anno ut euenit futurā predixit. Corpus autem eius. vi. diebus expositū ut a bestiis uoraretur duobus leonib⁹ eū custodiētibus protectum est: & integrū reptum a scō materno episcopo ī ipo loco tumulatum est. Qui passus est. viii. idus maii.

¶ De scō cataldo epō & cōfessore. CXLIII.

Cataldus eps ex hibernie ptibus oppido qđ dicit catandus patre eucho matre atheua exort⁹ fuit. Hic namq; claruit scitate & singulis miraculis coruscauit. Nam statim ut ex utero matris ad lucem pductus

parietq; in marmore pcussit: caput eius in ipsũ marmor acsi in cerã mollissimã intrauit: & signũ uerticis concauitatẽ dimisit. Et cũ mater ex dolore partꝰ expirasset: infans sine cuiuspiam auxilio se erexit: & matrem brachiolis amplexꝰ ipsam suo tactu dei gratia mirabiliter suscitauit. Cũq; marmor in quo nascens caput defixerat: sub diuo positus esset & in ipsa eius concauitate pluuia caderet: omnes egri ex aqua illa sumẽtes a quacũq; egritudine sanabantur. ¶ Postq̃ autem ad pͤsbyteratum ascendit: & conciues suos ad fabricandam ecclesiam prouocauit: dum ipse quoq; in opere exercitaretur: quidam nobilis cadauer filii nuper defuncti lachrymabiliter ei presentauit: ipseq; lachrymis illiꝰ cõpatiens & dolori: oratione fusa puerum continuo suscitauit. Quo miraculo multos ad deum conuertit. ¶ Crescente autem eiꝰ fama filius alteriꝰ nobilissimi militis moritur: cuius cadauer a patre in pheretro uiro dñi apportatur: & ut ipsum suscitet sicut & puerũ alterum suscitauit: instantius exoratur. Cuꝫ autem ipse ex humilitate recusaret: & operi ecclesie intentus terram effoderet: casu terrã abiciẽs super corpꝰ iuuenis aspersit: & ille repẽte uiuꝰ surrexit. ¶ Rex aũt isule hec audiens: & ipsa magicis artibus attribuẽs: nauigio uenit ad sanctum de suis finibus propellendum. Sed nocte ab angelis per uisum territur: ꝙ nisi resipiscar subito morietur. Eademq; nocte quidam eius dux in hoc facto consiliarius repente interiit. Quod rex audiens & dei ultionem expauens a sancto ueniam petiit: & ducatum ducis illius defũcti ecclesie que fabricabatur imperpetuum concessit. In qua ecclesia cataldus post breue tempus archiepiscopus electus est: qui laudabiliter uiuens duodecim sibi suffraganeos episcopos constituit: & totam insulam uerbo & exemplo ad christi cognitionẽ adduxit. Omnibusq; recte dispositis in pace quieuit octauo idus maii. Cuius corpus cũ multo tempore latuisset: a dragone archiepiscopo domino reuelante repertum & i ecclesia tarentinã honorabiliter tumulatum: miraculis radiare non cessat:

¶ De translatione sancti andree. CXLIIII

TRanslatio corporis beati andree apostoli tempore constantini imperatoris facta est. Cuius corpus de patraceñ ciuitate ubi passus fuerat: & a maximilla senatrice sepultus cum ossibus sanctorum beati luce euangeliste de bithynia sublatis: & timothei discipuli sancti pauli ab epheso sumptis: cõstantinopolim translata sunt: ibiq; reuerẽtia digna recondita octauo idus maii: ut dicit ado.

¶ De translatione scĩ hieronymi. CXLV

TRanslatio corporis sancti hieronymi duplex est. Prima ẽ illa de qua scribit cyrillꝰ hierosolymitanus episcopꝰ in epistola ad augustinum de eius miraculis trãsmissa. Cũ enim corpus gloriosi doctoris apud bethleem iuxta presepe domini ut ipse mãdauerat humo obrutum fuisset: & ibidẽ insignibus & inauditis miraculis coruscaret Videbatur fidelibus: ꝙ illud corpus sanctissimum iacens in terra indignius tractaretur Ideoq; decoro sepulchro marmoreo ĩ ecclesia bethleemitica fabricato. Cyrillus hierosolymitanus patriarcha cũ clero & populo sanctum corpus eodem transferẽdum decreuerunt: & diem dominicũ post penthecostẽ ad hoc faciendũ celebrius statuerunt. Et cõcurrente populi multitudine ex urbibꝰ conuicinis: terram ubi iacebat corpus effodiunt & euacuata fouea illud in aere pendere conspiciunt: ita ꝙ nulla sui parte humum cõtingens integrum & icorruptum oĩno repiunt odorisq; fragrantiam mirã cuncti senserunt Corpus autem inde leuatum & super altare positum est: ut a fidelibus uideretur. Cuius ↄtactu die ipso .16. ceci illuminati sunt: tres quoq; demonio uexati illuc adducti liberationem perceperunt. Filius mulieris uidue populi frequentia compressus suffocatꝰ est. Quem mater in fossa ũbi corpus sanctum iacuerat: proiecit exanimem: & continuo uiuꝰ surrexit. Quod cernens rusticus: cuius filii cadauer defuncti ante tres dies sepultum fuerat accedens ad locum corpusq; filii exhumatum ad ecclesiam attulit & in foueam ꝓiecit: statimq; spiritũ uite recepit. Circa uesperas aũt post predicta & alia multa miracula exhibita: corpꝰ in monumento repositũ fuit: & fouea terra repleta. Sed mane monumentum uacuũ est inuentũ: & euacuata iterũ fouea corpꝰ repertũ est loco pristino restitutũ. Stupentibꝰ cũctis sequenti nocte cyrillo dormienti hieronymꝰ gloriosus apparuit: corpꝰq; de loco ubi iacebat nullatenꝰ amouendũ admonuit dicens: ꝙ ibidem q̃escere debebat donec hierusalem ab infidelibꝰ caperet: & tũc ad urbem romaꝫ deportaret. Quod cyrillꝰ ceteris enarrauit: & unusquisq; deo gratias egit. Hec aũt translatio diem certũ non habet: nisi ꝙ cyrillꝰ eam die octaua pẽtecostes factam fuisse scribit: que tamen dies nescit quoto die cuiꝰue mensis eodem anno contigerit. ¶ Secũda translatio est que ĩ romanis chronicis reperit q̃ corpꝰ eiꝰ de bethleem romã translatũ est: & ĩ ecclesia scẽ marie maioris reconditũ. Post multa enim annorũ curricula ab obitu hieronymi gloriosi hierusalem destructa & a saracenis

occupata cum pene omnium sanctorum eēt orbata reliquiis: solo beati hieronymi corpore ī ptib' illis relicto: apparuit ipse doctor uni monacho ibi degenti mandans eidem ut corpus suum romam deferet & ī ecclesia dei genitricis iuxta presepe domini tumularet. Qui cum hoc facere formidaret: a sancto doctore secunda uice admonetur: & iussa adimplere recusans: tertio de negligētia durius increpatur. Tunc sancti hieronymi reliquias latenter surripuit: & cum duobus fidelibus comitibus prosperis succedentibus romam uenit. Quem sanctus iterum iuxta urbem p uisionem admonuit: ut solis canonicis ecclesie conuocatis corpus de nocte quasi clandestine reconderet: ne ex superuenientibus turbis diminutionem aliquam in reliquiis substineret. Itaq; prout sanctus mandauerat iussa perfecit: premissa solis ipsius ecclesie canonicis nunciauit: & ipsis presentibus in loco humili: uidelicet in terra ante presepe domini corpus noctu deuote reposuit: ubi a q busdam uoces angelice concinentes audite: luxq; immensa uti solis radius meridianus ibidē effulsit: miraq; odoris fragrantia unū quēq; respersit. Celebratur autem hec festiuitas die quo corpus almi doctoris ibi depositum est: uidelicet. vii. idus maii.

¶ De scō hermete discipulo. CXLVI.

Hermes discipulus & episcop' de quo apostolus paulus ad romanos. 16. scribens meminit. Hic dicitur fuisse auctor libri qui dicitur pastor: & apud multas grecie ecclesias publice legitur: multiq; de eo libro scriptorum ueterum scripserunt testimonia: sed a latinis pene ignotus est. Sepultus est rome apud baptisterium ex facultatibus sancte praxedis constructum: ut dicit hieronymus de uiris illustribus. Dorothe' abbas hunc ex numero. lxxii. discipulorum fuisse dicit: qui episcopus philopoleos fuit & rome quieuit. In libro etiam pontificum habetur: q̄ sub episcopatu pii pape hermes librum composuit: in quo mandatū continetur q̄ ei precepit angelus domini cū ad eū in habitu pastoris uenit: & die dominico pascha celebrari constituit. Cuius festū agitur vii. idus maii.

¶ De scō metrone cōfessore. CXLVII.

Metron confessor uerone colitur ī ecclesia sancti uitalis sepultus. De quo fertur q̄ illuc peregrin' aduenerit: sed unde uenerit aut quo loco exortus fuerit ignorat. Ibiq; existens nouum penitēne modum adinuenit. Nam lapidi magno compede in crure posito mediante se affixit: clauēq; cōpedis ī flumē athesis proiecit hoc sibi signum proponens q̄ quandocunq; clauem reperire cōtingeret ab omnibus peccatis se absolutum cognosceret: post plures itaq; annos appropinquante die uocationis eius piscis capit ī cuius uentre clauis illa reperitur: animam iam sanctificatam designans & corporis dissolutionem instantem prenuncians. Que p' dies modicos facta est. vii. idus maii.

¶ De scō iob propheta. CXLVIII.

Iob iustus & propheta domini licet de gentibus natus fuerit: q̄tū sanctissimus extiterit non solū in libro tobie. 2. cap. & eze. 14 & eius nominis per totum scripture uolumine expresse dicitur: sed etiam ab omnibus doctoribus approbatur. Fuit autem incola terre hus que est in finibus idumee & arabie: ut dicit hieronymus. Et erat ei ante nomē. iobab genuitq; filiū sibi in regno successorem cui nomē enon. Erat quidam ipse filius zare de esau filiis filius de matre uero bosra: ita ut sit quintus ab abraham nepos esau: & regnauit ī regione edon rex magn' ac potens inter omnes orientales: & accepit uxorem arabissā: genuitq; filios. vii. & tres filias. Fuitq; possessio eius locupletissima in ouibus & bobus asinis & camelis & possessionibus terrarum ac familia multa nimis. Et licet esset ex gentilibus patribus ort' ipse diuino spiritu reuelante: non solum ab idolatria abstinuit: sed insuper sanctissime uite fuit. Nā erat uir ille rectus & simplex timēs deum ac recedens a malo. Et cum filii eius in cōuiuiis quotidie lasciuirent ipse post cōuiuia domino pro filiis imolabat: ut sic que in comesationibus per filios in deum cōmissa fuerant: ipse sacrificiis expiaret. Cui' sanctitas ore dei approbatur: dū in toto orbe non habere similē perhibetur. ¶ Ut autem eius patiētia manifestior fieret: deus eum a diabolo tētari permisit: data et primo in rebus deinde in filiis tertio ī carne propria potestate. Demon autē accepta potestate a domino: primo ī exterioribus eum percussit. Nam boues & asinos a sabeis auferri fecit: oues ex aere misso igne combussit: camelos a chaldeis tolli procurauit pueros q; ac familiam gladio hostili & igne consumpsit. Deinde ipsum in prole inuasit. Nā filios omnes ac filias palatio super eos corruente uno impetu interfecit. Et cum in his omnib' iob patientem & in nullo cōmotum uidisset ad carnes eius persequendas accessit. Graui enim ipsum a planta pedis usq; ad uerticem ulcere uulnerauit. Solamq; sibi uxorem in grauiorem afflictionem dimisit: quā & ī eius cōtumeliam icitauit. Et cum in his omnib' nō peccasset iob labiis suis neq; stultum qd cōtra deū locutus esset. Nouissime tres amicos

ti⁹ & reges singulos de loco suo ad eum destinauit: qui licet ad consolandum iob principali intentione uenissent: ipsos tamen diabolica suggestione lõga uerborum exacerbatione in ipsius odium & concrepationes prouocauit. Et cum ipsos iob sapienti disputatione & patienti sermone superasset. Ad ultimum helim quendam iuuenem arrogãtem contra iob in acerba conuitia & grauissima improperia suscitauit. ¶ Cumq; post multa flagella dominus seruum suum iob manifestissime comprobasset: & per septem annos ut dicit beatus hieronymus ipsius patientiam dudum expertus in lucem produxisset: miseriis ipsius ad statum illum feliciorem reduxit: omnemq; facultatem eius duplicauit. Filios uero & filias totidem numero quot amiserat: ei concessit: sed eos duplici uirtute & elegantia prioribus decorauit. Vixit quoq; iob post flagella sua annis centũ & quadraginta: & uidit filios suos & filiorum suorum usq; ad quartam generationem Et mortuus est senex plenus dierum: annorum uidelicet centũ & octuagintatriũ. Nam ut tradit hieronymus annorum trigintasex erat: quando a domino flagellatus est: & in ipsis flagellis annis septem permansit: post que ut ex textu libri sui habetur annis centum & quadraginta superuixit. ¶ Scripsit ipse idem librum uite sue & sermonum suorum arabico sermone: ut hieronymus ait. Qui certe liber prosa incipit: metro labitur pedestri sermone finitur. Nam a principio usq; ad locum illum ubi iob dicit. Pereat dies in qua natus sum. stilo prosaico incohat. Inde usq; circa finem: ubi dominus tres iob amicos redarguit: heroico metro prosequitur: Finem uero rhythmico colore concludit. Omnisq; legis dialetice: propositione: assumptione: confirmatione: conclusione singula uerba sua determinat. ¶ Nam quattuor disputationum genera in ipso libro cõplectitur. ¶ Quarum prima est dialetica: que procedit ex probabilibus. Et hec consistit inter iob & tres amicos eius: ubi iob conclusionem hanc tenet: & probat: q deus hominem iustum sine sui culpa flagellat: amici uero eius oppositam conclusionem affirmant: uidelicet q deus neminem sine culpa condemnat. ¶ Secunda est sophistica: que procedit ex apparentibus. Et hec est inter iob & helim: quãuis iob non respondeat: qui qdem iuuenis p̃sumptuosus & uaniloquus: conclusionem amicorum iob approbans sophistice syllogizat. ¶ Tertia est tentatiua inter dominum & iob: qui eum de multis questionibus tentat: & interrogat: ut declaret ei: q nulla sapientia est apud deum comparata. ¶ Quarta est demonstratiua: in qua pro ipso iob dominus contra tres amicos eius questionem diffiniendo demonstrat. Et sic concluditur totus liber plenus mysteriis & maximis diuine fidei sacramentis. ¶ Quieuit autem sanctus iob in pace & optima senectute sexto idus maii: ut hieronymus in suo calendario ponit. Sepulcusq; est in terra hus in finibus edon siue bosra: ubi & sepulcbrum eius cernitur usq; in presens.

¶ De sanctis gordiano & epimacho martyribus. CXLIX

Gordianus martyr rome passus est sub iuliano apostata imperatore. Qui iulianus cum inter alios christianum quendam senem presbyterum nomine ianuariuz tenuisset: dedit eum in custodia cuidam eius uicario gordiano. Qui ianuarium ad domũ suam adducens: dum ipsum ad sacrificia sermonibus hortaretur: ianuarius gordiano christum predicans eum conuertit: & statuam iouis eream quam apud se habebat: in igne conflauit: ac ipsum cum uxore marina & familia eius promiscui sexus numero quinquaginta tribus cum eorum domibus baptizauit. Quod cum iulianus comperisset: ✠ ianuarium presbyterum in exilium proscriptione damnauit. Vxorem uero gordiani ✠ marinam ad aquas salinas manere precepit in seruitio rusticorum. Gordianuz aũt cuidã clemẽtiano quẽ loco eius uicariũ prefecerat: puniendum tradidit. Qui clemẽtianus gordianum sibi catenis uinctum presentari fecit: & in confessione christi persistẽtem: primo quidem dudum plumbatis cedi deinde capite truncari precepit. Cuius corpus canibus proiectum: cum diebus septez mansisset intactum: tandem a familia sua rapitur: & cum beato ✠ epimacho quem dudum ante predictus iulianus occidi iusserat sepelitur uia latina: miliario uno longe ab urbe roma. Qui passus est circa annum domini tricentesimum & sexagesimum sexto idus maii.

De sanctis calepodio p̃sbytero & sociis martyribus. CL

Calepodius presbyter: palmati⁹: simplicius: felix & blanda cum sociis eoruz rome passi sunt sub alexandro imperatore. Cum eni palmatius consul de mandato imperatoris ad regionem transtyberim accessisset: ut calepodiũ p̃sbr̃z cũ aliis xp̃ianis in domo quadam latentibus comprehenderet: decem milites qui domum intrauerunt: excecati sunt. Quod alexander conspiciens

iussit omnem populum pro liberatione militum, deo mercurio imolare. Tunc una ex uirginibus paganorum arrepta a demone deum uiuum & uerum deum christianoruz clamabat. Quod palmatius audiens conuersus abiit ad sanctum papam calixtum: & ab eo baptismum expetiit: quem calixtus presente calepodio baptizauit omnemq; eius familiam cum uxore & filiis numero quadragindaduobus unda salutari perfudit. Qui palmatius exinde cepit facultates suas pauperibus erogare. Post dies plurimos alexander hoc audiens fecit teneri palmatium eumq; examinatum & christum confitentez tradidit simplicio senatori quatenus ei persuaderet ut ad culturam deorum accederet. Cum autem simplicius ipsuz plurimum honoraret: & palmatius omnia seculi blādimēta contemnens orationibus & ieiuniis insisteret: quidam nomine felix uenit ad palmatium deferens uxorem suam nomine blandaz ab ānis quattuor paralyticam: ut eam sanaret. Quam palmatius in conspectu simplicii & omnis eius familie fusa oratione sanauit. quo uiso miraculo conuersus est simplicius senator cum omni domo sua: felix quoq; cum uxore sua blanda sana effecta: cepūtq; omēs baptismati gratiaz expetere: uocatoq; sancto papa calixto cum beato calepodio: superuenientes ad domum simplicii baptizauerunt eum cum tota eius familia atq; felicem cum coniuge sua blanda. Quod cum alexander audisset: quia multitudo hominuz per beatos calixtum & calepodium in christo credidisset: misit exercitum militum: & tenuit omnes qui baptismum perceperant: quos precepit capitalem subire sententiam: & per diuersas portas urbis rome capita eorum suspendi ad exempluz christianorum. Tenuit etiam calepodium quez gladio fecit occidi: & corpus eius in tyberim iactari ante insulam lycaoniam. Quod tandez a piscatoribus repertum & beato calixto pape presentatuz ab eodem in suo cemiterio uia apia sepultum est. Passi sunt autem sancti martyres. vi. idus maii.

¶ De sanctis primo marco iasone & celiano martyribus. CLI.

Primus: marcus: iason: & celianus martyres tergesti ciuitate passi sunt tempore hadriani imperatoris sub artasio preside. Qui primū presbyterum & marcum diaconum fustibus cedi iussit: & sub uētres eorum ignem accendi. Deinde sulphur solutum in ora eorum infundi. Et cum hec omnia supplicia sine ulla eorum lesione superassent: multiq; exinde conuersi fuissent iasonem & celianum fustibus tā diu uerberari mandauit donec cesi spiritum emitterēt Deinde primum & marcum extra urbis menia decollari. Quorum corpora in eodem tumulo iuxta eandem ciuitatem sepulta sūt quinto idus maii.

¶ De sancto mamerto episcopo & confessore. CLII.

Mamertus episcopus uiennen̄ miraculis & sanctitate apud eandē urbez celebris habetur. Qui ob imminentem terremotum & tempestatum cladem atq; luporum rabiem solēnes tribus diebus ante ascensionem domini letanias instituit: ut habetur supra de letaniis. Qui etiam apud prefatam ciuitatem quieuit in domino quīto idus maii: ubi & sepultus uirtutibus claret.

¶ De scō maiolo abbate. CLIII.

Maiolus abbas nobilibus parentibus progenitus: & sacris litteris imbutus: ac uirginitatis flore decoratus: primo archidiaconus ecclesie maticen̄ fuit: Deinde factus est monachus cluniacensis sub hermoardo abbate sancti odonis successore sanctitate uite mirabiliter pollens: summaque patientia decoratus. Qui propter grauem infirmitatem quam incurrit lumen oculorū amisit: nec tamen exinde in aliquo unquaz perturbari uisus fuit. Sexto autem anno monachationis ipsius decedente abbate monasterii maticensis ad eiusdem loci regimen licet inuitus eligitur: non obstante ꝙ lumine foret oculorum priuatus & corpore quasi uiribus pre longa egritudine destitutus. In ipsa autem abbatia sanctissime iubar uite fuit: & multa miracula ostendit. Cecis uisum: surdis auditum: claudis gressum: Aliisq; diuersorum generum langoribus detentis cōferens medicinam. Plures etiaz a morsibus serpentum uenenatos: & a periculis fluminum & ictibus fulgurum liberauit. Candele seu lampades in eius ecclesia ardentes ex negligentia uel aliter extincte sepius sine humano studio sunt diuinitus reaccense.

¶ Quadam nocte dum in monasterio sancti dionysii librum eius de principatu celi perlegeret ad lumen candele graui somno pressus dormitauit: & candela de manu eius super librum cecidit. Sed sola ipsius cera consumpta: libri pagina omnino illesa permansit. Soluit autem carnis debitum quinto id⁹

maii. Et reconditus est in monasterio suo miraculis clarens.

¶ De sancto antimo presbytero & martyre. CLIIII

ANtimus presbyter & martyr rome uia salaria passus est. Qui post uirtutum & predicationis insignia in tyberim precipitatus & ab angelo sancto exinde ereptus est: ac proprio restitutus oratorio. Deinde in confessione nominis iesu christi capite punitus uictor migrauit ad celos quinto idus maii. Hec ado.

¶ De sanctis nereo & archileo martyribus. CLV

NEreus & archileus martyres fuerũt serui plautille uxoris clemẽtis consulis germani domitiani iperatoris & sancti clemẽtis pape. Que plautilla existens uidua eos pueros comparauit: & eunuchos fecit. Cum autem ad predicationem beati petri apostoli plautilla conuersa esset fecit se ab eodem cum prefatis pueris baptizari. Et ad extrema deueniens eosdem iuuenes cubicularios flauie domitille filie sue dimisit. Cum autem domitianus flauiam domitillam aureliano comiti in coniugem tradidisset ut superius in eius passione actum est non marni. Nereus & archileus eidem uirgini christum annunciantes eandem conuerterunt: & uotum uirginitatis emittere suaserũt. Que a sancto clemente papa baptizata & sacro fuit uelamine consecrata. Quod cum aurelianus cognouisset: obtenta ab imperatore licentia sponsam suam cum eunuchis in põtianam insulam relegauit: quo plures christiani pro christi nomine fuerant exilio deportati. Erantq; ibi malefici duo discipuli simonis magi furius & priscus: qui magicis artibus populum fallendo simonẽ magum pro deo fecerant adorari. Quibus beati nereus & archileus resistentes eorum maleficia sermonibus & miraculis detegebant: & sic populum ab errore reuocabant. ¶ Post multum uero tempus aurelianus ad insulã perrexit: & sanctos promissis & oblatis muneribus ut uirgini ad nuptias suaderent exorauit. Quod ipsi omnino facere respuentes eam magis in domino confortabant. Qua ꝑpter ad urbem adducti & ad sacrificia compulsi sunt. Et cum dicerent se a beato petro apostolo baptizatos nulla ratione posse idolis imolare capite cesi sunt. Quorũ corpora uia ardeatina iuxta corpus sancte petronille uirginis sepulta sunt. 4. idus maii.

¶ De scõ pancratio martyre. CLVI.

PAncratiꝰ martyr nobilissimis parentibus ortus apud phrygiam cuius pater dedonius dictus est utroq; parente orbatus sub dionysii cura patrui sui relictus est Ambo igitur romam ubi largum babebant patrimonium perrexerunt. Et dum in eorũ possessionibus in monte celio morarentur: in eorum uico papa cornelius cum quibusdam fidelibus propter persecutionem latitabat: a quo pontifice fidem christi & baptismum susceperunt patruꝰ cum nepote. Post dies modicos dionysius in pace quieuit. Et pancratius omnia sua pauperibus errogauit. Deinde se persecutoribus ultroneus offerens christianum se esse dixit. Quem illi tentum ualeriano imperatori presentauerunt. Cumq; puero tredecim annorum & filio quondam sibi amicissimi uiri condoleret suadebat ei: ut diis thura poneret: ne mala morte in tanta iuuentute periret. Ille uero econtra sacrificare recusans se licet iuuenculum corpore: senem tamen animo esse dicebat: & deum iouem patricidam & incestuosum comprobabat. Propter quod augustus iussit eum uia aurelia duci & ibidem decollari. Cuius corpus cetauilla senatrix tulit: & in eodem loco cum aromatibus sepeliuit quarto idus maii. Supra cuius tumulum ꝑcessu temporis a fidelibus ecclesia fabricata fuit. ¶ Ad eius quoq; sepulchrum: ut ait gregorius turonẽ si quis falsum iurare uoluerit anteq̃ ad cancellum chori perueniat: aut statim a demone captus insanit: aut cadens in pauimentum protinus uitam perdit. Nunc autem dictum corpus uenetiis in monasterio sãcti zacharie quiescere ab eiusdem loci sororibus perhibetur.

¶ De sancto epiphanio episcopo. CLVII

EPiphanius episcopus salamine q̃ ciuitas est in insula cypriorũ temporibus honorii & archadii imperatorum floruit: ut dicitur in historia tripartita: uir hic summe extitit sanctitatis & elemosynaꝶ largissimus exhibitor. Qui cum omnem substantiam sui episcopatus pauperibus erogaret: & nihil petentibus denegaret. Deficientibus pecuniis iconomꝰ ecclesie murmurabat. Subitoq; eidem uir astitit: saccumq; magnũ multa plenum pecunia coram eo deposuit: nec tamen quis esset aut unde uenisset explicauit: & repente discedẽs nusq̃ comparuit. ¶ Duo

paupetes uolentes beatum uirum arte deludere: ut aliquid eis uberi⁹ daret: ipso iter agente talem fictionem inuenerunt: ut unus eorum se supinum in terra prostraret: alter uero ipsum quasi mortuum defleret: & q se non habere unde eum sepeliret pretenderet: sicq; epiphanio necessaria pro exequiis postularet. Cum autem sanctus appropinquasset: & ille lachrymabiliter ab eo subsidium pro tumulando socio petiuisset: episcop⁹ illum super morte comitis benignius consolatur & necessaria ꝓ sepultura largitur. Quo discedente dum ille socium uocans pulsaret ut surgeret quatenus de questu bonum sibi conuiuium prepararent: qui se prius mortuum finxit uere defunctus apparuit. Tunc socius post episcopum currens casum ei nunciauit & de cōmisso penitentiam egit. Sanctus autem cum defunctum suscitare potuisset noluit ne tali occasione ministri domini facile deludantur. ¶ Sapientia & doctrine suaui eloquio admodum claruit: Aduersus omnes hereses libros composuit: Aliaq; multa opuscula que ut hieronymus dicit ab eruditioribus propter res a simplicioribus ꝓpter uerba leguntur. Hec ille de uiris illustribus. Qui etiam in pace spiritum bona tradidit senectute. 4. idus maii.

¶ De scō dionysio confessore. CLVIII

DIonysius cōfessor patruus fuit sācti pancracii mr̄ de quo superi⁹ dictuȝ est. Qui a beato cornelio papa sacrifontis unda persusus: eodem die quo & nepos pancrarius passus est anno scilicȝ ei⁹ martyriū precedente in christi nominis sancta confessione feliciter obdormiuit: ut ado in martylogio insinuare uidetur: uidelicet. 4. idus maii.

¶ De festiuitate sancte marie ad martyres. CLIX.

FEstiuitas sancte marie ad martyres a bonifacio papa quarto instituta est propter templi pantheō rome dedicationem. Romani enī cum toto orbi dominarentur nō solum omnium prouinciarum simulacra in urbe babebant: quin potius fere singulis diis templa singula construxerant: tanq̄ qui eos cunctarum prouinciaruȝ uictores & dominos effecerant. Sed quia omnia idola templum ibi habere non poterant ad maiorem sue gentilitatis uexane ostentationem unum templum ceteris mirabilius & sublimius in honorem omnium deorum erexerunt: & pātheon qđ sonat omnes dii uocauerunt: a pan qđ est omne & theos de⁹. Pōtifices enim idolorum ad maiorem populi deceptionem finxerunt: q sibi a cybele quam omnium deorum matrem uocabant fuerat imperatum: ut si de omnibus gentibus uellent uictoriā obtinere sibi & filiis suis scilicet diis omib⁹ templum magnificum fabricarent. Fundamentum ergo ipsius templi sphericum iacitur: ut ex ipsa forma deoruȝ eternitas demōstraretur. Deniq; & pinam eneam deaurataȝ fabricarunt & eaȝ in summitate collocarūt. In qua ut aiunt omnes prouincie mirabiliter erant sculpte. Hec autem procedente tēpore inde cecidit: unde in summitate apertura remansit. ¶ Tempore igitur phoce imperatoris cum iam dudum roma fidem domini percepisset. Bonifacius papa quartus predictum templum a phoca cesare impetrauit & omnium idolorum eliminata spurcitia: ipsum in honorem beate marie uirginis & omnium martyrum consecrauit tertio idus maii: locū quoq; ipsum sancte marie ad martyres appellauit qui modo sancta maria rotunda uocatur a populo. Nondum enim cōfessorum solēnia ab ecclesia agebantur. Sicq; i urbe roma ipsum diem in honore omnium martyrum celebrari in ipsa ecclesia ordinauit. Vt sic templum qđ fabricatum fuerat omnibus idolis: tunc dedicatuȝ esset omnibus sanctis: & ubi multitudo celebraret demoniorum ibi deuote celebraretur multitudo sanctorum. Sic quoq; extunc rome in ipso loco festuȝ illud usq; hodie celebratur tertio idus maii.

¶ De sancto bonifacio papa primo & confessore. CLX.

BOnifacius papa huius nominis primus zozimo pape in episcopatu romano successit. Et sedit annos tres menses octo dies undecim. Hic natione romanus ex patre iocundo presbytero urbis: sub contētione cum eulalio ordinatur uno die. Eulalius quippe ordinatur in basilica constantiniana. Bonifacius autem in basilica iulii. Et fuit magna dissessio i clero. Audiēs hoc placida augusta cum filio suo ualentiniano imperatore dum sederent rauenne rettulit hoc honorio augusto mediolani residenti. Tunc ābo augusti missa auctoritate ꝑceperunt ut ambo exirēt de citate. Qui cū pulsi existent tandeȝ utriq; augusti bonifacium ad urbem reuocauerunt & eum pontificē cōstituerūt. ¶ Hic constituit: ut nulla mulier aut monacha uasa sacrata uel pallam altaris contingeret: aut lauaret: nec in ecclesia incensum poneret. Et ut seruus aut curie obnoxi⁹ non fieret clericus. Hic fecit oratorium in cemi-

terio sancte felicitatis: & ornauit sepulchrũ eius. Hic autem beatissimus paterna pietate clericos aluit: pauperes fouit: cunctos honorans: fuit mitissimus in diebus suis super omnes homines & misericors: unde ab omnibus amabatur. Et sepultus iacet in ecclesia sancti petri.

¶De sancto bonifacio papa quarto. CLXI

Bonifacius papa huius nominis quart⁹ natione marsorum ex patre ioãne medico bonifacio pape tertio imediate in episcopatu romano successit: & sedit annis septem menses octo dies uigintiduos. Hic obtinuit ab augusto phoca imperatore: ut ecclesia beati petri apostoli caput esset omniũ ecclesiarum: quia constãtinopolitana caput omnium se scribebat. Hic etiam obtinuit dari ecclesie templũ: quod ab antiquis in urbe pantheon uocabatur: ut supra dictum est. Quod ipse ablatis idolatrie sordibus consecrauit in honorem dei genitricis marie & omnium martyrum christi. Eiusq; consecrationis die solennitatem in urbe constituit celebrandam. Aliaq; multa laudabilia opera fecit. Et hic sepultus est ad sanctum petrum apostolum. Et cessauit episcopatus menses septem & dies uigintiquinq;.

¶De sancto seruatio episcopo & confessore. CLXII

Seruatius episcopus traiectensis temporib⁹ hieronymi & ambrosii doctorum claruit. Hic propinquus saluatori secũdum carnem extitit: fuit enim filius emin filii eliud fratris helisabeth & filii hesmerie sororis sancte anne matris domine nostre: ut sic eliud & helisabeth mater baptiste beate uirginis fuerũt consobrini secundo uidelicet consanguinitatis gradu. Emin uero pater seruatii ex una parte & christus ex altera filii consobrinarum extiterunt tertio gradu. Sicq; si xp̃s filium habuisset cũ seruatio fuissent q̃rto gradu ex consobrinis nepotes Mater uero sancti seruatii uxor emin uocata est memilia. Natusq; est ĩ oppido phestia ad austrum armenie terra hebreorum in regione persidis: quo decem tribus israel trãslate fuerant. Qui adhuc existens infantulus loca sacra hierosolymis uisitauit: & ĩ sanctis perseuerans operibus ad presbyteratus ordinem ascendit: deinde ab angelo monitus abiit ad octauiam ciuitatem galliarum sitã in littore oceani ad predicandum uerbũ domini eodem angelo sibi duce: ad quem locũ deueniens repperit septuagintaduas congregationes inuicem dissidentes que segregatiꝫ conuenerant pro episcopo ipsius urbis eligendo: cuius sedes per septennium uacauerat post obitũ episcopi ualentini: qui ad extrema deueniens diuino spiritu eius mandauerat neminem eligendum nisi diuina reuelatione cõmunis omnium electio aliquẽ nominasset. Hec autem seruatius audiens: dum pro eorum concordia ante altare deũ orans procumberet: angelus eisdem apparens baculum sancto pastoralem tradidit: & sic repente in ipsum omnis populus conuenit. Factus ergo episcopus tante grane fuit: ut patria lingua p̃dicans ab omnibus nationibus suo idiomate uerba eius perciperẽtur: multorũq; miraculorũ gloria claruit. Nam ciborũ eius reliquias egri quicũq; gustãtes: aut pedes uel manus deosculantes continuo sanabantur. ¶Post aliquod uero tempus emulatione ciuiuꝫ a ciuitate pulsus uenit traiectũ Ibiq; iuxta beati petri ecclesiam tugurium edificans penitẽtie operib⁹ uacabat: ubi sibi per uisum a domino reuelatur: hunorũ gentes galliarum urbes & maxime octauiam euersuras: quam uisionem octauiam accedẽs dũ populo nũciasset: illi quoq; timentes: ne ꝑ peccatũ in ipsum cõmissum hec sibi futura ꝯtingerẽt: seruatium pro impetranda uenia nuncium populi ad sedem apostolicam delegarũt. ¶Qui ueniens traiectum lapidẽ altaris pulcherrimum trabe ruente ꝯscissũ digito super scissuram deducto reitegrauit. Indeq; romam accessit: ubi cum in festo dominice annũciationis in ecclesia beati petri oraret pro populo apostolorũ princeps sibi in somnis apparuit: galliamq; diuinam euadere non posse sententiam ꝓpter eorum peccata reuelauit. In cuius testimonium clauiꝫ argenteã ei dedit: quam ille euigilans in manu sua repperit: & ꝑpetuo pro reliquiis reseruauit. ¶Cum autem reuerteretᷣ egressus romam a gothis capitur: qui tunc italiaꝫ deuastabant. Cui per noctem angeli eum luce nimia in custodia apparuerunt: eumq; solutum dimiserũt. Cum aũt die altero a gothis torquendus quereretur in carcere clauso non inuenitᷣ. Reperitᷣ tandẽ ab ipsis solut⁹ ĩ quodam campo sopitus: cui aquila grandis insidens: altera alarũ eum a sole obumbrabat. alteram mouens quasi flabello ei auram uẽtilabat. Quod gothi cernentes & stupentes illum in pace dimiserunt. ¶Veniens autem in terram uagionum eum siti affligaretᷣ: digito signo crucis in terrã facto fons aque de humo scaturiit: & exinde usq; in presens nũq̃ defecit. ¶Degens colonie apud sanctum seuerinum cum oraret a consocio super caput eius ignis columna conspicitur: que nimia celeritate celum progreditur. ¶Apud metensem urbem celebrans facies eius solis claritate refulsit. ¶Reuersus ergo octauiam: & que uiderat referens seorũ reliquias

& uasa sacra una cũ populo tralectum transtulit pesti superuẽture reseruanda. Et cũ i itinere fessus quiescere uellet: nec sedem paratam haberet: terra tumẽs in modũ puluinaris se extulit: ubi & sedendo quieuit. Sicq; ibidem usq; in presens manet. Diẽ obit⁹ sui pſciẽs celebrata missa populũ sacris exhortatiõibus dudum admonuit: cui angel⁹ assistere uisus fuit. Et eũ diutius orasſꝫ luce cõspicua instar solis radii eum per tres horas protegente emisit spiritum. 3. idus maii. que tunc dies pentecostes occurrerat. Cui⁹ corpus memorato quo supra tpe in ecclesia traiecteñ sepultũ est: ubi infinitis & admirãdis signis effulget. ¶ Inter que cum primo i uia publica sub diuo sepultus diutius quieuisſꝫ cum tẽpore hyemis omnia in circuitu nix repleret nunq̃ sepulchrum eius tetigit: donec industria ciuium basilica super ipsum edificata est. ¶ Re uera de isto sancto singularis annorum lõgeuitas reperitur: quia si uera sũt que de ipso scribuntur preter cõem modernum nature cursum uita eius per annos ultra. 300. concluditur adeo fuisse mirabiliter ꝓtelata. Si enim diligenter tpa computẽtur seruatius uel christo fuit contẽporaneus: ul' si post eius ascensionem natus non potuerũt ultra ãnos. 60. elapsos fuisse uel ad plus. 80 Quod si ambrosio & hieronymo ꝯtemporaneus extitit illos circa annos domini constat 380. uel circa floruisse. Et sic seruatium ad etatem quam diximus peruenisse. Quod si quis legendã seruatii de mendacio accuset: nouerit eam tempore henrici. v. imperatoris a celestino papa. 4. in publico cõsistorio autenticatam: ubi omnia que dicta sunt approbata fuerunt.

¶ De scõ hilaro abbate. CLXIII

Hilarus abbas tempore theoderici regis longobardorũ claruit. Hic de tuscia oriundus dum puerulus epistolas pauli legeret diuino spiritu inspiratus & a seniore de uita solitaria informatus annorum. 13. relicto seculo deum orauit: ut eum ad locũ duceret ubi solitari⁹ deo seruire posset. Cui angelus domini apparuit ipsumq; de urbe roma ubi habitabat eduxit: & usq; ad montem emilie ei ductor extitit. Ad cuius radices uno miliario fluuius decurrebat: ubi in sanctitate uite deo soli uacare cepit. Adeoq; profecit ut infra triennium in uertice montis ecclesiam construeret inferiusq; speluncam habitationis sue locaret: ac de labore manuum uictum acquireret. Sicq; annorum existens. 20. sũmum perfectionis apiceꝫ uite regularis attixit. Eodem tempore olibryus q̃dã nobilis ciuis rauennas a demonio oppressus est: clamante per os eius imundo spiritu q; a nullo inde nisi ab hilaro eiici posset. Et designato loco & uiri effigie ductus est olibry⁹ ad uirum dei: quem sibi in ecclesia oblatum confestim ab obsessione liberauit: & ad xp̃m conuertit. Quẽ quidam iulianus presbyter casu illac transiens cum uxore & omni familia ꝓmiscui sexus numero. 90. baptizauit. Et post triduum uxor eius eustasia a seculo migrauit. Olibryus uero oĩbus ꝓ xp̃o erogatis cũ filiis suis iulio & euttomo monachus sci hilarii factus ẽ: q & cenobiũ ꝑdiis ditauit: ubi & magna monachoꝝ multitudo breui tẽpore excreuit: qb⁹ scũs deo uiuendi regulã ordinauit. ¶ Cũ aũt ad instantiaꝫ quorũdã emuloꝝ dicentiũ hilarũ cũ suis inobedientes regiis mandatis: theodericus rex milites suos misisset ad monasteriũ spoliandũ: illi biduo ꝑ deuia mõtiũ oberrãtes ad id minime uenire potuerunt. Quod rex audiẽs ꝑsonaliter illuc accessit: & dum equo insidens curiam introisset: Equusq; diu dum stimulatus ulterius procedere nõ posset: tandẽ regẽ ad terram deiecit nec ipe nec iumentũ inde se mouere ualuit donec rex penitens a scõ uẽiam cum liberatiõe ꝑcepit. ¶ Inter cetera uero regule mandata fr̃es de collectis frugibus gustare nõ audebant nisi ea prius abbati offerebant. Quidã uero frater imaturã uuã ꝯspiciẽs tẽtatione pulsatus ipsam expetiit: & ab abbate gustandã obtinuit. Sed ut racemũ cape uoluit s̃pentem in manu sua iuenit quẽ abiiciẽs scõ nunciauit. Ille uero ubi demonẽ eẽ cognouit ꝑ caudaꝫ ad ecclesiã traxit: ipmq; hũana uoce loq cõpulit q fr̃em ad hoc desiderio gustus tẽtaueratt: ut si gustasset ipm de mõasterio recedere fecisset. Quo dicto s̃pens crepuit & demon euanuit. Anno aũt etatis sue. 82. apparẽte sibi angelo & suũ obitũ post triduum ꝑdicente: locellũ sibi parari iussit q̃si passibus 100. longe ab ecclesia sua: ubi & quiescẽs in pace ꝯditus ẽ. 3. idus maii.

¶ De scõ mutio martyre. CLXIIII.

Mutius p̃sbyter & mr̃: prio i ãpliapoli ciuitate detẽtus multisq; penis atq; cruciatib⁹ ꝓ xp̃i ꝯfessiõe affect⁹. Postea bizãtiũ que nũc ꝯstãtinopolis dicit̃ usq; ꝑduct⁹ capitali s̃nia occubuit. 3. id⁹ maii: ut dicit ado in martyrologio.

¶ De scõ bonifacio mr̃. CLXV.

Bonifacius mr̃ passus ẽ apud tarsum cilicie ciuitatẽ tꝑib⁹ dioclentiãi & maxiam iparoꝝ sub ꝑside supplicio. Hic cũ eẽt s̃uus & ꝓcurator reg cuiusdã nobilissime matrone nomine aglaie in urbe roma: bomoq; ebriosus & adulter ac uitiis dedit⁹ & cũ ipsa ei⁹ dñia dudũ i stupro misceret̃ hospitalitati

tamen & operibus misericordie intendebat. Tandē utriq; diuino nutu compuncti ꝯsiliū habuerūt: ut ad reqrēdas martyꝝ aliquoꝝ reliquias bonifaci⁹ mitteretꝰ ad pres cilicie ubi xp̄ianorū ingens persecutio fiebat: quatenus uterq; eorū orationibus martyrū saluari mererent. Erāt enim uterq; xp̄iani. Bonifacius autē recedens: dixit domine sue q̄si ꝓphetico spiritu inspirat⁹: ut si euenire posset ad emendū corpora martyꝝ secum deferret. Sit autē ipsa corpus suum martyris nomine susciperet. In ipso autē itinere martyr christi a carnibus & uino abstinuit propter martyꝝ reuerentiam: quorum corpora tractaturus erat. Perueniēs igiꝰ cū duodecim equitibus & tribus uehiculis ad ciuitatē tarsum conseruos licentiauit: ut irent ad hospitia procuranda: ipse uero ad uidendos martyres festinauit. Inuenitq; alium pedibus suspensuꝫ igne supposito: alium i quattuor lignis extensum & diutius cesum: alium ungulis exaratum: alium manibus abscisum: aliū stipite in collo fixo a terra leuatum. Et sic ꝑ diuersa supplicia eos a carnifice cruciari. Qui cum magnū deum martyrum acclamaret: & eorū se pedibus prosterneret: ac illos in domino confortaret: a iudice tentus & interrogatus se christianū uiua uoce ꝓfessus ē. Quē suppliciis preses iussit suspēdi: & usq; ad ossium nudationē radi latera ei⁹. Deinde calamos acutos sub unguibus manuū eius configi: & post hec in ore ipsius plumbum liquefactum infundi. Et cum in his omnib⁹ gratias ageret: multi ex gentilibus conuersi furentes aram idoli destruxerunt: & presidē lapidare uoluerunt. Qui timens furorē populi usq; in crastinum inde secessit. Die uero sequenti bonifacium sibi presentatum in confessione persistentem iussit in ollam bullienti pice repletaꝫ uerso capite iactari. Sed ab angelo protectus illesus permansit: olla quoq; sicut cera liquefacta multos de astantibus incendit. Tunc iussit preses: ut gladio caput eius absciderēꝰ. Quo facto terremotus magnus factus est: & multi ad christum conuersi sunt. Conserui uero bonifacii eum undiq; perquirentes: putabant eum in taberna aut in adulterio lasciuire. Et obuiantes uni ex cōmentariensibus: querebant eum an uidisset romanum aliquem peregrinum: datisq; signorum indiciis: ille eis denunciauit: ipsum die precedenti uitam martyrio sic finiuisse: deducēsq; eos ad locum & ostendēs eis caput & corpus. Quem illi bonifacium cognoscentes admirati: precio corpus redemerunt: & ungentes illud aromatibus: posuerunt in uno uehiculorū: & reuersi sunt deū collaudantes. Angelus autem domini apparuit aglaie olim domine sue: & ⁹rem gestam beati martyris indicauit eidem. Que reuerēter sancto corpori obuiauit: eiq; ecclesiā fabricans quinto stadio ab urbe illud ibidem honorifice condidit. Qui passus est pridie idus maii. ¶ Post hec ✝ aglaia mundo abrenuncians omnem suam familiam manumisit: & omnia pauperibus & ecclesiis erogauit. Sumptoq; habitu sanctimoniali ieiuniis & orationibus omnibus diebus uacauit: miraculorum quoq; signis effulsit: & exinde annis. 13. superuixit. Sepulta apud prefatum martyrem operibus piis consumata.

¶ De sancto bonifacio episcopo. CLXVI

Bonifacius episcopus ferentinus dum adhuc puer cum matre habitaret: egressus hospitiū sepius sine linea uel tunica redibat: qa mox ut nuduꝫ aliquem uidebat se expolians illum uestiebat: & ex hoc eum mater sepius minis & uerberibus affligebat. ¶ Die quadam mater horreum suū ingressa granum quod pro toto anno parauerat repperit a puero pauperibus distributum. Cūq; ex hoc se pugnis & alapisq; contunderet: puer horreum ingressus in quo paruum grani remanserat: matrem aliquantulum exire rogauit: & fusa oratione matrem ad horreū reduxit: quod plus q̄ primit⁹ tritico plenū repertum est: materq; uiso miraculo cōpuncta: exinde cepit uberes elemosynas elargiri. ¶ Cum autem gallinas plures nutriret: die quadam uulpis gallinā asportauit. Puer autem concitus ecclesiam intrauit: & oratione fusa uulpis rediit: gallinam quam tenebat: dimisit: moxq; ante oculos pueri expirauit. ¶ Procedente igitur etate cum in moribus & sanctis operibus proficeret: ad episcopatum ferentie ciuitatis electus est: Cui ecclesie grauis paupertas inerat: quia unam tantum uineam habebat. Que dum quodaꝫ tempore grandine ita uastata esset: ut uix in ea parui rariq; racemi remansissent: ille tempore uindemie constantio presbytero nepoti suo iussit: ut cuncta uini uascula more solito ꝓpararet. Qui licet mirat⁹ unde impleri debuissent: iussa tamen episcopi compleuit. Bonifacius ergo calcatorium cum solo puero ingressus modicos racemos puerum calcare iussit: ex quib⁹ modicum uini defluxit: Quod ipse in paruulo uase suscipiēs cepit in cuncta uasa diuidere: ut uix eo infusa uiderentur. Vocato quoq; nepote presbytero paupes adesse mandauit. Statimq; uinum adeo in calcatorio excreuit: ut oīa uasa paupeꝝ replerenꝰ. Quo facto egressus apothecā clauit & signauit. Tertio uero die ōrone ꝓmissa cū ꝯstantio rediit: & ⁱ uasa in qb⁹ modicū uinū infuderat: ubertim uinū fundētia inuenit: ita ut pauimentū infusum eēt si eps

tardius intrasset. Super quo miraculo ipse nepoti sub anathemate silẽtium imperauit. ¶ Vocatus semel a fortunato presbytero ad festũ sci proculi martyris celebrandũ accessit: pataq; missa ad refectionẽ intrauit: ubi qdã ioculator cũ simia ludente astitit & cymbala pcutere cepit. Quod uir scũs dedignãs fleuit uirumq; illũ mortuũ prenunciauit: Finito conuiuio cũ ille postq̃ comederat domum exiret: saxum de tecto corruit & ipsum repente parcutiẽs extinxit. ¶ Alio tempore nepos eius pdict' constanti' presbyter equũ suum aureis .xii. uendidit: & ipos conscio patruo in arca reposuit. Cũq; subito pauperes pro elemosyna ꝯuenissent: & ille qd eis daret penitus nõ haberet: absente nepote arcam uiolenter apuit: & .xii. aureos iter pauperes ꝯdiuisit. Reuersus igit presbyter cum ea que gesta fuerant reppertisset magnis clamorib' pecunias suas repetere cepit. Quem eum patruus placare non posset ecclesiam adiit orationẽ ad deum fecit: pallium suum extendit: & subito in eo aureos .xii. fulgẽtes conspexit. Egressus quoq; illos in faciẽ psbyteri proiecit dicens ei q nõ habebat amplius quid quereret: sed tñ ppter auaritiã suam eps nõ esset. In qua ptestatiõe se nepotis secreta cognouisse & ipm habere ppbetie demonstrauit. Ille enim pro adipiscendo epatu pecuniam preparauit: sed tñ in psbyteratus officio uita excessit. ¶ Die quadam duo gothi apud eum hospitati sunt: qui rauẽnam pgebant: quib' ille puum uini flasculũ manu sua prebuit: qd fortasse in uno prãdio ꝯsumere potuissent. Ex quo illi ut gothi cõtinue bibentes usq; rauennã peruenerũt: diebus ibidem plurib' cõmorati idem uinũ sibi diuinitus abũdans in usum quotidie habuerunt. Et cũ eodẽ poculo ad patrẽ redierũt. Ingressus semel hortũ magnã erucarũ multitudinẽ olera comedentium repperit quib' in xpi uirtute mãdauit: ut statim recederẽt: & olera sua de cetero non consumerẽt. Que omnes ad uiri dei uerbum confestim sic inde egresse sunt: ut ne una quidem itra horti spatium remaneret. Sicq; uir domini plen' uirtutibus in pace quieuit.

¶ De s.is felice & fortunato mar. CLXVII.

Felix & fortunatus fres ex ciuitate uicentia orti tpib' diocletiani & maximiani impatorũ apud urbem aquileiam passi sunt sub euphemio preside. Qui cũ ad prefatam urbẽ deuenissent & oẽs ad templũ iouis pro sacrificiis inuitarent. Felix & fortunatus germani a quodã apamio de xpianitate sibi delati sunt. Quos ille ferro uictos ante se duci fecit: & eos ad deorum imolatiões hortari cepit. Et cum in xpi confessione constantes persisterent: iussit eos preses fustib' cedi. Deiñ i equuleo suspẽsos lãpadib' adhibitis circa latera inflãmari. Et post hec extẽdi supinos feruensq; oleum super uentres eorum pfundi. Et dũ in his omnibus gratias agentes psallerẽt deosq; gentiliũ uti demonia coniurarent: mandauit preses illos capitalẽ subire sententiã: educti ergo extra ciuitatis muros postq̃ breuem orationẽ fudissent dato sibi inuicem pacis osculo decollati sunt. Quorum corpora a fidelib' nocte surrepta aromatibus condita sunt: ut sepulture traderentur. Interea uero ciues eorũ ex uicentia illuc aduenientes ad ciuitatẽ sue originis corpora deferre uolebant. Aquileienses uero contradicebant. Tandem propter metum paganorum adinuicem conuenerũt: ut fortunati corpus uicentini secum ferrent felicis uero aquileie remaneret. Qui passi sunt pridie idus maii.

¶ De scis uictore & corona mar. CLXVIII

Victor mr & corona sub antonio imperatore in syria passi sunt. Qui uictor cum ignem & uerbera uenena equuleũ ungulas atq; ardẽtes lãpades superasset: & in ipsis omnibus in xpi confessione imobilis redderetur. Corona eum esset uxor cuiusdam militis & cepisset sanctũ uictorẽ beatificare ob martyrii constantiam: uidit duas coronas de celo lapsas unam uictori & alteram sibi missam. Cũq; hec cunctis audientibus protestaretur: ipsa quidẽ inter arbores duas secta p medium: uictor quoq; decollatus est. Sicq; martyrium suum consumauerũt in pace pridie idus maii. Hec ado in martylogio suo sũpto a beato hieronymo.

¶ De scõ põtio epõ & martyre. CLXIX.

Pontius eps & martyr temporibus ualeriãi & galieni sub claudio preside in gallus ciuitate cimella passus ẽ. Huius pater marcus nomine urbis rome senator Mater quoq; iulia nobilissima fuit. Que cũ ipsum adhuc in utero gestaret templum iouis ingressa est ut conceptionis munera offerret. Tunc sacerdos idolorum imundo spiritu uexatus clamare cepit: filium ex iulia nasciturum magnum iouis templum destructurum. Quod mater audiens corpus sepe lapidibus tundebat ut fetus in utero deperiret. Sed dei gratia illesum puerum conseruauit. Cum autem natum infantem mater perimere uellet a patre prohibita est. Et dum puer esset & ad scholas philosophorũ accederet: audiens die quadam christianos psallentes. Simulacra gentium argentum & aurum & cetera. Verborum ueritatem meditatur ad sanctum pontianum papam

ingredif :& ab eo una cum quodā eius col-
lega in fide instruitur :ac in xp̄i nomie bapti
zatur. Qui matre in gentilitate defuncta pa
trem conuertit ad xp̄m. Eoq; mortuo in lo-
cum eius dignitati senatorie surrogatur.
Qui etiā duos philippos imꝑatores patrem
s.& filium ad fidem cōuertit: Deinde dignita
te relicta accessit ad gallias ꝑdicandas: & in
ciuitate cumella eps̄ fact⁹ est. Tandem a clau
dio ꝑside ꝓ fide xp̄i tenet: & in equuleo le-
uatur: uectibusq; ipositis dudū torquet: sꝫ
equuleo repētino sonitu destructo i amphi-
theatꝝ ducitur: & duobus ursis ferocissimis
nudus exponit: qui eoꝝ uenatoribus inter-
fectis ad pedes sc̄i martyris ꝓcūbebant. In-
de iubēte ꝑside igne circa eū accenso ut cre-
maret: sūmitas āphitheatri ꝯburit: ipse ue-
ro oino itact⁹ ab igne ꝓducit. Dū aūt ad tē-
plum iouis imolatur⁹ adduct⁹ esset: templū
cū idolo in pulueꝛem redactū est. Sicq; mā-
dato ꝑsidis ibidem capite truncat. Et subito
claudius in furorē uersus linguā sibi denti-
bus corrosit: & oculi anubii assessoris & in
passione pontii cōsultoris de capite ei⁹ auul
si sunt. Cui⁹ corp⁹ ibidem a balerio comite
sepultum est pridie idus maii.

¶ De sc̄o barbato martyre. CLXX

Barbar⁹ martyr passus ē i ciuita-
te muthonis sub iuliano impato
re. Qui cū abisset in regionem
francoꝝ cōtra hostes imperii ha
bēs ducē militie noie bacchonē:
& ille uictoriā obtinuisset: in ipso bello bar
bar⁹ martyr xp̄ianus miles fuit: qui strenue
& uiriliter se gessit: quod impator audiens
comitē illū fecit. Post hec dū franci peterēt
singulare certamē. Baccho dux barbaꝝ con
tra francoꝝ athletā misit. Qui ꝓregēte se an-
gelo in xp̄i noie aduersarium in duello occi
dit. Sicq; frāci a bacchone & romanoꝝ exer
citu fugati expugnant. Cū aūt baccho bar-
baꝝ ꝓpter habitum triūphū ad deoꝝ sacri-
ficia inuitaret: & ille se xp̄ianum assereret:
baccho hec impatori nunciauit: qui barba-
rum detētū: & imolare recusantē: dicentēq;
se a btō cyriaco baptizatum: nulla rōne pos
se deos gentiliū adorare. Fecit ip̄m iulianus
suspendi: & gladio uentrem eius tādiu radi
donec interiora oia defluerent. Sed orāte sā-
cto ab angelo gabriele sibi apparente inte-
riora eius uisibiliter collecta in uentrē eius
reposita sunt: & scissura eius ꝯsolidata: ipse
q; depositus permāsit incolumis. Quo uiso
miraculo: ✝ bacch⁹ cū duobus militibus. s.
✝ callimacho & ✝ dionysio cōuersi sunt: & i
xp̄i ꝯfessione iubente iuliano decollati: dein
de sanctū martyrem fecit rote ferree alliga-
tum circūduci igne supposito & oleo super
fuso. Martyr autē orans permansit inustus:
flāma quoq; erumpens duos ex gentilibus
interfecit. ¶ Post hec in carcerē barbatus
mittitur: sed apparente sibi dn̄o cōfortatur.
Mane autē facto educt⁹ in quattuor lignis
extenditur: & neruis taurinis ante & retro
ceditur: deinde caminus per tres dies incen-
ditur: ut in eo imitteret: in quo martyr xp̄i
septem dieb⁹ incōbustus oino ꝑmansit: & ex
eo quasi ex suaui balneo ꝓsiliuit. Missus est
postmodū in carcerem: scorpionibus & ser-
pentibus ibidem iniectis: quos oēs ab eis in
tact⁹ signo crucis effugauit. Inde in boue e-
reo succenso fecit eum impator includi: sed
ipse ab omni exustione immunis permansit.
Bos aūt uti uiuus calorem sentiret: mugire
& ambulare cepit. Ad quod miraculū mul
ti conuersi sunt. Nouissime uero iubente iu-
liano capite cesus est. Cuius corpus ab ep̄o
felicio in ciuitate muthonis sepultuꝫ est pri
die idus maii.

¶ De sc̄o pacomio abbate. CLXXI

Pacomius abbas uir doctrine &
apostolice uite egypti cenobio-
rum fundator fuit. Hic apud the
baidem mira scitate ꝯspicuus: i
specu diu latitans ab angelo mo
nitus ad fundationē monasterioꝝ accessit: re
gulam quoq; eis aptā angelo dictante cōpo
suit: ipsamq; & traditiōes deo uiuendi eisdē
cōcessit. In horū aliquo monasteriorum ali-
quando septem milia monachoꝝ erant. Sed
maximū & precipuum in quo erat pacomi⁹
habebatur. In quo mille quingēti monachi
deo seruientes degebant: diuersisq; ministe-
riis ꝓpriis manibus laborabāt. Indeq; uictū
sibi & pauperibus acquirebant. ¶ Apparu-
it ei die quodam diabolus in specie elegātis
feminē: ut ip̄m de carnis tētatione pulsaret.
Sed ab illo cognitus diuina uirtute cōpul-
sus est multa utilia sibi edicere ad tētatiōes
euitandas. Indeq; ab eo signo crucis effugat.
Huic etiam xp̄s spinis coronatus apparuit:
Multiplicatiōes cenobioꝝ & monachorum
egypti: & inde eorūdem desolationes ꝓpter
hominū peccata ꝑdicens. Quieuit autē i xp̄o
sanct⁹ pater anno. 9. archadii & honorii ipe-
ratoruꝫ etatis uero sue cētesimo decimo: ut
ait sigibertus pridie idus maii. ¶ Hic sanct⁹
preter regulam quā angelo sibi dictante cō
scripsit: ut dictū est. Ad collegas preposituꝝ
re sue diuersas multarū uirtutum scripsit e-
pistolas: uidelicet ad abbatē corneliū unā.
Ad abbatē syrum unā. Ad omniū monacho-
rum ꝓpositos ut in unū cōuenientes pascha-
lem diem celebrent unā. Similiter ut ad diē
remissionis que mense augusto agitur undeꝫ
congregentur unam. Item ad fratres qui fo-
ris monasterium operari missi fuerant unā.
Hec gennadius de illustribus uiris.

¶ De sancto pacomio confessore. CLXXII.

Pacomi⁹ mōach⁹ in scythi fuit. Ad quē uēit heraclides graui carnis tētatione pulsatus. Qui ab eodē iaz septuagenario audiuit q̄ per annos.xii. huiusmodi tentationē nanq̄ deprimere potuerat: unde quasi desperatus se nudum fere deuorandum proiecerat: sed illesus dimissus ad cellam redierat. Cui diabolus apparuit in specie puelle pulcherrime super genua uiri sancti procūbēs Quam ut ipse manu in faciem percussit confestim euanuit: sed biennio sibi fetor ī manu permansit. Inde aspidem uerendis apposuit: ut se morderet & sic tentationem fugaret: sȝ illesus permanēs a serpente a domino cōfortatus est. Et sic in sancto proposito perseuerauit. Hec heraclides. Quieuit ī domino pridie idus maii.

¶ De scō theodoro abbate. CLXXIII.

Theodor⁹ pacomii abbatis successor insignis sanctitate & doctrina spectabilis in libro de collationibus patrum a cassiano edito multimode cōmendat̄. Qui post ipsum eius successorez monasteria sua in sūmo perfectionis apice strenue gubernauit. De concordia & unitate: & de permanendo ī proposito cordis & studii exhortatorias & elegantes ad alia monasteria plures epistolas scripsit: & miraculis clarus ī domino quieuit. Hec gēnadius libro de uiris illustrib⁹.

¶ De scō orosiense abbate. CLXXIIII

Orosiensis monachus pacomii & theodori abbatum collega uirmorum perfectiōe ꝯspicuus: & ī scripturis diuinis ad plenum eruditus fuit. Qui librum edidit totius discipline monastice eruditionis cōstructum: librum quoq; alium totum plene testamentum uetus & nouum iuxta necessitatem monasticam compendiosis dissertiōib⁹ exponentem quē testamēti uice prope excessus sui finem fratribus obtulit. Et sanctitate pollens in pace obdormiuit. Hec gennadi⁹. ubi supra.

¶ Explicit liber quartus.

¶ Incipiunt capitula libri quinti.

¶ Expliciunt capitula quinti libri.

¶ Prologus quinti libri.

QVintus liber p̃ſentis catalogi cõtinet paſſiões ac geſta ſcõꝝ: quorum feſtiuitates eueniunt infra rẽpus in quo eccleſia repreſentat diuini uerbi & ipſi⁹ eccleſie matrimonialẽ ꝯſumationẽ: ex qua ſubſecutam nouimus iugem liberoꝝ ꝓcreationẽ & ꝓpagationẽ: quod tẽp⁹ fuit a die pentecoſtes: & durabit uſq; ad ſeculi finem. Et ipm tp̃s repſentat eccleſia a feſto pentecoſtes uſq; ad aduentum. ¶ In quo quidẽ tẽpore: primo ipm matrimoniũ ꝯſumat̃: uidelicet a p̃miſſo pentecoſtes feſto uſq; ad octauã corporis xp̃i. ¶ Secũdo ex ipſo matrimonio ſpũalis generatio ꝓpagatur: ab octaua corpis xp̃i uſq; ad aduentũ. Iõq; primo in hac ultima parte ponent̃ feſtiuitates ſcõꝝ occurrentes infra tempus illud in quo repreſentatur diuini matrimonii ꝯſumatio. Et hoc i toto quinto libro preſenti. Deinde ſubſequẽter ponẽt̃ feſta occurrẽtia infra temp⁹ illud in quo rep̃ſentat̃

ex ipo matrimonio filiorum generatio & multiplicatio. Et hoc in.6.7.8.9.& .10. subsequentibus libris. ¶ Rursus in hoc tpe piugium xpi & ecclesie psumatur & perficitur. ¶ Primo pter spirituú unioné que principalior esse debet. Hoc aút agit in ipso festo pentecostes & per octauá: In quo pmisso spiritusc͞o in filios adoptionis effuso mébra capiti spiritali ppage pnectuntur. ¶ Scdo etiá per corpum piunctioné: qd ecclesia rpresentat i subsequente eucharistie festiuitate usq; ad octauam ipius. In quo celebrat memoria illius uenerabilis sacraméti p cuius súptioné fideles xpo etiá corpaliter copulátur. ¶ Et quis istud tps iuxta fictioné p nos alibi positam nó deberet ptendi nisi usq; ad dié tertiú nonarum iunii: ubi finiret octaua corpis xpi quádocúq; ipm festú sequeret dieta pasche ut supra dscripsim⁹ uidelicz si pascha occurreret. vi. cal. aprilis. Tamé istud tps & p cósequés librú istum ptendem⁹ usq; ad natiuitatem sci ioannis baptiste. Et hoc triplici ratione. ¶ Primo qa festú corpis xpi qd é ultimú inter festa mobilia aliquado usq; ad baptiste natiuitaté differtur & extédi pót. ¶ Secúdo ut liber iste ab aliis i sui breuitate non multú discrepet: sed potius adequet. ¶ Tertio ut subsequés liber ab aliquo festo notabili incohetur. Ad huius ergo téporis festa perscrutanda procedendú est.

¶ Incipit liber quintus a pentecoste usq; ad natiuitatem sancti ioannis baptiste.

¶ De festo pétecostes spiritussancti. Ca. I.

PEntecoste dicitur a numero dierú q a resurrectióe dńi usq; ad dié istum tránsierunt: qui fuerunt dies. 50. Nam pentecosta grece: latine sonat quinquagita. Nam die quiquagesimo a resurrectóe spustanct⁹: ut sacra actuú testat historia i apostolos i liguis igneis missus é: qd ad litteram ptigit idib⁹ maii. ¶ Circa cuius missioné qttuor cósideranda sunt. s. Ex pte dei mittentis infusio gratiosa. Ex pte spiritus aduenietis ispiratio miraculosa. Ex pte cetus suscipientis dispositio uirtuosa. Et ex pte effectus subsequentis opatio fructuosa. ¶ Circa primú sciédú q infusio gratiosa dei mittétis attenditur. ¶ Primo ppter missionis liberalitaté. Nam adeo deus spiritú sanctú liberaliter misit: q pater misit: & filius misit: & spiritussanct⁹ etiá se ipm dedit. ¶ De primo ioánes. 14. paclitus aút spiritussanct⁹ quem mittet pater ꝛc. ¶ De secúdo ioánes. 15. Si át abiero mittá euz ad uos. ¶ De tertio ioánis 16. Cú uenerit ille spirit⁹ ueritatis ꝛc. Nam sicut dicit leo papa i sermone beate trinitatis imutabilis deitas una é in substantia: idiuisa in opere: consors i uoluntate: par i oipotentia: equalis in gloria. Diuisit auté sibi opus nře redemptiōis misericordia trinitatis: ut pater propiciaret: filius saluaret: spiritussáctus igniret. Quia eni spiritussanct⁹ deus é. Ideo recte dicit se ipsuz dare. Misit aút euz pater omipotéter filius sapienter. Ipse auté spiritus se ipsuz dedit beniuolenter. ¶ Secúdo pp missionis pluralitaté. ¶ Ná ipse spiritussanctus dat. Primo iuisibiliter cú mentibus castis illabit. Ioánis tertio sps ubi uult spirat & uocé eius audis: sed nescis unde ueniat aut quo uadat. ¶ Secúdo uisibiliter cú aliquo signo uisibili ostenditur luce. 3. Descendit spiritussanct⁹ corpali spé ꝛc. ¶ Item ipe spiritussanctus apostolis tribus uicibus datus é. s. ante passioné: post resurrectioné: & post ascensioné. Prio ad faciédú miracula. Secúdo ad relaxandú peccata. Tertio ad cófirmandú corda. ¶ Prio eni dedit eis spiritúsanctú quádo eos ad predicádú misit: & super oia demonia & ut langores curarent potestaté tribuit. Hec eni miracula p spiritú sanctú fiebant matth. 12. Si aút ego i spú dei eiicio demonia ꝛc. ¶ Scdo qn eis isufflauit dicens. Accipite spiritú sanctú quorum remiseritis peccata ꝛc. ioánis. 20. ¶ Tertio qn eis cógregatis hac die in cenaculo spiritúsanctus i linguis igneis effudit actu. 2. ¶ Tertio attéditur hec isusio pp missionis diuersitaté. Ná i diuersis figuris & formis spússcús missus é pter eni formá liguarum ignearum i qua apostolis datus é: de qua ista dicet: alias spússcús i triplici spe missus est. ¶ Prio i spe colúbe sup xpm baptizatum ioánis prio sup quem uideritis spm dei sicut colúbá descédété ꝛc. Et hoc ppter triplicé colúbe proprietatez. Nam gemitú p cátu hét felle caret: & i foramib⁹ petre manet. Sic spússcús quos replet facit pro peccatis gemere. ro. 8. Ipse spús p nobis postulat geitib⁹ ienarrabilib⁹. gregorius idest nos postulantes & gementes facit. Facit eos esse sine felle amaritudis. Sap 12. O q bonus & suauis é dńe sps tu⁹ i nobis. Facit eos i foramib⁹ petre hitare. i. i xpi uulneribus cant. 2. Surge amica mea columba mea glo: fouens mihi pullos meos ifusione spússci: i foramibus petre glo. i. i xpi uulneribus. ¶ Scdo i spe nubis sup xpm tráifiguratuz. Nubes se a terra eleuat refrigerium pstat: & pluuiam generat. Sic spússcús quos replet a terreis eleuat. ez. 8. eleuauit me spu

ritus iter celū & terrā. A uitiis refrigerat: uñ dicitur uirgini dē. Spūſſcūs ſupue.i te & uir.al tiſ.obum.t.ideſt ab eſtu uitiog refrigerabit Pluuiā lachrymag generat. ṗs. Flauit ſpūs eius & fluēt aque. ❡ Tertio in ſpecie flat⁹ qñ j apoſtolos iſufflauit: ut dictū eſt. Flatus le uis eſt: calid⁹ eſt: & uite neceſſari⁹ ē. Sic ſpūſ ſcūs lenis eſt.i.uelox ad ſe diffundēdū. oib⁹ eni mobilib⁹ mobilior ē. Ambro⁹ neſcit tar da molimia ſpūſſci gratia. Calidus eſt ad in flāmandū. luce. 12. ignē ueni mittere i terrā Neceſſarius eſt ad reſpirandū. ṗs. Auferes ſpūmeog & deficient. & ifra Emitte ſpiritū tuū & creabunť ꝛc. ❡ Circa ſecundū ſciēdū ꝙ iſpiratio miraculoſa ſpūs aduenientis at tendiť. ❡ Prio ex parte tēporis cōpetentis. Nam miſſus eſt qnquageſimo die a paſcha: ut deť itelligi: ꝙ ſpūſanct⁹ ē legis pfectio: peccatog remiſſio: & eterna remuneratio. Legis pfectio: quoniā ſm glo. a die agni im molati qnquageſima die data ē lex i igne in mōte ſina: ſic die qnqgeſima datur ſpūſſcūs in igne i monte ſyon: q ipſe ſpūſſcūs eſt pfe ctio legis. Quia plēitudo legis eſt dilectio. ❡ Eſt peccatog remiſſio. unde glo. iō i qnq genario qa indulgentia fiebat i iubileo: & p ſpiritū peccata remittunť ꝛc. ❡ Eſt eterna remuneratio. uñ glo. ſicut. 40. dies poſt re ſurrectionē qbus cū diſcipulis dñs cōuerſa tur: pſentē eccleſiam deſignant: Sic qnqgeſi m⁹ dies: quo ſpūſſcūs dat: denariū eccleſie remuneratiōis exprimit. ❡ Miſſus ē etiā die dñica: quo die mūdi fuit incohata creatio p patris oipotentiā: qñ dixit de⁹ fiat lux ꝛc. Eo etiā die fuit icepta & ꝯſumata repatio p filii ſapiam. Nā die dñico xp̄s natus eſt: & die do minico reſurrexit. Iccirco eodem die debuit incohari mundi ſcificatio p ſpūſſci clemen tiam. ❡ Miſſus eſt & hora tertia: ut ſic perfe ctio opis huius aduētus trinitati aſcribatur ❡ Secundo ex pte modi ꝯgruentis. Nā fact⁹ eſt repente de celo ſonus ꝛc. Son⁹ eni hic fuit repentin⁹: qa ſpūſanct⁹ tarda molimina ne ſcit. Celeſtis: qa celeſtes effecit. Vehemens: qa ue eternum adimit: unde uehemens quaſi uedemēs. Vel qa mentē ad deū uehit: unde uehemens q̄ſi uehens mentē. Fuit & replens qa repleti ſunt oēs ſpūſcō: cuius repletiōis ſignum eſt. Non reſonare: nā doliū plenum nō reſonat. Et apoſtoli i tribulatiōe nō reſo nabāt: ſed ibant gaudētes a ꝯſpectu ꝯcilii ꝛc Non plus recipere: nam uas liquore plenū plus recipe nō pōt. Et apoſtoli nihil pprium habere poterant: ſꝫ i cōe oia diuidebant. Su per effluere: quod patet in fluuio inundāte: ſic apoſtoli ceperūt ſup effluere: qa ceperūt loq uariis linguis. ❡ Tertio ex pte flāme ap parentis: qa i linguis igneis apparuit. Circa quod eſt uidendū prio: q̄re apparuit i ligua potius q̄ i alio mēbro. Secudo q̄re potius in igne q̄ in alio elemento. Ad primū ſciēdum ꝙ apparuit i linguis: prio ut ignea uerba p ferrent. Scdo ut legē igneā pdicarent. Tertio ut ſpiritūſſūm q ignis ē: p eos loq cognoſce rēt. Bernar. uenit ſpūſſcūs ſup diſcipulos in liguis igneis: ut uerba ignita loquerenť: & igneā legem lingue ignee pdicarēt: & ſpūm ſanctū p ſe loqui cognoſcerent. Vel ut dicit greg⁹ iō in ligua apparuit: qa ſicut uerbū hois i publico lingua pferť: ſic uerbum dei quod apoſtoli pdicauerunt ſpūſcō mūdo p palatur. ❡ Ad ſecundū ſciendū: ꝙ ignis hēt 14. pprietates p quas denotanť opationes ad uentus ſpūſſci: quag. 7. denotant: ꝙ p ipſm 7. prīcipales uirtutes. i. tres theologicas & q̄ttuor cardinales acqrimus. Alie. 7. demō ſtrāt q̄liter per ipſm a. 7. capitalib⁹ uitiis ex piamur. Nam ignis hēt uirtutē exceſſiuā: qa excellit nobilitate & ſubtilitate alia corpo ra. Hec eſt fides que de ſubtiliori materia p tractat: & eſt nobilior cunctis uirtutib⁹: qa ſine fide ipoſſibile eſt placere deo. Eleuati uam: qa ſurſum tendit. Hec eſt ſpes que mē tem ad celeſtia puehit. Calefactiuam: qa ue ad ſenſum patet frig⁹ expellit. Hec eſt chari tas que affectū i deo accendit. Illumiatiuā: quia tenebras fugat. Hec eſt prudentia: que aium diuīa & humana ſapia pluſtrat. Diſcre tiuā: qa ignis metalla ab iuicē diuidit: hec eſt iuſtitia: que inter bonū & malum diſcer nit: & ius ſuū unicuiq tribuit. Conſolidati uam: qa uaſa teſtea idurat: hec eſt fortitudo que aium mollē i deum ꝯſolidat. Purificati uam: qa rubigines metallog tollit. Hec ē tē perantia que uitiog rubigines ꝯſumit. Item ignis habet uirtutē curatiuā: qa recta ligna ad arctuoſitatē reflectit. Hoc ſpūſſcūs contra ſuperbiā operatur altitudies icuruando per humilitatē. Attractiuam: quia aerē attrahit: ut patet i uentoſis: hoc contra iuidiam emu lationes attrahendo. Cōſumptiuā qa ligna ꝯſumit. hoc cōtra auaritiā tēporalia in uſus paupeg expendendo. Motiuā: qa ſemp mo uet: Hoc cōtra accidiā. qa amor dei nunq̄ ē occioſus. Mollificatiuā: qa metalla liquefa cit: & ferg molle reddit. Hoc ꝯtra iram cor uindictā expetens demulcendo. Sanatiuam qa aerem infectū ſanat. Hoc cōtra gulā eius infectiones purgādo. Reſtrictiuā: qa fluidū lac coagulat. Hoc cōtra luxuriā eius fluxū reſtrigendo. ❡ Circa tertiū ſciendū: ꝙ diſpo ſitio uirtuoſa cet⁹ ſuſcipiētis ꝯſiderať. Prio p p numeg: nā ſpūſſcūs i. 120. diſcipulos cor poraliter miſſus eſt: p qd ſignificať: ꝙ ſpūſ ſcūs i uniuerſos eccleſie filios: uidelꝫ i ſolos pfectos diffundēd⁹ erat. Nā hic numer⁹. 120 ſunt. 12. denaria. Numer⁹ aūt duodenarius orbis uniuerſitatem iportat: qa & celum

diuiditur in duodecim signa & terra in duodecim uentos: & annus in duodecim menses Numerus autem denarius legis perfectionē designat. Sed decem per duodecim multiplicata faciunt centum & uiginti. ¶ Vel per hoc ostenditur quod illi in quos spiritussanctus uenit habere debebant perfectionem legis mosaice que consistit in decem preceptis: & fidei euangelice que consistit in duodecim articulis. ¶ Secūdo propter locum. Datur enim spiritussanctus in cenaculo montis syon. Ad qd quindecim gradibus ascendebatur: In quibus dauid ad tabernaculū domini ascendens quindecim psalmos graduales decantabat. Si autem ordine numerali ab uno incipias & superaddas duo & deinde tres deinde quattuor & sic usque ad quindecim peruenies ad numerum centum & uiginti. In quo numero spiritussanctus effusus est: ut sic ipsius loci gradus mystice prophetarent per excrescentiam numerum illorum hominum in quibus spiritussanctus in eodem loco fuerat corporaliter diffundendus. ¶ Tertio propter meritum. Fuerunt enim apostoli receptacula munda sicut de eis cantatur ad spūssancti susceptionem: & hoc propter septem que in ipsis reperta sunt que in textu notantur. ¶ Fuerunt enim primo animo quieti: qd notatur cum dicitur. Dum complebātur dies pētecostes idest dies requiei omnis ysaie septuagesimosexto. Super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem & quietum. ¶ Secundo dilectione uniti: qd notatur ibi. Erant omnes pariter. Ideo cantatur de eis. Inuenit eos concordes charitate. ¶ Tertio loco secreti qd notatur ibi in eodem loco. i. in cenaculo: Osee. Ducam eam ad solitudinem & loquar ad cor eius. ¶ Quarto oratione assidui: unde cantatur: orantibus apostolis deum et cetera. Sapiētie octauo. Inuocaui & uenit in me spiritus sapientie. ¶ Quinto humilitate prediti: quod notatur ibi discipuli: psalmista Qui emittit fontes in conuallibus. idest dat gratiam humilibus ut dicit glosa. ¶ Sexto pace coniuncti qd notatur in hoc quod erant in hierusalem que interpretatur uisio pacis: unde & dominus quando post resurrectiōem discipulis apparuit: primo pacem annunciauit: & postea spiritumsanctum dedit. ¶ Septimo contemplatione erecti: qd notatur quia erant sedentes: unde maria que uitam contemplatiuam designat sedebat ad pedes domini & audiebat uerbum illius. ¶ Circa quartum autem notandum quod operatio fructuosa effectus subsequentis notatur in sex effectibus: quos spiritussanctus aduenientis operatus est: qui continentur in illa auctoritate ioannis decimosexto paraclitus autem spiritussanctus &c. ¶ Primo ad consolandum mestos qd notatur ibi paraclitus idest consolator ysaie sexagesimoprimo spiritus domini super me: & infra: ut ponerem consolationem lugentibus syon. ¶ Secundo ad uiuificandum mortuos: qd notatur ibi spiritus: quia spiritus est qui uiuificat ezechielis trigesimoseptimo. Ecce ego mittam in uos spiritum & uiuetis. ¶ Tertio ad sanctificandum immundos: qd notatur ibi sanctus: psalmista fluminis impetus. i. inundans gratia spiritus letificans ciuitatem dei & infra. Sanctificauit tabernaculum suū altissimus: per ipsum uidelicet flumen. ¶ Quarto ad pacificandum odiosos: qd notatur ibi pater. Nam pater naturaliter diligit filios. ioannis decimosexto ipse enim pater amat uos &c. ¶ Quinto ad saluandum iustos qd notatur ibi. In nomine meo: qd est iesus qui salus interpretatur glosa in nomine iesu pater misit spiritum ut ostendat quod ad saluandas gentes uenit. ¶ Sexto ad docendū ignaros: qd notatur: quia ille uos docebit omnia ioannis decimoquarto. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem.

¶ De scō isidoro martyre. II.

Isidorus martyr alexandrie ortus tempore decii imperatoris apud chium insulam passus est. Hic cum esset christianus occultus Numerianum pretorem a decio ad ipsam insulam missum comitatus est: & apud quandam peccatricem aphram nomine: que tres puellas publice omnibus se prostituētes detinebat: hospitatus est. Quas sanctus nocte illa cum amelio eius comite christiano in fide christi erudire cepit. Cum autem puelle eius pedibus prouolute misericordiam & animarum suarum salutem expeterent. Interea lucerna extinguitur: & dum una ex puellis ad ipsam accendendam egreditur: orante sancto martyre: celesti luce domus subito illustratur. Quod puella lumine mutuato rediens & uidens obstupuit: & lux illa celica tota nocte perseuerauit: Cum autem aphra mane facto hec omia matri sue rettulisset: illa conuersa ad se sanctū accersiuit & ab eo ueritatem fidei didicit: uerum postquam puelle cum aphra octo diebus ieiuniis & orationibus admonente sancto martyre isidoro instituissent: apparuit diabolus in specie ethiopis teterrimi: qui de sancto uiro isidoro querelam faciebat: eo quod sibi res suas subtrahebat: & ne sanctus ipsum in abyssum demergeret exorabat. Cui martyr dominum id se facturum promisit dummodo demon

draconem occidat: qui in ipsa insula apud quendam fontem habitans plurimos peremerat. Sicq; diabolus draconem interfecit: & isidorus fontem purgauit. Aphra uero cum puellis & matre conuerse sunt: & a presbytero phylloronio baptizate. ¶Hec audiens numerianus isidorum tenuit: & primo in quattuor lignis extensu͂ bouinis neruis crudis grauiter cedi iussit deinde in carcerem misit. Et cum christum constanter confiteretur: inde eductus: pedibus equo alligatur: & per aspera & crepidines montanas distrahitur: moxq; uirtute diuina in ipo loco per quem tractus est: aculei & spine in arbores gummi mastic͡bes defluentes conuerse sunt: & in testimonium eius martyrii manant usq; in presens nec ualent in loco altero tra͂splã tari: quin continuo desiccantur: aut gummi nunquam emittunt. Deinde in camino ignis immissus: cum inde illesus exisset: iussu numeriani decollatus est. Corpus quoq; eius in puteo a paganis proiectum ab amelio eius comite: & murope sancta matrona inde leuatum iuxta eundem puteum sepultu͂ est. Sed & supra corpus & puteum processu temporis basilica a fidelibus constructa: puteum intra sui ambitum tenet: de cuius aqua omnes egri potantes sanantur: ut dicit ado. Tempore uero dominici michaelis ducis uenetiarum corpus huius martyris inde a uenetis ad eorum urbem translatum quiescit in ducali basilica sancti marci. Passus est auté idibus maii.

¶De sanctis torquato & sociis episcopis. III

TOrquatus: ctheſiphon: secu͂d' indaletius: cecilius: hesychi': & eustathius rome a sanctis apostolis episcopi ordinati ad predicandum uerbum dei ad hispanias missi sunt. Cumq; ad ciuitatem acitanam uenissent: & quiescentes modicu͂ discipulos ad urbem pro cibis emendis destinassent: mox a paganorum multitudine insecuti sunt: qui tunc diis suis festa celebrabant. Et cum eos usq; ad fluuium persecuti fuissent: cum gentilium multitudo transire uellet: ruente ponte multi ex ipsis in flumine necati sunt. Visoq; miraculo lupanaria senatrix cum eis qui remanserant crediderunt. Post hec sancti episcopi diuersis urbib' euangelizantes multos populos ad dominum conuerterunt. Et tandé torquatus acii: ctheſiphon uergii: secundus abule: indaletius urci: cecilius eliberi: hesychius cariese: eustathius eliurgi quieuerunt. Sed in ciuitate acitana ad sepulchrum sancti torquati arbor oliue in eius festo preter naturam diuinitus florens maturis oleis onustatur: quarum liquore egritudines sanantur. Horum omniu͂ festum agitur idib' maii.

¶De sanctis petro paulo andrea & dionysia martyribus. IIII

PEtrus: paul': andreas & dionysia te͂porib' decii cesaris passi sunt. Quorum petrus adolescens ab optimo proconsule apud lemosacum ciuitaté co͂prehensus: cum se christianum profiteretur: in rota extensus & uinculis ferreis toto corpore astrict': dum constanter permaneret: gladio animaduersus est. Deinde proconsul ad ciuitatem troadum accedens oblatos sibi nicomachum andream & paulum christianos dudum torqueri fecit. Nicomachus autem diutissime cruciatus cum iam prope esset: ut spiritum emitteret: clamauit se christianum nunquam fuisse: & idolis sacrificaturum paratum esse. Qui mox depositus ubi sacrificauit: a demonio arreptus & in terram elisus: linguam suam comedens infeliciter expirauit. Cum autem dionysia puella annorum quindecim uirgo christiana hec uidens: infelicitatem illius argueret: & christum dominum uerum deum acclamaret a iudice tenta traditur duobus lasciuis iuuenibus illudenda. Qui dum eam corrumpere uellent: & illa contra eos uiriliter dimicaret: apparuit eis angelus domini cu͂ immenso lumine qui domum tanta luce perfudit: q̧ iuuenes terrore perculsi ad pedes uirginis prociderunt: & ueniam postularunt. Mane autem proconsul paulu͂ & andream flagellis cesos populo tradidit occidendos. Quos illi pedibus alligatos extra ciuitatem trahentes lapidibus interfecerunt. Ad quos accurrens dionysia ut secum occumberet iussu proconsulis decollata est. Quorum omnium corpora a christianis ad urbem lemosacum delata una cum corpore beati petri martyris sepulta sunt. Horum omnium agitur passio idibus maii.

¶De sancto pesegino presbytero & martyre. V

Peregrinus presbyter ciuis romanus a sancto sixto papa cũ marsone presbytero concordio diacono: & iouião subdiacono atq; ianuario lectore ad predicandum uerbum dei ad gallias missus est. Qui primo apud massiliam. Deinde apud lugdunũ: deinde apud antisiodorum predicarunt: ubi multitudinẽ populi conuerterunt: & ecclesiam fabricarunt. Post que beatus peregrinus iteranum accessit: ubi dum christum annunciaret a iudice tentus & in uico baugiaco in carcere detentus est. Deinde imperatori hadriano ad iteranensẽ ciuitatem uenienti presentatus est: A quo diuersis supplicíis attrectatus: nouissime decollatus est anno domini tricẽtesimo & trigesimo. Corpus uero eius feris expositum cum diebus pluribus permansisset intactum iussu angelico a rustico christiano colligitur: & plaustro imponitur: eodemq; angelo duce a media nocte usq; ad auroram ad sanctum dionysium parisiensẽ deducitur. Cumq; mane rusticus se antisiodorum adhuc appropinquare non crederet: & postmodum se antisiodorum transiuisse & parisius aduenisse conspiceret: miratus expectabat dei uoluntatem. Tũc signis ecclesie sancti dionysii per seipsos pulsantibus: & monachis hoc stupentibus: neq; causam cognoscentibus: tandẽ uoce de celo corporaliter ad eos facta premoniti: omnes monachi sancto corpori obuiarunt: & ipsum ad locum suum deferentes in capsa argentea honorifice sepelierunt: ubi & quiescit miraculis pollens. Passus est autem decimoseptimo calendas iunii.

¶ De sancto ubaldo episcopo & confessore. VI.

Ubaldus episcopus nobili prosapia eugubine ciuitatis oriũdus a pueritia deo deuotus patre defuncto cui fuerat unicus apud ecclesiam sancti secundi iuxta ipsum oppidum sitam litteras puerulus didicit: & clericus ipsius ecclesie factus eam in tantũ dilexit: ut ipsam post tempus de paupere diuitem: de seculari faceret regularem. Qui postmodum a patruo nomine ubaldo cuius gratia & ipse ubaldus uocatus fuerat maiori ecclesie traditus: summa sanctitatis perfectione pollere cepit. Qui etiam ab amicis dudũ pulsatus ut uxorem sumeret: omnino recusauit: christo potius militare decernẽs. Carnẽq; quoq; diris & assiduis ieiuniis macerabat. Deinde quasi inuitus sacerdotii gradum compulsus ascendere: omnia sibi a patre relicta egenis & ecclesiis dispẽsauit. Ecclesiam quoq; suam matricem edificiis & prediis ampliauit. ¶ Sed cum quasi tota ciuitas incendio conflagrasset ecclesiam suam sancti secundi cum claustro & domo igne consumptã de proprio reparauit. Dehĩc in cenobio canonice portueñ apud rauẽnam tribus mensibus mansitans regulam & ordinem deo uiuendi non solum imbuit: sed in scriptis reportauit. & reuersus ad ecclesiam suam eandem regularium canonicorum monasterium iuxta ordinem portueñ instituit: eamq; prediis dotauit. Et in ipso suo regressu: licet itinere fatigatus nunq̃ ieiunium soluit. Cum autem in quodam nemore cum socio dormitasset: exinde surgens codicem regule obliuione dimisit: & solicitus pro libri amissione uel saltem deuastatione propter imbrem maximum qui ceciderat rediit: librũq; repperit ubi dimiserat iuxta uiã nec raptum ab homine nec a pluuia madefactum. Et quia regula ipsa artior uidebatur: cum tribus tantũ ex suis clericis: aliis abeũtibus in dicta ecclesia regulariter uiuere cepit. ¶ Mortuo uero episcopo perusino: ubaldus eligitur: sed fugiens ad eremum tam diu latuit quam diu alius surrogatur. Alias etiam electus in episcopum alterius ciuitatis pedes romam adiit: & ab honorio papa instantia multa resignationẽ obtinuit. Demum disponente domino electus in episcopum eugubinum ab eodem papa q̃uis dudum renitens iussus presulatum acceptauit: & usq; ad tempora alexandri .iii. superuixit: omni uite sanctitate tanta q; patientia preditus: ut etiã ab ipsis suis familiaribus iniurias perpessus patientissime toleraret. Nam & a suo ianitore aliquando exclusus etiã semel hostio in fronte percussus nullam uindictã excogitauit. Et dum quosdam ad instantiam ciuium iniuste excõmunicare nollet prohibiti sunt omnes sibi clerici ministrare: adeo ut etiam ad missam celebrandã unicum aliquando seruitorem habere nõ posset: & patienter tulit. Preterea cum murum urbis iuxta uineam episcopi repararent: & cloacam in uineam facerent infundentem: quod ubaldus prohibere uolens cum iniuria in cemeterio liquido a

ctatus & sordidatus benigne supporta/
uit. Quosdam quoq; eius affines iniuri/
am ulcisci uolentes omnino prohibuit.
¶ Dum aliquando seditio dura esset in ci
uitate illuc ut pugnam sedaret festinauit:
quam dum nullo modo sedare se posse
perpendit: ex industria inter enses & lapi/
des se in terram deiecit: nec inde surrexit:
donec ciues episcopum ex uulnere mor/
tuum existimantes a seditione cessarunt.
¶ Alia uice cum ciuitas eugubina ab un/
decim ciuitatum & castrorum ciuibus in/
uicem contra eam colligatis obsessa esset:
eamq; expugnare uellent. Vir sanctus su/
pra murum ascendens signum crucis edi/
dit: & hostes nemine persequente fugauit
adeo ut relictis omnibus solam uitam sal
uare contenti ad propria festinando redi.
rent: ciues quoq; eugubii de spoliis ditati
sunt. ¶ Federicum etiam imperatorem
qui obsidibus ab eadem urbe susceptis
grauem pecunie summam expetebat: exi/
ens ad eum oratione premissa adeo chri/
sti uirtute placauit: ut obsides libere red
deret: & episcopum plurimum honora/
ret. Multis etiam egris contulit sanitatem
Nam unum ex suis canonicis a graui lan
gore liberauit. Ecclesiam sancti benedi/
cti consecrans solo uestimentorum con/
tactu paralyticum curauit. Cecis duo/
bus uisum restituit: quorum unus per ui
sionem monitus fuerat ad eum accedere
pro lumine obtinendo. ¶ Alium quoque
qui ad eum pro luce recuperanda uene/
rat: quia cognouit hoc eius anime saluti
non pertinere ad tantam patientiam suis
exhortationibus induxit: ut promissa sibi
eterna luce pro temporali perdita nulla/
tenus uisum recuperare uoluisset. Et mul
tis aliis signis admodum effulsit. Demq;
propter nimias afflictiones grauiter lan/
guebat intantum q; ex carne ipsius potis/
sime ex ulcere pessimo quod in latere pa/
tiebatur: sanies intolerabilis effluebat:
nec propter hoc unquam destitit a ponti/
ficalibus exercendis. ¶ Die sancto pa/
sche iam durissima pressus egritudine: ut
uix in lecto se posset erigere: ad preces
populi per orationem obtinuit: ut per se
ipsum sine adiutore consurgens missam
in pontificalibus celebraret: & populo
suo ultimum sermonem uice testamenti
faceret. Et ad ultimum postquam filios
benedixit ad lectulum rediit. Inde ingra/
uescente langore sumptis ecclesiasticis sa
cramentis orans & psallens domino spiri
tum reddidit feria secunda pentecostes:
que ipso anno occurrit decimoseptimo
calendas iunii. ¶ Cum autem iam pro/
pter frequentiam egrotorum ad phere
trum uenientium & reportantium sanita
tem q̄ propter multorum deuotionem se
pultura ipsius usq; ad quintam feriam
protracta fuisset: corpus eius nulla cor/
ruptione maculatum sed suauissimo fra/
grans odore: cum luctu multorum &
gaudio spiritali ab episcopis perusino ca
stellañ & callieñ sepultum est honore cō
debito in canonica uidelicet sua iuxta mu
ros ciuitatis: ubi usque in presens quie/
scit incorruptum omnino infinitis & cre/
bris miraculis clarens.

¶ De sancta maxima uirgine. VII

MAxima uirgo in pago forliui/
ensi uico callidiano uirginita/
tis lilio florescens multisq; &
insignibus clara uirtutibus in
pace quieuit decimoseptimo
calen. iunii: ut dicit ado in martylogio
suo.

¶ De sancto torpete martyre. VIII

TOrpes martyr in ciuitate pisa
na tempore neronis imperato
ris passus est. Nam cum ipse
nero ciuitatem pisanam restau
rasset: templum diane ibi con/
struxit: ubi & celum eneum fabricauit
nonaginta columnis sustentatum cum i/
maginibus solis & lune & stellarum: que
artificiose oriebantur & occidebant: &
cū foraminibus fistularum: per que aque
guttule distillantes pluuiam simulabant
Fecit etiam quadrigam subterraneam:
que commota tonitrua mentiebatur.
¶ Eodem autem tempore sanctus torpes
qui magnus erat in palatio cesaris spiritu
dei tactus a sancto antonio presbytero
qui in latere montis contiguo ciuitati la/
tebat occulte baptizatus est: & reuertens
domum ab angelo sibi apparente in fide
confirmatus est. Hoc audiens nero cesar
torpetem captum satellico propinquo suo
puniendum dimisit: ipse uero romam re/
diit. Satellicus uero torpetem primo in
carcere triduo ferro uinctum afflixit. De
inde ad columnam ligatum cedi fecit: sed
orante sancto columna corruit: & satelli
cum cū quinquaginta paganis oppressit.
Quem filius satellici siluin⁹ nomine per
noctem in rota ligauit. Mane uero bestiis
exposuit. Leopardus enim ad pedes sācti

procidens mansuetus redditur : leo uero ubi in eum impetum fecit subito moritur Quod cernens euellius consiliarius imperatoris ad christum conuersus est & a siluino decollatus quinto calendas maii .

¶ Deinde oratione torpetis templum cũ omnibus siderũ figuris & ei⁹ edificiis ab angelo subuersum est:& idolum diane in puluerem redactum . Propter quod iussu siluini iuxta mare ubi flumen arni in equor decidit : sanctus martyr educitur : & ibidem capite truncatur tertio calendas maii . Cuius corpus in nauicula cariosa cum cane & gallo in mare exponitur : ut uel a bestiis roderetur : uel in mare mergeretur . Angelo tamen duce nauicula ad hispaniam deuenit . Et a senatrice christiana celerina nomie que regni dimidium obtinebat in somnis diuinitus admonita corpus sancti reperitur in portu qui dicitur sinos : & iuxta litus honorifice sepelitur decimosexto calendas iunii : ubi postmodum ecclesia desuper suo nomini fabricatur . Et festum eius die ipsius depositionis ibidem celebratur .

¶ De translatione sancti syri epi. IX.

TRanslatio corpis sancti syri episcopi papiensis ab icolis eiusdem ciuitatis decimosextu calendas iunii celebratur . Cuius corpori dominus tantam gratiam contulit : ut etiam ipsius contactu mortuum suscitaret . Cecis uisũ surdis auditum:claudis gressum preberet : multosq; languentes a diuersis infirmitatibus sanos efficeret & obsessos a demonis liberaret.

¶ De scõ sophonia propheta. X.

SOphonias propheta fili⁹ chusi:filii godolie: filii amasie:filii ezechie : ut ex textu ipsius prophetie liquet in diebus iosie filii amon regis iuda ꝓphetauit: in duabus uidelicet tribub⁹ israel. Iam enim decem tribus in assyrios translate fuerant . Dirigitur autem eius ꝓphetia contra nationes in lectione comprehẽsas . Prenuncians eis futurum iudicium Populo uero suo israel salutem & ciuitati hierusalem restaurationeꝫ tunc temporis tribuendam prout textu lectionis denunciauit . Cum enim hieremias & alii multi prophete excidium hierusalem & populi captiuitateꝫ futuraꝫ predixissent. Hic solus in consolatione populi sui: ne ex hoc nationes contra dei populum animosius insultarent:non solum gẽtibus iudicium cõminatur : sed etiam plebi sue reuocationem & hierusalem reedificationẽ predicat. Hieremie enim contẽporaneus fuit . Et quasi secũ eodem tempore ꝓphetauit . Hierusalem tamen nec destructionem nec populi sui in babylonem translationem aspexit . Nam ante illa tempora i diebus: uidelicet ioachim filii iosie regis iude cum patribus suis i pace dormiuit. Et sepultus est in hierusalem decimoquito calendas iunii . Hec hieronymus & iosephus:& ex historia scholastica: Hic sanctus propheta ex numero est illorum.12. qui minores dicũtur : & ecclesiastici quadragesimonono in sanctorum patrum catalogo conscribuntur.

¶ De sancto dioscoro martyre. XI.

DIoscorus lector & mř apud egyptũ passus ẽ. In quẽ preses detentũ multa & uaria tormẽta exercuit:ita ut unguib⁹ carnes eius effoderet & lampadibus eius latera inflãmaret . Sꝫ celestis luminis fulgore ꝑterriti ceciderũt ministri Nouissime laminis ardentib⁹ adust⁹ martyriuꝫ consumauit .xv.cal.iunii.Hec hieronymus in martylogio suo.

¶ De sancto uenãtio martyre. XII.

VEnãtius martyr in ciuitate camerina passus est tempore decii cesaris . Qui a preside tentus : cum christum dominum confiteretur : primo quidem fustibus cesus: deinde in carcere missus : sed ab angelo confortatus est . Inde eductus leonibus exponitur: sed ipsi eius pedibus procumbentes mansuetissimi redduntur . Deinde pedibus appensus uerso deorsum capite facule ardentes eius uertici supponuntur . Et cum hoc etiam gen⁹ supplicii tolerasset manibus & pedib⁹ extenditur : & ignis sub eius uentre solummodo accenditur : & sic mediis partibus diutius incensus affligitur . Nouissime cũ omnia superasset : gladio caput eius precīditur . Corpusq; ipsius in eadem ciuitate a fidelibus tumulatur decimoquinto caleodas iunii

¶ De sancto felice epo & martyre. XIII.

FElix episcopus apud spaletẽ urbem sub maximiano imperatore passus est . Qui cũ christum dominuꝫ predicaret a iudice comprehensus post plurima supplicia gladio cedente martyrii palmam adeptus est decimoquinto calẽdas iunii . Heç ado in martylogio .

¶ De sancto pudente discipulo & confessore. XIIII

Pudens cōfessor ciuis romanus cum nobilis filius punici illustris & priscille fuit: & marit⁹ abunellie: ex qua duas filias procreauit. s. potentianā & praxedem: Quas tpore christianissimus nō solum per manus pastoris presbyteri baptizari fecit: sed etiam in lege diuina plenius erudiuit. & ad obseruantiam uirginitatis induxit. Hic enim a beato paulo apostolo doctus fuit: qui domum suam in ecclesiam edificauit: quam & per man⁹ pii pape consecrari fecit. Nutritor nāq; pauperum & susceptor peregrinorum summa ambitione fuit. Et post multa sanctitatis opera laudabilia in pace quieuit. 14. calē. iunii: ut dicit ado.

¶ De sancta potentiana uirgine. XV

Potentiana uirgo filia fuit beati pudentis & soror praxedis nobilissima romanorum. Hec post mortē parentis utriusq; omnem facultatem suam cum sorore diuidēs: ceperunt ambe ditissimū patrimonium uendere: & pecunias pauperibus errogare. In ecclesia uero quam pater illarum construxerat in loco urbis: q dicitur in uico patricii: quam prefat⁹ pater earum pudens i titulo beati pastoris dedicauerat: cum consilio pii pape baptisterium construxerunt: cupientes ut familia utriusq; earū die sancto pasche baptizaretur. Quos a numero. 96. manumissos beatus pius eps aquis salutaribus abluit ibiq; per scōs presbyteros & clericos die noctuq; diuina celebrari mysteria: & multos baptizari faciebāt. Post multorum itaq; martyrum exhibitas uenerabiliter sepulturas: post omnes facultates suas pauperum uisceribus inclusas & xpo fideliter commendatas: potentiana i scō uirginitatis proposito de terris ad xpm migrauit. 14. cal. iunii: Sepulta iuxta patrem suum uia salaria in cemiterio priscille temporib⁹ antonini imperatoris.

¶ De scō ioanne martyre. XVI

Ioannes martyr tēporib⁹ maximiani ipatoris apud alexādriā passus ē. Hic primū uocatus neanias gentilitate deditus a matre theodosia gentile primaria elie ciuitatis maximiano cesari antiochie degenti p̄sentatus: & ab eodem dux alexādrie effect⁹ ē: ut xpianos ibidem psequeret. Cū aūt nocte quadā cū militibus suis uersus alexandriā iter ageret: luce celesti circūfusus: xpoq; sibi uisibiliter apparēte ad instar bti pauli apostoli ad terram psternitur: i fide xpiana admonet: & ad dnm repente conuertitur: : ueniens igitur alexandriā crucē sibi secretius fabricari fecit in qua diuinitus nomen dni emanuel sculptum repperit. Et cum exercitus agarenorum alexandrie fines inuasissent: & alexandrinorum filias rapuissent: ipse collecta gente sua crucem illam deferens agarenos pene innumerabiles in fugam uertit: & eorum multitudinem cecidit & strauit: nullo de suis uel ad modicum uulnerato. Reuersus autem a matre que ipsum alexandriā secuta fuerat: inuitatur: ut diis pro triumpho habito immolaret. Qui templum ingressus idola argētea confregit: & pauperibus errogauit. De quo a theodosia matre maximiano delatus est: Qui ab antiochia per litteras ultioni presidi mandauit: ut neaniam tentū immolare compelleret: aut diuersis suppliciis puniret. Vltio igitur ioannem cōprehensum: & idolis sacrificare abnuentem in equuleo suspendi fecit & a quattuordecim uiris uicissim diutius lacerari: sicq; quasi mortuum in carcerem trudi. Nocte uero a christo cum angelis & luce nimia sibi apparente confortatur: plagis omnibus sanus redditur: nomenq; suum primum quod erat neanias ioannis nomine cōmutatur: inde eductus & sacrificare suasus cum templum introisset trigintasex statuas idolorum uertit. Qua propter multi de militibus in domino crediderunt: q a sancto leontio episcopo baptizati: ab ultione preside in christi confessione decollati sunt. Ioānes uero ferro onust⁹ iterum in custodia detinetur: ubi existens duodecim mulieres ad se uenientes cum matre theodosia conuertit ad christum. Quas ut christianas p̄ses cōperuit: ipsas oēs equuleo suspensas & unguib⁹ laceratas ac lateribus adustas carceri tradidit una cū theodosia matre ioānis: que scās illas martyres i carcere refouebat. Ipsasq; oēs leōti⁹ baptizauit. Seqnēti uero die inde oēs cum theodosia educte: primo lapidib⁹ ora earum contusa sunt: deinde extense & uirgis cese: & post hec manicis ferreis candentibus aduste sunt. Nouissime decollate sūt.

¶ Post hec autem sanctus ioannes eductus instrumentis ferreis facie concisus ceruice plumbatis percussus. Iterum carceri mancipat: ubi multa miracula fecit: & demonia eiecit multosq; ad xpm ouertit.

Interea defuncto ultione : a flauiano successore eius gladio necari iubetur. Sed dum illum spiculator pcutere uellet moritur subito: & ioannes ad presidem reducitur. A quo iterum appensus neruis ceditur : carbonibus iocenditur plagisq; sale perfunditur. Dehinc ante ipsum depositum idolum sistitur: thusq; in manu eiꝰ imponitur: & ignis subtermittitur ut uel thurificaret uel manum eaureret: qui eũ per duas horas manum in igne immobiliter tenuisset. tertio intra carcerem appenditur lapidibus in pedibus alligatis. Sed ab angelo solutus & omnia eius uulnera solidata sunt. Deinde in caminum ignis iniectus flamma dispersa ministris adustis : ipse illesus permansit. Nouissime iubente flauiano gladio in gutture percussus & lancea in pectore transfixus martyrium consumauit decimoquarto calendas iunii. Sepultusq; est alexandrie circa annum domini ducentesimum & octuagesimumquartum. Corpus uero eius inde constantinopolim translatum. Inde a ioãne priore monasterii sancti danielis de ueneciis surreptum:& uenetias ad ipsum locum delatum est anno domini milesimo ducentesimo & decimoquinto quinto nonas iulii ubi & quiescit miraculis crebris pollens.

¶ De sanctis calocero & parthemio martyribus. XVII.

Calocerus & parthemius rome passi sunt sub decio cesare: qui cum essent eunuchi triphome uxoris decii prior quidem prepositꝰ cubiculi: alter uero primicereus deprehensi ab imperatore q̃ essent christiani : nolentesq; sacrificare idolis ab eodem gladio occisi sunt. Quorũ corpora uia apia a fidelibus sepulta sunt decimoquarto calendas iunii.

¶ De sancto celestino papa primo & confessore. XVIII.

Celestinus papa huius nominis primus natiõe romanus ex patre prisco. Bonifacio papa primo in episcopatu romano successit. Seditq; annos octo mẽses nouem. Hic constituit ut psalmus: Iudica me deus ꝛc. diceretur ante introitum misse : & psalmi dauid ante sacrificium cum introitu psallerentur cantãdo ex omnibus antiphonatim : quod antea non fiebat : sed epistola pauli & euangelium dicebãtur. Et ex hoc instituto excepti sunt introitus de psalmis & gradualia : similiter & offertoria ante sacrificium. Hic misit sanctum brithyũ filium & successorẽ sancti martini turonẽsis in britãnã & conuertit omnes ad fidem. ¶ Huius etiam tẽpore tertia synodus uniuersalis ephesina ducentorum patrum collecta est ephesi : iussu pape huius celestini & theodosii iunioris. In qua damnatus est nestorius duas personas in christo asserens & condemnatus anathemate : & confirmatum est in christo unam esse personam in duabus naturis. Et ut beata maria theothece idest mater domini appelletur. Qui etiam sepultus est in cemiterio priscille uia apia. Et cessauit episcopatus dies uigintiuno uẽ. ¶ Hic predicte ephesine synodi decretum dictauit :& in unum uolumẽ clausit : atq; ad omnes ecclesias direxit.

¶ De sancto celestino papa quinto. XIX.

Celestinus papa huius nominis quintus alio nomine dictus Petrus de murono nicolao pape quarto qui fuit de ordine minorum in episcopatu romano successit anno domini milesimo ducentesimo & nonagesimoq̃rto seditq; in apostolica sede mensibus sex & diebus quattuor uidelicet a septimo calendis iulii usq; ad quarto calendas ianuarii. Cum enim sedes apostolica per obitum dicti nicolai quarti annos duos & menses tres uacasset ad suasionem domini latini cardinalis ostiensis ordinis predicatorum iste in summum pontificem electus est. Qui uocatus petrus de murone ante papatum eremiticam uitam ducebat & multos bonos discipulos fecit: Fuit autem uir magne abstinentie & orationis: ac regi carolo deuotus. Qui ubi electus est pontificatum renuebat : sed ad magnam instantiam caroli & totius regionis recepit papatum. Fuit autem electus perusii:& postq̃ creatus est de consilio regis caroli noluit uenire ad locum cõmunẽ ubi electus fuerat put ei scripserãt cardinales: sed mandauit eis ut ad se uenirent : ipse autem uenit aquilam: quo & cardinales ad eum uenerunt ibiq; coronatus est. Sed anteq̃ de perusio cardinales recederent dominus latinus infirmatus perusii decessit. Fueruntq; in coronatiõe ipiꝰ plusq̃ ducenta milia hominũ. Ad quẽ multitudo maxia queniebat :

tũ propter pontificalem dignitatem: tum propter sanctitatis famam. Statimq; post eius creationem ad petitionem regis sex cardinales fecit: uidelicet dominum landulphum de neapoli: fratrem thomam de ordine suo: & archiepiscopum beneuentanum: dominũ guilelmum de pgamo cancellarium regis caroli: dominum ioannẽ monachum archiepiscopum lugdunensẽ dominum beraldum archiepiscopum bituricensem. Hic i gratiis fuit largissim⁹: adeo q̄ etiam indiscrete faciebat: utpote quia iexpertus plerũq; decipiebatur: unde a cardinalibus inductus sub conscientie pretextu incitabatur ad renunciandũ. Qui ad petitionem regis caroli neapolim uenit. Sed dum rex ipsius renunciationi omnimode obuiaret: hoc non obstante: uir sanctus bona conscientia motus: prius facta constitutione: in quibus casibus papa resignare potest: resignauit papatui in manibus collegii facto festo dominice natiuitatis: quam renunciationem ei⁹ successor bonifacius autenticauit: quam habes de renunciatione libro sexto. Cui simile facit: quod fecit clemens papa prim⁹ huius nominis: ut in catalogo pontificum habetur. Post cessionem uero ad electionem processum est neapoli sub rege carolo. Et electus est dominus benedictus caietanus diaconus cardinalis: postea uocatus bonifacius octauus: quod fuit anno domini millesimo ducentesimo & nonagesimoquarto. Celestinus autem sedit a sexto calend. iulii usq; ad. 4. calen. ianuarii. Et cum post cessionem ad eremũ redire uellet: a bonifacio successore detinetur: & in quodam castro dicto fumiculus in honesta custodia non tamen libera concluditur: ubi miraculis clarus postmodũ moritur decimoqrto calẽ. iunii. Et i quodam sui ordinis monasterio quod dicitur sancti antonii retro altare sepelitur anno domini millesimo trecentesimo secundo. Et a clemente papa quinto apud auinioñ postmodum canonizatur millesimo trecentesimo & tredecimo miraculis eius in orbe propalatis.

De sancto celestino confessore. XX

Celestinus confessor & monachus floruit tempore theodosii iunioris. Qui de monasterio suo ad parentes in modũ libelli scripsit epistolas omnibus deũ desiderãtib⁹ necessariã: sanctitate conspicuam sermone luculentam: Cuius exhortatione uite ipsius perfectio deprehendi potest: quia uir sanctus non potuit aliter docere q̄ uixerit. Hec uincentius in speculo.

De sancto hiuone presbytero. XXI

Hiuo presbyter & nouus confessor apud trecheñ ciuitatem claruit in diebus nostris canonizatus per clementem papã sextum. Hic ex britannia patre habeloro matre azora secundũ carnẽ nobilitate seculi pollentibus genitus i uico uille martini iuxta trechoreñ ciuitatẽ ɔstituto & nutritus ab annis infantilibus deuote deo seruire cepit: Qui annorum quattuordeciʒ parisius missus fuit: ibiq; in scientiis primitiuis optime fundatus ad studium aurelianensem se transtulit pro sacre theologie & canonum scientiis acquirendis: ubi tam studiorum gratia q̄ sanctitatis a uino & lautis ferculis ac deliciis cunctis abstinuit: & corpus macerans orationibus uacabat pudicitiam perpetuo seruans. Inde ab archidiacono redonensi pro iudice curie sue postulatus gratis acceptans officium ipsum cum multa charitate & sollicitudine exercebat: & nihilominus quotidie ad lectionem theologie intrabat: miserabilibus personis oppressis subueniens: iusticiam summopere fouens: iniquos persequens: & discordes ad pacem reducens: operibusq; misericordie iugiter intendebat. De cuius fama postq̄ ad episcopum trechoreñ peruenit: ipsum in uniuersalem sue curie iudicem assumpsit. In quo officio postquam aliquo tempore uirtuose se gessit: ad meliorem uitã scilicet contemplatiuam transire cupiens officio resignauit: & ecclesie parecialis de lohenecb cuius erat rector seruitio se protius mancipauit. Pannos delicatos quos primo iuxta statum suum uestierat omnino dimisit: & uestes rudes albas & modici precii induit: indeq; habitum ac si religiosum portauit: Cilicio carnem domuit: cunctis ieiuniis ab ecclesia indictis in pane tantum & aqua ieiunauit: ceteris diebus mira corpus abstinentia macerauit. orationi & contemplationi maiori temporis parte uacabat. Aliquãdo integra septimana sol⁹ i sua camera ɔtẽplationi intentus perseuerauit: nullo cibo corporeo substentatus: qui tamẽ exiens nullã i facie debilitatẽ ostẽdit. Missã etiã dieb⁹ singu-

lis celebrabat. Cui aliquando dum cor-
pus dominicum eleuaret: globus igne-
us super caput eius cunctis uidentibus
& stupentibus apparuit. ¶ Pauperes in
domo propria charitatiue suscipiens: eis
largiter ministrabat: nec nunquam sine
pauperibus hospitibus esse uolebat.
Nam pauperem unum cum uxore & quat
tuor filiis per nouem menses in domo re-
tinens eis de uictu & uestitu prouidit. Do
mum etiam quandam disposuerat iuxta
suam cum lectis & aliis necessariis pro su
scipiendis egenis: quibus ipsemet in uili
bus ministeriis obsequens sepius cum eis
in mensa comedebat: multis miraculorũ
signis effulsit. ¶ Cum aliquando in do-
mo sua per eius uicarium unicus panis so
lummodo repertus esset: & beatus hiuu
multis uenientibus pauperibus subueni-
ri uellet: uicariu murmuranti medietatem
panis dedit: aliam inter pauperes diuisit:
medietasq; prima diuisa cunctis ad esum
satisfecit. Cum autem in mensa cum uica
rio predicto sederet mulier alias inuisa
tres panes maximos & candidos uiro dei
presentauit: & ab eo inuitata dum retu-
buisset subito nusquã comparuit. ¶ Alias
etiam de unico solo pane quem habebat:
infinitos quasi pauperes ad se ueniẽtes re
fecit. ¶ Alias quoq; pauperi elemosynam
petenti cum nil aliud dandum haberet ca
putium suum prebuit: & discooperto ca
pite transiens post iter medie leuce idem
caputium in capite suu sibi repositum di-
uinitus inuenit. ¶ Cum maxima fames re
gionem occupasset: ipseq; famulis mandas
set ut frumentum quod habebat in arca re
positum pauperibus distribuerent: illiq;
triticum quasi totum ex arca furto subla
tum inuenissent: sanctus confessor in ora
tione se dedit: & redeuntibus famulis ar-
ca frumento repleta inuenta fuit. ¶ Mu-
lier quedam longa infirmitate detenta dũ
secum discumberet: & comedere non ua
lens uinum de calice in quo ipse bibebat
sumpsisset continuu liberatur. ¶ Quen-
dam etiam uirum triennio a spiritu mali-
gno uexatum in lectulu suo una sola no-
cte ad quiescendum secum cumponẽs ma
ne a demone ereptum ad propria remisit.
¶ Cum quidam homines pru ponte edifi
cando trabes plurimas congregassent ipa
q; ligna nimis breuia ad up⁹ inuenta fuis-
sent: oratione sancti trabes ad loci suffici
entiam prolongate inuente sunt. ¶ A du
mo cuiusdam signo crucis edito sine ulla
rerum amissione ignem penitus effugauit
Cum tamen domus tota iam ingendio cõ-
flagraret. ¶ Matrem & filium dudum in
ter se discordes missam pru eis celebrans
ad pacem reduxit. ¶ Pro ecclesia dei &
pauperib⁹ contra magnates quosq; se op-
ponebat: & in curiis iudicum pro eisdem
aduocans intrepidus assistebat: urbes e-
tiam & uicos circuiens uerbum domini
solicitus predicabat: & multos ad peni-
tentiam conuertebat. Qui dum semel ad
predicandum accederet: & pontem quen
dam transire deberet: inuenit eum ab in-
undante flumine occupatum: sed signo
crucis edito aque mox diuiduntur: & post
quam sanctus transiit subito ad statum
pristinum reuertuntur. ¶ Cum paupe-
rem quendam ulcerosum & despectum
ac habitu uilem ad mensam inuitasset: &
ambo in eadem scutella comederent: re-
pente pauper ille pulcher & splendidas
& niueis indutus apparuit: & post moru
iam ex oculis omnium euanuit. ¶ Alias
etiam eidem ad mensam sedenti auis que-
dam candidi & uiridis coloris super eum
resedit: que etiam a sanctu manu se capi
permittens dudum in mensa quieuit: nec
nisi ab eo licentiata recessit. ¶ Die quadã
dum in sacristia ecclesie sue pro defensio-
ne thesauri domus dei quem quidam ex
clericis distrahere uolebant sederet: co-
lumba splendida superuolauit. Cui⁹ ful-
gore tota ecclesia coruscauit. ¶ Hospi
tatus a quodam nobile & in camera sua ad
dormiendum positus: media nocte ipse
nobilis diuinitus excitatus & monitus ut
ad cameram suam iret: illuc accessit: hi-
uonem abisse uidit. cumq; requirens in
concaua rupe penitentiam agentem inue-
nit. ¶ Obitum suum sibi a dominu reue
latum & presciuit & predixit: & dum in-
firmus decumberet nunquam abstinentiã
consuetam dimisit. Ad extremaq; deue-
niens sumpto uiaticu & sacra unctione r
per totam noctem diei sabbati apertis o-
culis ad crucem intentus perstitit: & in
silentio orans in aurura sequentis diei do
minice que fuit infra octauam ascensio-
nis decimonono mensis maii uidelicet de
cimoquarto calendas iunii spiritum deo
feliciter emisit. Cuius corpus in ecclesia
trechurensi sepultum quiescit: & in mi
raculis que per eum christus iugiter o-
peratur gloriosus uiuit.

¶ De sanctis eustachio & sociis marty
ribus. XXII

EVstathius cũ uxore theopista & filiis agabito & theopisto rome sub hadriano principe passi sunt. Temporibus enim traiani imperatoris erat quidam magister militum nomine placidus: qui licet gentilis esset: operibus tamen misericordie & hospitalitatis assiduus: & iustitie intentus: oppressis subueniebat: Cui uxor nobilis duos filios procreauit: quos ipsa mater propria educauit. Erat autem strenuus ac potens in bello: & omnes barbari subiugabantur ab eo. Et quia misericordie operib⁹ insistebat: ad uiam ueritatis meruit illustrari. Quadam die cum uenationi insisteret: cunctis circa gregem ceruorum insistentibus militibus suis: ipse unum ceteris maiorem in siluam uastiorem insecutus est. Et cum i quandam rupis altitudinem conscendisset: & placidus ut eum caperet appropinquasset: inter cornua eius formam crucis fulgẽtem ut solem: & imaginem christi conspexit: territusq; de equo ad terram cecidit. Christus uero per os cerui sicut olim per asinã balaam ei locutus est: dicens se esse christũ quem ille ignorans colebat. Et cuius ad eum elemosyne ascenderant: quiq; illius gratia ad animal illud deuenerat. Cui cum placidus peteret: se reuelari plenius quid esset: christus ei per os cerui mysterium mundane creationis & humane redemptionis: diuineq; incarnationis: passionis & resurrectionis patefecit addens ut se baptizari faceret: si ab eo saluari uellet. Mandans ut premissa sue coniugi nunciaret: ut & ipsa quoq; secum crederet: & die sequẽti ad ipsum locum reuerti deberet: cui dominus que ei futura essent plen⁹ panderet. Placidus igitur iam perfecte credens: & de fide nostra informatus domũ redijt: & ꝑdicta oia uxori referauit: que nocte ꝑcedente xp̄m sibi apparuisse dicebat: & sibi ꝓnunciasse q̄ ipsa cũ uiro & filiis ad se accedere deberent. Nocte igit̃ media prexerunt simul placid⁹ & uxor cũ duob⁹ filiis suis ad presbyterum urbis ioanne occulte oi eorũ familia ignorante: qui eos in xp̄i noie baptizauit. & placidũ eustathiũ uxorẽ theopistã duos uero filios suos paruulos agabitum & theophistũ noiauit. Mane aũt eustathi⁹ sub pretextu uenationis cũ paucis militib⁹ exiuit: & ipsos q̄si ad feras inuestigandas circũquaq; dispergens solus ad locũ accessit: ubi & formã prime uisionis aspexit. Domin⁹ eni eidem apparuit: eũq; de ꝑcepto lauacro cõmendauit: multasq; & duras ei tẽtationes futuras ꝑdixit: & ut patiẽter oia toleraret: & cõtra diabolum dimicaret admonuit: addẽs q̄ p tẽtatiões durissimas & uarias oporteret eũ alterũ iob mundo demõstrari. Qui i orone ꝓstratus ad oia se paratũ offerebat: uirtutẽ tñ ꝯstantie sibi donari a dño supplicabat. Sic dñs celos eustathio ꝯspiciente ꝯscẽdit: & ipse domũ rediens hec oia cõiugi nunciauit. ¶ Post paucos igit̃ dies egritudine pestifera cuncti serui eius & ancille interierunt: ut ne unus quidẽ ex miraculo remaneret. Deinde post aliquot dies equi & omnia pecora eius & diuersi generis aĩalia mortua sunt. Qui quasi ad pestilentiam euitandam discessit de domo sua cum uxore & filiis. Quidam autem scelestes per noctem in domũ eius irruerunt: & cuncta asportantes: domum auro & argento & rebus omnib⁹ spoliarunt. Ipse uero cum uxore & filiis nudus aufugit. Qui cum ruborem uerentes ab urbe occulte discessissent: ut in egyptum pergerent: tota eorum possessio per malorũ rapinam ad nihilũ redacta est. Imperator aũt totusq; senatus ꝓ tam strenuo uiro multũ dolebant: de quo nullum inditium habere poterant. Cum ergo iter agerent eustathius cum uxore & duobus paruulis appropinq̃uerunt mari: & nauem patroni barbari ascẽdentes in ea nauigare ceperunt. Domin⁹ aũt nauis uxorem eustathii speciosam concupiuit. Et cum trãsfretassent ab eo naulum exegit: quo nõ habente unde solueret: uxorem pro naulo retinuit. Et cum eustathius cõtra diceret: ip̄m in mare iactari mandauit. Sicq; sanct⁹ martyr uxorem reliquit: & accipiens infantes nauem cõcitus exiuit & abiit. ¶ Cũq; ad fluuiũ peruenisset: ꝓpter aquarum inundantiam non est ausus cum duobus paruulis pertransire: sed unum maiorem in ripa deposuit: & alterum minorem transportauit: & dum ꝓ alio rediret: & circa mediũ fluminis esset: ecce leo maiorem: minorem uero lupus inuasit: & asportauit. Qui capillos euellens & deflens: se in fluuium necare uoluit: nisi illum diuina prouidentia custodisset. Pastores autem leonem uiuum puerũ asportantem insecuti sunt: quem leo intactũ dimittẽs aufugit. Similiter aratores post lupum inclamantes alterum infantem incolumem liberarunt. Vtriq; uero pastores & aratores de eodem uico existentes pueros nutrierunt. Eustathius uero hec nesciens: sed ꝓ uxore & filiis admodũ dolens cũ lachrymis ad quendam uicum deuenit: & sibi mercede per annos. xv. agros illorũ hominum custodiuit. Filii uero i alio uico nutriti se frẽs eẽ nesciebant. Dñs autẽ uxorem eustathii intactam ꝯseruauit: quã ille barbarus morte ꝑuentus icognitã dereliquit. Que apud matronam uiduam degens: uiridariũ ei⁹ custodiebat. Impator autẽ a barbaris molestat⁹:

placidiq; recordatus talē se hominē amisisse dolens missis militibus ipsu3 p uniuersas mundi partes requirebat. Promittens his q eum iuenissent diuitias & honores. Duo aūt olim ex militibus placidi ad eius uicum deuenerunt. Quos eustathius recognoscēs: s3 ab eis icognit⁹ eos i hospitiū suū duxit: eisq; benigne mistrauit. Et recordat⁹ status sui lachrymas ptinere non ualēs sepius exiens fleuit: & inde lota facie ad eos introiuit. Quē illi paulatine discernentes ipm tamē ex cicatrice qua3 in fronte gestabat quāq; in bello habuerat recognouerunt. Quem amplexantes: & uti suum dn̄m honorantes cum ipsu3 de uxore & filiis iterrogassent: & ipse omnia exposuisset: concurrētibus omnibus uicinis & qualis placidus fuerat audientibus: q eū iuxta pdignum non tractauerant ueniā postulabant. Sicq; milites ipsum honorifice indutum: romā ad traianū imperatorē deduxerunt. Qui eius audiēs aduentum eidē occurrit: & ipsum uidens in oscula eius ruit. Cūq; ei eustathius que ei contigerant enarrasset: & iperator ipm ad officium pristinū restituisset. Eustathius numeratis suis militibus: cū paucos ptra tot hostes ēpperisset: iussit tyrones colligi per uicos & ciuitates: unde & terra illa in qua filii eius enutriti fuerant eu3 duos tyrones dare teneretur: filios eustathii iuuenes aptos ad exercit⁹ destinarunt. Eustathius uero eos elegantes uidens & moribus cōpositos: inter conuiuas suos eos ascripsit. Profectus igitur ad bellum ex hostibus triumphauit: & rediēs uictor exercitum suum triduo in loco ubi coniūx eius morabatur quiescere fecit. Duo uero adolescentes in matris tabernaculo: matre tamen incognita hospitati sunt. Et sedētes circa meridiem & mutuo confabulantes exponebant sibi inuicē que recordabātur: uel que ab eorum nutritoribus audierant de infantia suā. Et cum maior minori oia enarrasset: & ille econtra que a rusticis audierat retulisset: fratres se mutuo amplexantes q essent germāi recognoscebant: qui tn̄ eorum pentes fuissēt aliter nesciebant. Quod cū mater eoꝝ audiuisset: diu apud se tractauit: an illi filii sui essent. ¶ Altera autē die magr̄m militū adiit: & eum interpellans oia aduersa que sibi ptigerant enarrauit. Quod ille audiēs ea3 uxorem suam esse recognouit: & illa ipsum uirū suum esse cōpuit. Sicq; alter in amplexus alterius irruerunt. Cūq; theopista uiru3 de filiis quesiuisset: & ille ipsos a feris deuoratos asseret: cūctaq; per ordinē enarrasset. Et illa econtra que a duobus iuuenib⁹ audierat retulisset: uocati sunt iuuenes illi a magistro militum: & qui fuerant interrogati. Qui dū omnia eoꝝ gesta ꝑut recordabantur uel audierant retulissent cognouerunt parētes q filii sui essent. Et ruentes i oscula inuicē cogaudebant. Omnesq; exercitus tam de habita uictoria quā de inuentione illorum plurimum letabatur. Cum ergo rediret ad urbē traianum defunctum repperit: & hadrianū paganissimum & crudelem ei successisse inuenit. Qui tam pro uictoria suscepta quā p inuentione suorū eustathiū magnifice suscepit: & magnum conuiuium preparauit. Altera uero die templum deorum adiit sacrificaturus pro uictoria barbarorum. Quo dū eustathius intrare nollet: eumq; imperator xpianum cum uxore ac filiis didicisset: eos nudos in harena statuit: & eis leonem ferocem dimitti fecit. Qui demisso capite eos adorans a sanctis humiliter recessit: propter qd̄ miraculum multi gentilium conuertuntur. Tunc imperator bouem eneum incendi iussit: & sanctos introcludi mādauit. Qui orantes & se domino cōmendantes ac prose in omni periculo inuocantibus deum orantes: bouem intrauerunt: & in pace spiritum domino reddiderunt. Tertia uero die de boue educti sunt sic penitus inusti: ut nec capilos eoru3 ignis tetigisset nec pilos corporis cōsumpsisset. Quorum corpora a xpianis digno honore tumulantur. ubi in eoru3 memoriam oratorium fabricatur. Qui passi sunt. xiii. cal. iunii. circa annū dn̄i 140.

¶ De scā babilla uirgine & mar̄e. XXIIII.

BAbilla uirgo & martyr ex regio genere neptis galieni imperatoris fuit. Cum autē ad eugeniam uirginē rome existentem: multe sancte uirgines conuenirent: illa ad ea peruenire nō ualens: per internūcium ei significat: qualiter xp̄o seruire cupiebat Ad quā eugenia eunuchos suos ꝓtū & hiacynthum quasi sub spē ei famulandi destinauit. A quibus scā uirgo latenter edocta & a scō cornelio papa baptizata ē. S3 ab una ex ancillis suis: q eēt xpiana pōpeio ipsius illustrissimo sponso accusatur. Et ab eode3 subito superueniēte eū ꝓto & hiacyntho orās i cubiculo iuenitur. Cūq; post multas psuasiones ipm babilla a se reppulisset: misit ad eā multas matrōas: que ipam ad piugiū inuenis hortabant. Quod cū illa oino renueret: & matronas oes licentiasset. Pōpeius ipsi⁹ spōsus galieno ipatori uirginē accusauit. Et decretū ē ab ipatore: ut aut spōsum suum acciperet aut gladio interiret. Consulta de hoc respondit se christum regem regū sponsum habere. Et renuens assensum prebere: quia ex imperiali genere erat & publice audiri non poterat intra domū suam gladio transuerberata est. xiii. cal. iunii: & uia salaria sepulta.

¶De scõ baudelio martyre. XXIIII

Baudelius subdiaconus & martyr apud nemausũ galliaꝝ urbẽ pas/ us est. Hic cũ die quadã sup ca/ put sci euurtii ecclesiã ꝯsecrãtis uidisset lucẽ celitꝰ effusam: & ma num dñi se benedicentẽ ad martyriũ q̃si di/ uina inspiratione aiatus est. Audiens aũt go thoꝝ rabiẽ in galliis pstrepere nemausũ ac/ cessit: & gentiles sacrificantes redarguere ce pit. Ab eis igit̃ detẽtus diris suppliciis affli/ ctꝰ: fustibꝰ cesus: i equuleo suspensus: & diu tissime tortꝰ: atq̧ lateribꝰ flãmis adustꝰ cũ in fide xp̄i imobilis iter oĩa tormẽta psisteret: nouissie bipẽni capite cesus ẽ. de cuiꝰ corpe sãguis emanãs i lac cõuersus: multos egros inde pfusos sanauit. Hora quoq̧ decollatio/ nis eius uoces angelice psallẽtes audite fue/ runt. Corpꝰ aũt eiꝰ a fidelibus in ipsa urbe tumulatũ ẽ: ecclesia d̃sup edificata. De cuiꝰ tumulo laurꝰ arbor exorta & mirabiliter p ecclesie pariete egressa multo tpe ibidem p mansit: Cuiꝰ solus tactu languidi curabant̃: demonesq̧ ex obsessis corporibus pellebãt̃ Qui passus est. 15. calen. iunii.

¶De scõ austregisillo epõ. XXV

Avstregisillus eps bituricẽn flo/ ruit in galliis tpe heraclii impa/ toris: ut ait sigibertꝰ. Qui inter cetera uirtutũ miracula: cũ mo/ lendinariꝰ quidã die dñico uellet molã emendare: ipsamq̧ dũ tereret: eiꝰ manꝰ ferri manubrio adeo adhesit: q̧ nullo modo poterat amoueri: cũq̧ ad sanctũ epm ꝯfugis set: ipm penitentẽ & delictũ ꝯfitentẽ ꝯfestim uir dñi liberauit. Sepultusq̧ est bituri ce. 15 calẽ. iunii: ubi signis admirandis refulget.

¶De scõ ꝯstantino imperatore. XXVI

Constantinꝰ magnꝰ imperator san/ ctissimus q̃uis a pluribꝰ latinoꝝ iustꝰ & scũs reputet̃: a grecis tñ in scõꝝ catalogo expssiꝰ noiatur Huiꝰ pr̃ ꝯstantiꝰ ipator q una cũ galerio maxio impauit: ãno. 16. ipii sui con stantinũ filiũ suũ ex obscuriore helene olim cõcubine mr̃imonio sibi natũ: ut dicet̃ in le genda helene matris sue. 15. calẽ. septẽbr̃. ad impiũ secũ tulit: q impauit annos. 30. mẽses 10. dies. xi. Anno aũt eiꝰ impii quarto maxẽ/ tius maxini filꝰ rome augustꝰ creatꝰ est. Lici nius dacia oriundꝰ ꝯstãtie sororis ꝯstantini uir carnũti in imparorẽ creat̃. Itaq̧ respu blica nũc sub nouis q̃ttuor pricipibꝰ fuit: cõ stãtino & maxentio filiis augustoꝝ: licinio aũt & maximino hoĩbus nouis. Deinde q̃rto psecutiõis anno inter ꝯstantinũ & maxentiũ bellũ exortũ est. Maxentiꝰ sepe multis p̃lus fatigatꝰ: ultimo ad pontẽmoliuũ interfectꝰ est a ꝯstãtino. Maximinꝰ xpiane psecutionis intẽtor apud tarsum dũ cõtra liciniũ bellũ disponit interiit. Post que ꝯstantinus apud danubiũ de barbaris uictoriam obtinuit: ut habitũ est supra de inuẽtione crucis. 5. nonꝰ maii. Exinde q̃si p somniũ in xpm credidit: quẽ tñ unũ ex diis magnis reputauit. Deide ad urbem rediens: post aliquot annos lepre plagã incurrit: & a siluestro papa baptiza/ tus aie corporisq̧ salutẽ & mundationẽ p/ cepit: ut dictũ est supra in historia siluestri 2. calẽ. ianuarii. Qui primo die baptismi sui hãc legem dedit: ut xp̄s tanq̃ uerꝰ deꝰ ab oi urbe romana coleret̃. Secũda: ut siquis xp̄z blasphemasset puniret̃. Tertia: ut quicunq̧ xpiano fecisset iniuriam bonoꝝ suoꝝ parte dimidia priuaret̃. Quarta: ut sicut imperator rome sic romanus pontifex caput ab uniuer sis epis habeatur. Quinta: ut quicũq̧ ad ec/ clesiam ꝯfugerit ab oĩbus seruet̃ immunis. Sexta: ut nullus nisi de licentia sui epi eccle siã ꝯstruat in aliqua ciuitate. Septima: ut ad edificationẽ ecclesiaꝝ decime possessionum tribuantur. Octaua: ad sepulchrũ bti petri uenit: & de suis culpis se lamẽtabiliter accu sauit. ¶Postmodũ arrepto bidente ad fun/ damẽtum basilice ꝯstruendum: terrã primꝰ aperuit: & 12. cophinos ad honorem. 12. apo stoloꝝ i suis scapulis foras eiecit. Postq̃ aũt beatã helenam matrẽ suam ad xp̄m cõuertit ut dictũ est supra in eadem legenda siluestri Constantinus gloriosus princeps iusto ordi ne & pia uice cõuertit edictũ: siquidẽ statuit extra ullã hominũ cedẽ tẽpla claudi: & xpi/ anoꝝ ecclesias aperiri: ac de nouo ꝯstrui mã dauit: xpianisq̧ dedit licentiã insimul cõgre gari. Sic q̧ post. 10. annos in q̄bus a psecuto ribus ecclesia uexabat̃: de persecutore xpia nus effectꝰ: pacem ecclesie idulsit: romanaz ecclesiam mirabilibus & insignibus priuile gus dotauit. Et ut alios ad ecclesias edifican das iduceret: i proprio laterañ palatio eccle siam in honore saluatoris mundi fabricauit Quam & siluester papa publice cõsecrauit ut dicet̃. 5. idꝰ nouẽbr̃. Deide ut romanũ põ tificem excellentius sublimaret: urbem ro/ mam cum terris & oppidis ad eam pertinẽ/ tibus & omnibus dignitatibus iperialibꝰ se/ di apostolice cessit: & ipse cum principibus & nobilibus romanorum bizantium: que ci uitas erat bithyme se transtulit: quam & ad instar rome edificiis & magnitudine amplia tam: ex noie suo cõstantinopoli appellauit. Ibiq̧ sedem iperialẽ constituit. Vñ & extũc regio illa dca ẽ romania. i. roma noua: neio eni grece latie dicitur nouo. ¶Post hec cũ liciniꝰ iperator quasi i constantini despectũ qui christianus effectꝰ fuerat christianis no uam persecutionẽ idixisset constantinus uir iugens principatum totius orbis affectans

Zoilus mr̄ cū aliis. 19. socijs suis apud cordubam hispanie p xp̄i noīe martyriū passus est. 5. calē. iulij. Cuiꝰ q̄dē zoili corpus cum multo tpe ubi nā sepultum fuerat: latuisset: uenerabili ep̄o eiusdē ciuitatis noīe agapito ex diuina reuelatiōe manifestatū: & ab eodem repertum: atq; honore condecēti collocatum est: hec ado.

De scō zoilo presbytero. XVII

Zoilus p̄sbr̄ aquileieñ fuit: q cū corpꝰ bti martyris chrysogoni & alioꝝ plurimoꝝ p xp̄o passoruꝫ sepelisset: ut dr̄ insta in passione chrysogōi. 8. calē. decēbr̄. apparente sibi btō chrysogono p̄dicto: & eidem felicē suū obitum p̄nunciāte: oī uite perfectione ꝯsumata ad xp̄m migrauit. Sepultusq; est in aqleiensi ciuitate.

De scō leone papa s̄o & ꝯfes. XVIII

Leo papa huius noīs s̄s natiōe siculus ex p̄re paulo agathoni pape in ep̄atu rōano successit: sedit q; annū unū menses. x. dies. xvii. Hic fuit eloquentissimꝰ: in diuinis scripturis sufficiēter istructꝰ: greca latinaq; lingua eruditus: cātilena ac psalmodia p̄cipuus: & in eaꝝ sensibꝰ subtilissima exercitatione sublimatus: lingua quoq; scholasticus & locutiōe politꝰ: exhortator oīum bonorū opeꝝ: plebi florentissimā sciam ingerebat: pauptatis amator: erga inopū ꝓuisionē non solū mentis pietate: sed etiā studiū sui labore erat solicitus. Hic suscepit sanctā sextā synodū ꝯstātinopoli celebratā sub ꝯstātino iuniore: cōdemnās ea: que ipsa dānauerat synodꝰ. Hic ꝯstituit pacē dari in ecclesijs totiꝰ xp̄ianitatis fidelibꝰ post agnꝰ deī. Constituit etiā: ut q ordinatus fuerit archiep̄s: nulla cōsuetudie pro usu pallij aut diuersis officijs aliqd ecclesie p̄soluere debeat. Quadā āt die dū pauperem leprosū susceptū in suo lectulo collocasset: & cubiculū secreto clausisset: postmodū rediens: & camerā aperiens: atq; paupem minime repiens: intellexit se xp̄m in paupere suscepisse. Huic etiā cū p dies .40. ieiunijs & orōnibus ad altare bti petri apostoli p̄seuerasset: & p suoꝝ uenia criminum apostolū exorasset: beatꝰ petrꝰ apparēs dixit: oīa sua peccata a dn̄o fuisse dimissa: p̄ter peccatū manus ipositionis: de quo solo i morte sua rōnem reddere oportebat: q die 4. calē. iulii in xp̄o feliciter obdormiuit: & sepultus est ad sanctū petꝝ apostolū. Hic fecit ordinationē unā per mensē iunii: & ordinauit p̄sbr̄os. 9. diaconos. 3. ep̄os p diuersa loca numero. 23. Et cessauit ep̄atus mēses xi. & dies. xxii. Hic de multis sciētiis ꝯposuit historias & cantus: & plura ecclesie utilia scripsit. Homelias declamatorias multas cōposuit. Decretales epistolas. 70. Sermōes ad populū. 80. unde & s̄mologꝰ dictꝰ est: ut dicit gēnadius de uiris illustribus.

De scō leone papa tertio. XIX

Leo papa huius noīs tertiꝰ natione romanꝰ ex patre azul pho: hadriano prio pape in pontificatu rōano successit. Et sedit ānos. 20 mēses. 5. dies. 16. Qui dū ad capescendā sedem apostolicā urbē intraret: audite sunt uoces angeloꝝ cōcinentiū: Dicit dn̄s Ego cogito cogitatiōes pacis ꝛc. Fuit aūt tēporibꝰ caroli magni primi iparatoris frācoꝝ. Hic dū pgeret in die scī marci de laterāo ad letaniā maiorē apud sanctū petꝝ pagēdā ex more: a romanis captꝰ & erutis sibi oculis: linguaq; p̄cisa nudꝰ ac semiuiuus in monasteriū missus ē. Sed dn̄s oīpotens eidē miraculose & loquelā & uisū restituit. Postea q; prexit ad carolū regē francoꝝ: a quo honorifice susceptꝰ est. Et cū ei cūcta: que sibi ꝯtigerant: itimasset: rex p̄ nimio cordis dolore fleuit. Statiq; legatos suos romā misit: & leonē cū honore in sedē suam restituit. Et post tp̄is spatiū cū carolꝰ de saxonia uictor redisset: romā uenit: ibiq; honorifice a clero & populo susceptus ē. Cūq; de q̄busdā criminibꝰ pape obiectis inq̄sitionē fecisset: & nihil obiectoꝝ a calūniatoribus pbari posset: pōtifex ipse corā oī populo ad euangelia se purgauit. Et in die natalis domini carolum magnū impatorē rōanoꝝ coronauit: populo sibi laudes impiales ex more acclamāte. Sicq; impiū ab ea die i francos trāslatū ē ex ꝯstitutione apostolice sedis: filios quoq; caroli pipinū in lōgobardoꝝ: lodouicū equitanioꝝ: carolū uero saxonū reges inunxit. Post hec carolꝰ impator inimicos & calūniatores pape: ut maiestatis reos capite damnauit. Pro qbꝰ scūs pōtifex pio affectu apud iperatorē itercessit. Nā & uita & mēbroꝝ integritas eis ꝯcessa ē. Ceteꝝ p facinoris magnitudine exilio sunt deportati. Carolꝰ uero ad gallias regressus ē: de quo libro. xi. in eius sp̄eali historia peraget. Hic pōtifex fecit porticū scī petri: q adhuc ex eiꝰ noīe dr̄ ciuitas leonina: & muro eā cinxit ꝑpter incursū

saracenoꝝ. Et post alia opa uirtutū laudabilia in pace quieuit. Sepultus apud sanctum petrum. Et cessauit episcopatus dies. 3.

¶ De scō hyreneo epō & martyre. XX.

Hyreneus eps lugdunēsis policarpi smyrneñ epi auditor: deinde photini epi: q lugduneñ i gallia regebat ecclesiā p̄sbyter fuit. Eidēq; photino iaz pene nonagenario martyriū passo i epatu successit. Floruit aūt tēporib⁹ eleutherii pape: & antonii pii ueri & cōmodi ipatoꝝ. Hic etiam p̄ns extitit ꝯcilio patrū celebrato apud cesareā palestine: i quo statutū ē: ut pascha dñi die dominico celebret̄ obſuata luna. 14. mēsis martii: ut ait hugo floriaceñ. Qui etiā ꝑsecutiōe seueri ipatoris cum oī fere ciuitatis sue ✠ populo ꝓ fidei sacre cōfessione glorioso martyrio coronatus ē. Sepultusq; ē a zacharia presbytero lugduñ i crypta scī ioānis baptiste sub altare. Cui ex utroq; latere adiacēt epipodi⁹ & alexāder mr̄es. Passus ē aūt. 4. cal. iulii. ¶ Hic plurima egregia uolumia ꝯpilauit. Scripsit nāq; ꝯtra hereses libros. 5. Item aliud uolumē igēs & ꝯspicuū ꝯtra gētiles. Scripsit & libellū ad blascum de schismate. Itē aliū ad florinū de monarchia: & q deus nō sit creator maloꝝ. Scripsit & libelluz de ogdoade. Itē de disciplia ad martianū fr̄ez. Itē de apostolica p̄dicatiōe. Itē librū uarioꝝ tractatuū. Dialogos etiā scripsisse dicit̄. Ferūtur & alie ad uictorē romane urbis pōtificē plures epistole: sup questione pasche die dñico celebrāde. Hec hier. de illustrib⁹.

De scīs potamiena uirgine & sociis mr̄. XXI

Potamiena uirgo cū matre marcella: sciq; mr̄es ✠ plutarchus ✠ Serenus ✠ Heraclides Heros ✠ Seronius & ✠ Basilides: cū aliis trib⁹: & uirgo quedā catecumina ✠ Hera noie baptismū mr̄u cōsecuta Alexādrie passi sūt. Inter quos p̄cipue emicuit potamiena uirgo: que primo imensos & inumeros agones ꝓ uirginitate desudās: deide etiā ꝓ fide exquisita & iaudita totméta ꝑpessa: tandē cuz matre marcella igne martyriū ꝯsumauit. Basilides autē uirginis carnifex: cū potamiena iā occisa eū ꝑ uisum ꝯfortasset: eiq; coronā passiōis a deo destinatam iposuisset: ꝯuersus ad xp̄m capite cesus ē. Ceteri oēs diuersis suppliciis laniati tādē gladio mr̄ii palmā pceperūt. Hec i libro. vi ecclesiastice historie. c. v. & . vi. hoꝝ oīuz passio recolit̄. 4. cal. iulii.

¶ De scō petro apostolorum principe. XXII.

Petrus apostoloꝝ priceps & xp̄i uicarius: alio nomie dict⁹ simon bariona fili⁹ ioānis frater andree apostoli de ciuitate betsaida galilee a domino de piscatiōe uocatus: & apostoloꝝ maior effectus. Inter ceteros & sup ceteros maioris feruoris extitit. Nā & scire domini ꝓditorem uoluit: quē ut ait chrysostom⁹: si sciuisset dētibus trucidasset: Hic sup mare ad dominū ābulauit. Staterē i ore piscis inuenit. Claues regni celoꝝ a dño recepit. Solus inter apostolos: ut xp̄s a iudeis captū defēderet: gladiū exemit. Pascēdas oues a xp̄o suscepit. Tria milia hominū i pria sua predicatiōe die pētecostes ꝯuertit. Claudū cū ioanne erexit: & tūc quinq; milia hominū ad fidē ꝑduxit. Ananie & saphire mortem predixit. Eneā palyticū curauit. Corneliū baptizauit Tabitam suscitauit. Vmbra sui corporis infirmos sanauit. Ab herode incarceratur: sz ab angelo liberat̄. Hec ex euāgeliis & act. apostoloꝝ. Cib⁹ aūt eius: ut ipe in libro clemētis testat̄: pāis solus cū oliuis & raro cū olerib⁹ i usu erat. Indumētū aūt tunica sola cū pallio. In sinu quoq; semp sudariū portabat: ad tergēdā iundātiā lachrymaꝝ: q̄s memorās dulcis magr̄i p̄sentie ꝯtinere nō poterat. Ei⁹ gesta & passionē: marcellus ei⁹ discipulus & clemēs: ac leo sūmi pōtifices ꝯscripserūt. ¶ Cum petrus duos discipulos suos ad p̄dicādū misisset: & ipi. 20. dietas iuissēt: unus illoꝝ defūctus ē. Quod cū petrus altero ad se redeunte cognouisset: baculū suum eidem tradidit: & super corp⁹ defuncti ponendum mādauit. Quod cū factū eēt: ille q per dies. 40. mortuus iacuerat: resurrexit. Hic dicit̄ fuisse beatus martialis: uel ut alibi legit̄ scūs ✠ fronto: q aūt defunctus fuerat fuit p̄sbyter ✠ Georgi⁹. ¶ Beat⁹ igitur apostolus postq̄ sedē pontificalē. 7. ānis antiochie tenuit ut dictū ē supra i prima cathedra sci petri. xv. cal. februarii. Deinde hierosolymā uenit: & cū simone mago ꝯflictuz habuit. Nā ipe simon eo tp̄e erat i hierusalē: q se primā ueritatē dicebat: & sibi credētes ꝑpetuos effici asserebat: & nulla sibi impossibilia astruebat. Seipm̄ aūt ut deū adorādum ab omni mūdo ꝓphetabat. Dicebat quoq; q; cū puer eēt: mater ipsius rachel noie euz ut meteret ad agrū mittebat. Ipe uero falcē p̄cipiebat: ut per se meteret: & decuplo ceteris p seipam metebat. Serpentes quoq; eneos faciebat mouere: statuas lapideas & ligneas ridere: & canes cantare: que oia demonū incantationib⁹ opabat̄. Hic ergo cū petro disputare statuit: dieq; cōstituta petrus iutrauit & pacē astantibus nunciauit. Simon uero se sua pace opus nō habere respondit cū non ad pacem: sed pugnā insimul conuenissent. Econtra petrus simonē redarguit: q pacem audire recusauit: cū in disputatiōib⁹ ueritas ad pacē captādā requirat̄. At simon

se deū & dei filiū asserebat: dicens ꝙ poterat
ꝑ aera uolare: nouas arbores ꝓducere: lapi
des in panes ꝯuertere: in igne sine lesiōe du
rare: & oia sibi placita pbcere. Cōtra hunc
ergo petrꝰ disputabat: & oia eiꝰ maleficia de
tegebat. Tunc simon uidens: ꝙ petro nō pos
set resistere: oēs libros artis magice: ne forte
magꝰ pderef: in mare piecit: & romā ut deꝰ
ibi haberef: ꝑrexit. Ibiq; multū populū su
is pstigiis & apparentibꝰ signis ad se traxit:
Quod ubi petrꝰ ꝯpit: ipm usq; romā insecu
tus est. ¶ Quarto igif anno claudii petrꝰ ro
mā applicuit: & ibidē .25. annis sedit usq; ad
annum ultimū neronis cesaris: duos quoq;
epos linū & cletū sibi coadiutores assūpsit:
unū intra urbis menia alium extra. Ipseq; ꝑ
dicationi insistens multos ꝯuertebat: & infir
mos q̄ plures curabat. Sed & castitatē mul
tum cōmendās: q̄ttuor ꝯcubinas agrippe ꝑ
fecti ad xp̄m ꝯuertit: que ad ꝑfectū olterius
redire recusabāt: unde agrippa iratus cōtra
petꝝ occasionē querebat. ¶ Post hec appuit
dn̄s petro: & eidē ꝑnunciauit: ꝙ simō magꝰ
& nero cesar ꝯtra ipm cogitaret: sed eū hor
tatus ē: ne dubitaret: qa semp sibi assisteret:
& solatiū coapostoli pauli in crastinū urbē
intraturi eidē cōcederet. Dieq; sequēti paulꝰ
romā ingressus petro adhesit: & secū ꝑdicaf
cepit. Petrꝰ quoq; sciens se ꝓximū passiōi in
ꝯuētu fratꝝ positꝰ clemētē sibi successorē in
epm ordinauit: & in cathedra loco sui licet
diu renitentē sedere coegit. ¶ Simō autē ma
gus in tantū a nerone amabaf: ꝙ uite eius &
salutis & totius urbis custos putabaf. Qua
dam die ante cesarē assistens: eiꝰ effigies subi
to mutabaf: ut mō senior mō iunior appare
ret. Aliqñ dū in ꝯclaui cū nerone eēt: demō
i eiꝰ specie foris ppl̄o loquebaf. Quapꝑter
nero ipm uere dei filiū existimabat. Dixit ēt
simon neroni: ut se decollari mādaret: & die
tertia resurgens: se uere dei filiū comproba
ret. Quod cū fieret: spiculator putans se si
monē decollare: arietem occidit. Simō uero
arte magica triduo latuit: & arietis mēbra
colligens abscōdit: Sanguis aūt aialis ꝯgela
tus remāsit. Die aūt tertia se neroni ostēdit:
& surrexisse asseruit: ac ut sanguinē suū ab
stergi faceret imꝑauit. Quod nero uidēs ob
stupuit: & ipm ueꝝ deū existimauit. Popu
lus etiā eū reuerentes eidē statuā erexerūt:
& titulū eius nois ꝯscripserūt. Petrꝰ autē &
paulus ad nerōne introibant: & simōis falla
cias ꝯturabāt. Addditq; petrꝰ: ꝙ sicut in xp̄o
sunt due substantie .s. hois & dei: sic in simo
ne hois & diaboli. Simon uero petro cōmi
nabaf: ꝙ angelis suis ꝑcipet: ut se de aposto
lo uindicarent. Petrꝰ uero se eiꝰ angelos non
timere respōdit. Et cū nero simonē habere
deitatē diceret: petrꝰ dixit: ut si uere deꝰ eēt:
diceret: qd petrꝰ cogitabat: & qd latēter or
dinabat. & accedens ad aurē cesaris secreto
ei dixit: ut panē hordeaceum sibi occulte de
ferri iuberet: quē sibi oblatū petrus benedi
xit: & sub manica abscōdit: ac simonē: qui se
deū dicebat: qd factū fuisset interrogauit. E
cōtra simon dicebat: ut petrꝰ ꝓpalaret: quid
ipse simō in mēte reuolueret. Petrꝰ uero re
spondit: ꝙ cogitationē simonis se scire doce
ret: dū faceret: quod cogitasset. Iratus autē
simon canes maxios aduocauit: ut petrū de
uorarent. Qui cū mox uenientes in petꝝ ipe
tum fecissent: ille panē benedictum eis obtu
lit: & ptinus eos in fugā ꝯuertit. Sicq; petrꝰ
quod simō cogitauerat: nō uerbis sed factis
se cognouisse docuit: dicens ꝙ qui ꝓmiserat
ꝯtra se angelos exhibitur os canes exhibue
rat: ut sic ōnderet: se angelos nō hēre dinos
sed caninos. Ex hac disceptatiōe admodū si
mon ꝯfusus est. ¶ Post hec cū simō se iactaf
set: ꝙ posset defunctos suscitare: & die q̄dā
iuuenis mortuꝰ ad tumulū portaref: uoca
tis petro & simōe hāc oēs populi sententiam
firmauerūt: ut illū occiderent: q mortuū ex
citare nō posset. Tūc simon suis incantationi
bus fecit: ut caput mortui agitaref. Et cum
oēs petꝝ lapidare uellēt: Apostolꝰ facto si
lētio dicebat: ut si defunctꝰ uiueret: p seipm
loqueref & surgeret. Alioqu simone a phe
retro sepato phantasma diaboli appareret.
Sepato ergo simone a lectulo puer imobilis
ꝑmansit. Petrꝰ etiā a longe stās orōne facta
iuuenē ꝯfestim in xp̄i noie excitauit. Et cum
populus simonē lapidare uellet: petrꝰ ꝓ eo
intercessit: & libeꝝ abire fecit. Tunc simō ad
domū marcelli discipuli petri canem maxi
mum alligauit: ut petꝝ ad discipulū ex mo
re uenientē laceraret. Post modicū petrꝰ ue
nit: & facto signo crucis canē exoluit. Canis
aūt oibus blandiens solū simonē ꝑsecutꝰ in
ipm insiluit: & ut sibi apostolus iusserat cor
pus quidem eiꝰ nō lesit: sed uestes totaliter
lacerauit: popolus aūt & pueri simul cū ca
ne illū tāq̄ lupū ex urbe fugarunt. Cuiꝰ op
probrii pudorem nō ferens simon p annum
nusq̄ ꝯparuit. Post annū uero ad urbē redi
ens: iteꝝ in neronis gratiā receptꝰ est. Qui &
populū urbis ꝯuocauit: & se grauiter a ga
lileis offensū ꝓhibuit: & iō diē statuit: quo
mundū deserens celū ascenderet: qa non di
gnabaf in terris ampliꝰ habitare. Igif die sta
tuta turrim excelsam sibi de lignis a nerone
fabricatā ascēdit: & coronatus lauro uolare
cepit. Apostoli autē ad inuicē ꝯdixerunt: ut
paulꝰ oraret: & petrꝰ imparet. Cū aūt nero
simonē deū assereret: & apostolos seducto
res diceret. Paulus aūt petro suaderet: ut iā
dn̄i iussa ꝑficeret: eo ꝙ xp̄s illos ad se uoca
ret. Petrꝰ surrexit: angelos sathane per xp̄i

nomen adiurauit: ut simonē amplius nō ferrent: sed ad terrā corruere pmitterēt. Et continuo dimissus corruit: & fractus membris omnib⁹ expirauit. Nero aūt se talē uirum pdidisse doluit: & apostolos detētos i manib⁹ paulini uiri clarissimi tradidit. Qui eos reclusit in custodia mamertina sub cura militum pcessi & martiniani: ubi p menses .9. detenti sunt: ubi etiā beatus apostol⁹ .49. milites ibidē detentos quertit: & fonte de petra pducto baptizauit: ut supra dictū est i eoꝝ passione pridie idus martii querti sunt etiā ad xp̄m: processus & martinian⁹ ut dicetur i eoꝝ passione .vi. noñ iulii: unde & post menses .9. carcerē aperuerunt & apostolos dimiserunt. ¶ Petrus aūt multa fratrum istantia ex urbe discessit: & cū uenisset ad portā: que nūc dicit̃ scā maria ad passus uiq̄ apiq̄: uidit sibi xp̄m occurrentem: & ait. Dn̄e quo uadis: qui respondit: uenio romā iteꝝ crucifigi. Statimq̄ dn̄s disparuit: & eius adhuc uestigia marmori impressa cernuntur. Petrus igitur cum hoc de passione sua dictum itelligeret redut. Et a ministris neronis captus p̄fecto agrippe p̄sentat̃: & facies eius sicut sol refulsit: paulus etiā simul cū eo captus est. Tunc iubente nerone agrippa p̄fectus in eos sniam tulit: ut ambo quidē more romāo prius flagellis cederentur. Deinde paulus: qui ciuis erat romanus: capite trūcaret̃. Petrus uero tanq̄ alienigena crucifigeretur. Quidā eo sibi pacis osculo abinuicē separat̃. Paul⁹ decollatus est ad aquas salinas i uia ostien. Petrus aūt in uaticano naumachie iuxta palatium neronianū crucifixus ē. ¶ Petrus igitur cū uenisset ad crucē: rogauit milites: ut uerso deorsum capite crucifigeret̃: asserens non eē dignū: ut ipse discipulus eo modo i patibulo staret: quo xp̄s magr̃ in cruce pependit. Tūc illi crucē uerterūt: & pedes sursum manus aūt deorsum ꝯfixerunt. Popul⁹ uero furore repletus uolebat neronem & p̄fectum occidere: & apostolū liberare. Qui eos rogauit ne passionē suā impedirēt. Dn̄s āt apuit oculos eoꝝ: qui aderāt & deflebāt: & uiderūt angelos stantes cū corōis rosaꝝ & liliꝝ: & petrū confortantes: xp̄m etiam assistentem & librum aptum tenentem: & q̄ quid petrus populo predicabat: ex ipsius libri scriptura sumebat: uidēs ergo petrus q̄ fideles ei⁹ gloriā uidissent: orationē p̄misit: & gratias agens deo: q̄ fideles ꝯmendās spiritum emisit .5. cal. iulii: quo ipso die & eodē āno (ut ecclesia tenet) coapostolus ei⁹ paul⁹ decollatus est: ut infra in eius passione dicetur. Cuius corpus a marcello & apuleo ei⁹ discipulis de cruce depositū in uaticano loco sepultum est. ¶ In ipsa autē die petrus & paulus dionysio appuerunt: ut ipe testatur: manu ad manum portam urbis itrantes: idui ueste luminis & coronis claritatis ornati. Nero aūt pro hoc & aliis ꝯmissis sceleribus a populo furente ex urbe pulsus manu se p pria pemit. ¶ Tēpore cornelii pape greci furati apostoloꝝ corpora illa exportabāt. Sꝫ statim facto terremotu nimio demones i idolis habitantes clamabāt: q̄ dii romanoꝝ exportarētur. Quapp fidelibus de apostolis: paganis uero de suis diis itelligentib⁹ multitudo armatoꝝ illos insequit̃: unde greci timentes apud catacūbas apostoloꝝ corpora in puteū proiecerūt. Que a scō cornelio idē leuata & in eisdē locis: unde ablata fuerant: deposita fuerunt: ubi iacuerunt usq̄ ad tempora siluestri pape: quādo utriq̄ ipsoꝝ edificata basilica ad ipsoꝝ ecclesias sunt translata: ut dicetur infra i dedicatione ipsaꝝ basilicarum .19. cal. decembris.

¶ De scō paulo ap̄lo doctore gētiū. XXIII.

Paulus apostolus p̄dicator & doctor gentiū de tribu beniamin tarso cilicie oriund⁹ gamalielis doctoris discipulus: post sui ꝯuersionem multas p̄secutiones passus est: multaq̄ miracula opatus: quas hilarius enumerat dicēs. Paul⁹ apostolus i philippis uirgis cedit̃ & in carcere positū: & in ligno pedibus affigitur. In listris lapidatur. In iconia & thessalonica ab emulis p̄sequit̃. In epheso feris datur. In damasco per murū in sporta dimittitur. In hierusalē ceditur: ligatur: insidiatur: criminatur. Nauigāt in italiam periculo eripitur. Romā ueniens sub nerone iudicatur & occidit̃. Apostolatū inter gentes accepit. Quendā contractū in listris extendit. Iuuenem qui de fenestra ceciderat & expirauerat suscitauit: & multa alia miracula fecit. Apud mitylenē insulā uipa manu eius inuasit: sed nihil eum lesit: quin potius ipam in ignē excussit. ¶ Refert aimo: q̄ paulus a pulloꝝ cantu usq̄ ad horam quītam labori manuum insistebat: deinde predicationi residuo lucis uacabat. Reliquum temporis comestioni sōno & orationi expēdebat. ¶ Veniēs ergo romā cum nero nondum esset in imperio confirmatus: & etiā audito q̄ de lege iudeorum & fide xp̄ianorum inter paulum & iudeos questio uertebatur: non multum inde curauit: & sic paulus quo uolebat libere ibat: & liber̃ predicabat: hieronymus etiam libro de uiris illustrib⁹ ait: q̄ paulus 2o anno neronis romā uinct⁹ mittitur: & p biennū in libera manēs custodia aduersus iudeos disputauit. Deinde a nerone dimissus euangelium in occidentis ptib⁹ predicauit. Ac deinde romam redit. Eius autem sapientia & religio ubiq̄ diuulgabatur: & ab omnibus admirabilis habebatur.

Multos etiã de domo cesaris sibi in amicitiã
copulauit:& eos ad xpm ꝯuertit. Cum sene
ca neronis preceptore singularem amicitiã
habuit:eiq; plures epistolas direxit:& ab eo
suscepit. Quedam etiã scripta eius coram ce
sare recitata sunt:& mirabiliter cõmendata.
Senat⁹ etiã de illo non mediocria sentiebat.
¶Quadã die cũ paul⁹ i solario circa uespas
ꝑdicaret:pincerna neronis nomie patroclus
iuuenis imꝑatoris dilect⁹:ut paulum ꝑpter
multitudinẽ cõmodius audiret:fenestram a/
scẽdit:unde dormitans cecidit:& fractis cer/
uicibus expirauit. Quod audiens nero plu/
rimũ doluit:& alium sibi in officiũ surroga
uit. Paulus uero per spiritũ hoc cognoscẽs:
iussit defuncti corp⁹ sibi deferri. Quem alla
tum continuo suscitauit: & ad cesarem cum
sociis suis misit. Nũciatur imperatori patro
clum pre foribus astare. Quod nero audiẽs
expauit: eumq; ad se ingredi recusauit : sed
tãdem suasus ab amicis intrare permisit. Et
interrogans an uiueret:illeq; dum se uere ui
uere diceret: & a domino iesu xpo suscitarũ
perhiberet:qui est rex omnium seculorum:
qui & destruet omnia regna mundi: & solus
in eternum regnabit. Nero eidem alapam de
dit: interrogans an illi regi militaret. Cum
autem patroclus & alii quiq; milites se xpo
domino militare dicerent: iussit nero illos i
carcerem trudi: ut nimium torqueret: quos
nimis ante dilexerat. Omnes quoq; christia
nos fecit inquiri:& sine interrogatione p ua/
ria tormenta puniri:inter quos paulus uin/
ctus ad neronem adductus est. Cum autem
nero ipsum interrogasset : cur milites suos
sibi subtraheret: Respondit paulus:nedũ ex
urbe sed uniuerso orbe milites regi christo
congregasse:qui tante extat potentie: ut iu
dex omniũ ueniat:& mundi machinam per
ignem resoluat. Hec audiens nero:ira succẽ/
sus:quia mundũ per ignem paulus dixerat
resoluendum:omnes xpianos iussit igne cre
mari. Paulum uero uti reum maiestatis ca/
pite truncari . Et cum multi xpiani romani
occisi essent:populus cum furore ad palati
um irruit:& cõtra cesarem inclamare cepit:
unde imperator timens edictum mutauit:ut
nullus christianos tangeret : donec de illis
plenius iudicaret. Quapꝑter paulus iterũ
neronis conspectui presentatur: quem nero
turbatus & exclamans sine mora decollari
iussit. Paulus uero eidem predixit:ꝙ modi/
co tempore patiens christo eternaliter uiue
ret. Et in huius certitudinem promisit apo/
stolus:ꝙ abscisso sibi capite uiuus cesari ap
pareret:ut sic christũ dominum uite & mor
tis intelligeret:& his dictis ad locum suppli
cii ducebatur. Cum autem tres milites scili/
cet longinus:megistus:& acestus eum inter

rogarent:quis esset ille rex:quem paul⁹ tan
tum diligeret:ut pro ipso mortem libenter
subiret. Paulus eisdem christum annuncia
uit:& ad fidem conuertit. Et querentibus il/
lis quo modo saluari possent: ordinauit eis/
dem:ut mane ad locum decollatiõis eius ue
nirent:ibiq; duos discipulos titum & lucam
orantes inuenirent : qui causa cognita illos
baptismatis unda ꝑfunderẽt: & eterni regni
coheredes efficerent. ¶Post hec cũ ab aliis
militibus a nerone missis ad mortẽ pauli ac/
celerandam ipse ad supplicium duceretur:
paulus in porta ostiensi obuiauit plautille
discipule sue:que alio nomine lemobia dice
batur:que flens suis se orationibus commẽ/
dauit:cui paulus uelum:quo caput eius re/
gebatur:mutuo petiit : ut inde oculos suos
ligaret:ne mortem uidens pauesceret:ipsũ
q; sibi decollatus restitueret : quod dum ei
tradidisset:ipsam carnifices irridebant : ꝙ
preciosum ei uelũ traderet: quod sibi mor/
tuus minime reddere posset . Cum ergo ad
locum passionis uenisset:ad oriẽtem uersus
& manibus in celum extensis diutissime cũ
lachrymis patria uoce orauit: & gratias e/
git. Post hec uale faciẽs fratribus:oculos si
bi uelo ligauit:& genua flectens collum te/
tendit. Sicq; decollatus spiritum deo tradi/
dit. 3. cal. iulii. Mox quoq; caput ei⁹ a corpo
re exiliẽs:iesus xps:q sibi tã dulcis i uita fu
erat:& quem tam crebro nominauerat: he/
braice tertio clara uoce personuit . De eius
quoq; corpore unda lactis usq; in uestimen
ta militis exiliuit: & postea sanguis manare
cepit. In aere lux immensa emicuit:& de cor
pore odor suauissimus emanauit. Caput aũt
abscissũ tertio saltauit:& in uno quoq; sal/
tu fons de terra scaturiit: qui usq; in presens
manant in testimonium eius mirifice passio/
nis. ¶Reuertentibus autem militibus lemo
bia uelum sanguine cruentum ostẽdit: eisq;
dixit:ꝙ eadem hora petrus & paulus urbẽ
intrauerant ueste preclara induti : & coro/
nis radiantibus ornati:paulusq; iuxta pro/
missum uelum sibi restituerat comodatum.
Quo miraculo tres milites conuersi:adhuc
magis in domino crediderunt: & a tito & lu
ca baptizati sunt:ut infra in eorum passione
dicetur. 6. non. iulii. ¶Audiens nero : que
contigerant:uehementer extimuit: & de his
cum amicis loqui cepit. Et ecce paulus ianu
is clausis ante cesarem stetit : seq; uiuentem
iuxta promissum asseruit : sed neroni eter/
nam mortem cõminatus fuit:& his dictis di
sparuit. Nero autem ex timore nimio uelut
amens amicorum consilio patroculum &
omnes uinctos christianos absoluit:& libe/
ros abire permisit. ¶Caput autem pauli in
quadã ualle ꝓiectum est : pre multitudine

ibidem decollatorum inueniri non potuit. Corpus autem a tito & luca in ipso loco sepultum fuit. Cum autem post decursū temporis fouea mundaretur: quidam pastor caput pauli in uirga leuauit: & iuxta caulas ouium pro signo posuit: uiditq; super caput per tres noctes continuas miram refulgere lucem. Quod cum episcopo urbis nunciatū esset: xpiani putātes hoc esse caput apostoli: egressi omnes cū pontifice caput attulerūt: & hanc sniam condixerunt: ut caput ad pedes corporis poneretur: & diuina clementia implorata: si caput pauli esset: corpus miraculose conuerteretur: & collum capiti iungeretur. Et ecce cunctis orantibus & stupentibus corpus se uertit: & in suo loco capiti se coniunxit. Et sic omnes deū benedixerūt: & hoc eē caput apostoli ueraciter cognouerunt. Hec dionysius.

¶ De sanctis martyribus marcello & anastasio. XXIIII.

Marcellus martyr una cū anastasio uiro militari apud castrum argetomaceñ pro fide xpi comprehensus & in confessione domini uterq; ipsorum inuictissimus inuentus ab infidelibus capite plexus est .5. cal. iulii: ut dicit ado.

¶ De scō cassio episcopo. XXV.

Cassius eps narnieñ apud eandē urbē claruit tempore totille regis gothorum. Qui prefato regi narnium uenienti occurit. Cui quia ex natura facies rubere consueuerat. Hoc rex totilla nō ɔpsionis eē credidit: sed assidue potatiōis: eūq; iccirco despexit. Sed deus oipotens: ut q̄tus esset: qui contēnebatur: ostenderet: continuo i campo narniensi: ubi rex erat: coram omni exercitu malignus spiritus spatharium eius inuasit: eumq; uexare crudeliter cepit. Qui cum ante regis oculos ad sanctum episcopum esset adductus: hūc ab eo uir domini sacto signo crucis expulit: qui in eum ingredi ulterius non presumpsit. Sicq; ab illo die rex barbarus uirum dei cepit uenerari ex corde: quē despectū prius iudicabat ex facie. Hic quotidianas hostias deo offerebat: & omnia: que habere poterat: i elemosynas pauperum tribuebat. ¶ Quadam uero nocte dominus p uisum cuidā eius presbytero apparuit eiq; dixit: ut ad episcopum pergens diceret: quatenus ea que ceperat ageret: nec ab icohatis desisteret: quoniam in natale apostolorum ad se ueniret: & tūc sibi mercedem suam redderet. Sed quia dies apostolorum uicinus erat: presbyter episcopo iodicare uisionem timuit. Alia nocte xps iterum rediit: & inobedientiam presbyteri increpans: iussa iterū imposuit. Sed dum presbyter pergeret: & episcopum ifirmatum audisset: iterum uisionem referre dissimulauit: uisione igitur tertia dominus apparuit: uerbera uerbis addidit: & presbyterum tā districta cede mactauit: ut uulnera liuoris corporaliter impressa uisionem per spiritum habitam confirmarent. ¶ Veniens autem presbyter ad ecclesiā sancti iuuenalis episcopum celebraturum inuenit: eumq; secretius uocans uisionem aperuit: & uulnera uerberibus inflicta monstrauit. Quod sanctus audiēs ex illo iam die lucra pietatis pauxit: uerum cum sibi consuetudo esset annis singulis die apostolorū natalitio romam uenire: hac uisione suspectus tunc uenire iuxta morem noluit. Eisdemq; dieb⁹ quasi de sua nece secur⁹ solicitus fuit. Sicq; reuoluto postmodum anno & deinceps annis singulis usq; ad septimum: eo ipso tēpore in mortis sue expectatione suspensus fuit. Iam quoq; quodammodo de uisionis ueritate desperauerat. Cum ecce anno septimo dum sacras apostolorum uigilias icolumis celebrasset: dolor eum corporis in uigiliis attigit: atq; in die apostolorū celebrare posse recusauit. Sed magna populi compulsus instantia: ecclesiam intrans: ut potuit sacrificium obtulit: moxq; ad lectulum rediit. Et cum circunstantes clericos diuinis colloquiis admoneret. Inter uerba exhortationis terribili uoce clamauit. Hora est: moxq; assistētibus ipse suis manibus linteum dedit: qd sibi ex more morientium contra faciem tenderetur: quo extenso: ipse spiritum emisit. 3 cal. iulii. Et sepultus est in ecclesia sancti iuuenalis ad cuius tumulum miracula crebra diuinitus fiunt. Hec gregorius. iii. dialogorum capitulo sexto & libro. 4. ca. 58.

¶ De commemoratione scī pauli. XXVI

Commemoratio scī pauli apsli ab ecclesia celebrat pridie cal. iulii nō q eo die paul⁹ apl̄s fuerit passus: qa ut dictū ē: passus fuit eodē die eiusdē anni: quo & petrus apostolus occisus est: ut tenent expresse hieronymus: & multi doctores. Sed quia festū utriusq; apostolorum eadem die quoad officium non poterat celebrari. Et iconueniens erat: ut alter ipsorum careret officio singulari: ordinauit gregorius papa: ut ipsa die q̄ passi fuerant fieret: quo ad officium solennitas petri: & sequenti die cōmemoratio paulirum quia petr⁹ maior est dignitate: tum quia prior cōuersione: tum quia primatum obtinuit rome: licet autem petrus paulo sit maior dignitate in ecclesia militante: non tamen maior sanctitate: nec etiam maior i gloria creditur esse in ecclesia triumphante: unde notandum: q quādoq; paulus dicitur

nor petro: quandoq; maior: quandoq; equalis. Reuera enim minor est dignitate: maior predicatione: equalis scitate.

¶ De sancta lucina discipula. XXVII

LVcina discipula apostolorum cuius nobilissima romana fuit: que a beatis apostolis petro & paulo puersa: baptizata: & docta: de facultatibus suis multa sanctorū necessitatibus ministrauit. Plurimos quoq; martyres in suo predio in quadam crypta sepeliuit. Demum & ipsa in sancta christi cōfessione uirtutum operibus pollens quieuit in christo. Sepulta in eadem crypta: in qua plures martyres sepelierat pridie cal. iulii.

¶ De sancta lucina martyre. XXVIII

LVcina martyr nobilis matrona romanorum tempore diocletiani & maximiani in urbe claruit: que plurium sanctorum martyrum corpora i suo predio sepeliuit: inter que sāctorum cyriaci: largi: & smaragdi: nec nō beati sebastiani cadauera honorifice condidit. Et sanctis christianis pauperibus multa de suis facultatibus ministrauit. Et post hec omnia de omni sua facultate ecclesie romane donationem fecit. Quod ubi imperator maximianus audisset: ipsam proscriptione damnauit. Beata autem lucina rogauit beatum marcellum urbis rome episcopum: ut domum suam ecclesiam consecraret: quod ille cum omni deuotione adimplere curauit. Sicq; lucina in exilium acta post diutinos agones in pace requiescens felicem animam domino cōmēdauit.

¶ De sancto martiale epō. XXIX

MArtialis discipulus xp̄i & episcopus stephani protomartyris consanguine⁹ patre marcello & matre helisabet de tribu beniamin ortus: unus fuit ex septuagintaduobus discipulis xp̄i: & a btō petro apostolo baptizat⁹. Hic enim ille puer fuisse dicitur: qui habebat quinq; panes hordeaceos: & duos pisces: ex quibus dominus quinq; milia hominum in eremo satiauit: ut dicitur Ioannis sexto. Hic etiam in ultima cena dn̄i cum discipulis facta minister astitit: & cum christus pedes discipulorum lauaret: ipse aquā i peluim famulat⁹ officio mistrauit. Et post ascensionē dn̄i btō petro i iudea. 5. ānis deinde in antiochia ānis. 7. adhesit: & cū eo dē āno q̄rto claudii romā uenit: & āno integro secū pmansit. Post hec beatus petrus a xp̄o sibi apparente per uisionē monit⁹. Martialē ei⁹ discipulū misit ad gallias predicādas: eidemq; alpinianum & austriclinianum comites assignauit: qui ordinat⁹ episcopus ad partes illas accessit: & duodecim angelis sibi continue assistentib⁹ galliarum oppida circuiuit: & per annos sex in lemouiceñ prouincia p̄dicauit: ubi sex mortuos suscitauit: cecos illuminauit: claudos erexit: mutis loquelam tribuit: obsessos a demonibus liberauit: & alia multa & maxima miracula perfecit. Ecclesias in honore saluatoris: & dei genitricis: & sancti stephani protomartyris & sancti petri: & sancti andree apostolo℞ in ipsis partibus dedicauit: omnemq; idolorum culturam & spurcitiam eliminauit. ¶ Ingressus autem oppidum lemouiceñ: cum quendam phreneticum nobilis susanne matrone filium sanasset: ipsum cum matre & sorore uirgine nomine ualeria & aliis sexcentis ad xp̄m conuertit. Quem dum idolorum pontifices detentum duro carceri mancipassent: omnes ipsi ictu fulminis subito extincti sūt. Ipse uero luce de celo diuinitus illapsa confortatus: ianuis quoq; carceris reseratis eductus est. Cum autem instantia populi sacerdotes templorum fulmine peremptos suscitasset: ipsiq; eorum: que in alio seculo uiderant: testimonium perhiberent: tam ipsi oēs q̄ alia multitudo gentilium numero. xxii. milia dn̄o crediderunt. ¶ Mortua aūt susāna predicta: ✝ ualeriam eius filiam deo uirginem dedicauit: que cum a stephano duce aquitanie in cōnubium postulata: eidem nubere nollet: ab eodem tenta ipsiusq; iussu decollata est. Statimq; corpus truncum caput manibus sumens usq; ad altare: in quo scūs episcopus missam celebrabat: stupentibus cunctis accessit: & ibidem cadens expirauit. Sed & uirginis percussor angelos uidit: eius ad celos animam deferentes. Que cū omnia carnifex duci stephano nunciasset: & confestim coram illo corruens expirauit. Martialis uero lictorem mortuum suscitauit: & ducem cum qndecim milibus uirorum ad christum conuertit: qui ecclesiam sancte ualerie fabricauit: & ipsam honorifice ibidem tumulauit. ¶ Post hec autem martialis ad beatum petrum reuisendum romam perrexit: & cū eo iam sene, per aliquod spatium temporis commoratus est: inde ad ecclesiam suam redit. Et dum esset in itinere: quidā hildebertus comitis archadii filius a diabolo in flumine proiectus & necatus est. Quem sanct⁹ martialis a mortuis excitauit: & tres demones: qui eum prefocauerunt in specie nigrorum ethiopum ostendit: multosq; conuertit. ¶ Deinde in ciuitate lemouicensi mulier quedam uirum suum paralyticum baculo uiri sancti tetigit: qui mox incolumis surrexit. ¶ Idem etiam baculus in urbe burdigalleosi multis domibus igne flagrantibus incendio oppositus flāmas ꝓtinus ac penit⁹ excussit. Multaq; & maxia alia miracula p

eum deus ostendit. Tandē ā̄te dies .xv. exitꝰ sui xp̄o domino sibi apparēte: & ipsuȝ ad regna celestia uocante ad ecclesiam perexit: missaq; celebrata populum de omnibus docuit & uale faciens frībus in pace quieuit pridie cal. iulii. Anno a passione dn̄i. 74. uespasiani uero augusti anno. 5. epatus autem sui .28. Qui & lemouice quiescit & mltis uirtutibꝰ & signis pollet.

¶ De sanctis alpiniano & anstricliniano p̄sbyteris. XXX

Alpinianus & anstriclinianus presbyteri discipuli sc̄i martialis & eiusdē cooperatores predicationis multo tempore extiterā̄t. Et tam sermonū q̄ signorum gloria non mediocriter claruerunt. Qui & predicationis officio fideliter pacto apud eandeȝ ciuitatem lemouiceñ in domino quieuerunt. Quorum festum recolitur pridie cal. iulii: ut ait ado in martylogio suo.

¶ De sc̄o aaron sacerdote. XXXI.

Aaron sacerdos primus & pontifex s̄m legem frater moysi filius amram de tribu leui & iochabel eius coniugis: qui inter p̄res sanctos ueteris testamēti ecclesiastici .45. plurimū cōmendatur: populuȝ israel de terra egypti una cum germā̄o eduxit: & coadiutor ducatus moysi: per quadraginta annos in eremo fuit. Ipse enim uti eloquēnissimus a domino datus est moysi: qui erat impeditus in lingua: ut esset os eius ad populum: dominꝰ enim moysi precipiebat: & ipse aaron uerba dei narrabat: atq; populo uel pharaoni ex ore moysi cuncta q̄si internūciꝰ referebat. Sicut habetur exodi .4. capi. Ipse etiam cum moyse pharaoni astitit: & signa dei ostendit. Nam & prima tria signa plagarum: quibꝰ egyptus percussa est: per manū aaron dominus fecit. ¶ Postq̄ autem populus israel mare rubrum transiuit: ut hec oīa copiosius in gestis moysi tractabuntur pridie noñ septembris. Et moyses in montem sinai iussu domini legeȝ accepturus ascēdit: ubi & diebus .40. sine cibo corporeo pmansit: cum moyses in monte moram faceret redeundi: populꝰ impatiēs deos itineris duces ab aaron & hur: quos ille sui loco reliquerat instanter postulauit. Quibꝰ hur resistēs sputis ab ipsis (ut dicitur) suffocatus ē: unde aarō tiore coactꝰ ē auꝝ & argētū eoꝝ petiit: q̄ i ignē proiecit: & egressus est uitulꝰ ꝯflatilis instar bouis: quē i egypto adorauerant: demone opere hoc agente: queȝ & populus solēnizā̄s: & hostias offerēs adorauit. Quod cum dn̄s moysi reuelasset: & populi dispersionem ꝯminatus esset: moyses pro populo intercessit: & placato dn̄o de monte descendit: uisoq; tanto scelere: tabulas legis sibi a domino datas indignatus confregit: uituluȝ quoq; ꝯbussit: puluereṁq; in aquā ꝯspersit: & ex ea populo potum dedit. Cūq; ut tradit iosephus: auctores sceleris cognouisset ex colore auri potati: qui miraculose apparuit in barbis eoꝝ: filios leui sibi ad ultionē adiunxit: & ex illis quasi uigin̄ti tria milia occidit. Cūq; accusaret aaron q̄ populum exaudierat: ille se excusauit primuisse populum: q̄a pronus erat ad malum: hoc exodi .32. capi. ¶ Post hoc ut habetur leuit. 9. moyses de mandato dn̄i aaron & quattuor filios eius: nadab: abiu: eleazar & itamar: priꝰ aqua lotos: oleo sanctificationis punxit & sacerdotes ad ministeria sacrificioꝝ constituit. Quorum omnium aaron sūmus & primus fuit. Cui solo semel in anno tantū in sc̄ā sc̄oꝝ ingredi licuit. Dies autem consecratiōis aarō & filiorum eius fuit dies octauus anni egressionis filiorum israel ex egypto. Et cum aaron precepto dn̄i hostiam in altari posuisset ignis diuinitus adeo egressus sacrificium primitus inflā̄mauit. Et seruatus ē ignis iste perpetuus per generationes usq; ad transmigrationem babylonis. Eadem die nadab & abiu filii aaron iam sacerdotes cōsecrati q̄a igne alieno thus obtulerunt: igne diuino cōsumpti sunt. Quos aaron & alii duo filii eiꝰ lugere prohibiti sunt: propter unctionis sanctitatem & diuini iudicii reuerentiam: tamē sepelierunt eos cognati eorum. ¶ Post hec aūt ut scribitur numeri .16. ca. & .17. cum chore filius isuar fratris amram uidens fratrueles suos honoratos: alterum sacerdotio alteruȝ ducatu populi inuidit: & murmurans cōtra moyseȝ & aaron .250. de leuitis secum hn̄s: & dathan & abiron potiores rubenitaruȝ sibi adiunxit: & seditionem in populo excitauit. Quos omnes miraculose cum uxoribus & filiis & familiis ac omni eorum supellectile terra se apiens absorbuit: propter q̄d populus in furorem excitatus moysen & aarō uti multitudinis interfectores lapidare uoluit. Eisq; ad tabernaculum fugiētibꝰ: ignis a domino egressus populū deuorare cepit: & q̄ttuordeci milia ac septuaginta de populo interfecit. Tūc aaron ad suggestionē moysi: tollens thuribulū hausit ex altari ignē diuinū: & posito thymiamate cucurrit cito ad populum: seq; inter uiuos & mortuos incēdio opposuit: & pro eis orauit: confestimq; plaga cessauit. ¶ Adhuc autem non cessante tumultu super sacerdotio aaron: eo q̄ dicerent filii israel etiam ex aliis tribubus dignos reperiri: qui sacerdotio fungerentur: tulit moyses ex mandato domini .12. uirgas a principibus duodeciȝ tribuum: & in unaquaq; scripsit nomē principis & tribus sue.

Nomen autem aaron scripsit in uirga leui: quas cumposuisset in tabernaculo coram domino: sequenti die inuenit uirgam aaron germinasse: & amigdala cũ folijs pduxisse. Quo signo ordinante deo: aaron sacerdotiũ firmissime possedit: que etiã uirga i testimonium in tabernaculo reposita fuit. ¶ Cũ aũt populus per annos. 40. in deserto fuisset: & dñs moysen & aaron ne terrã pmissam igrederentur: decreuisset: eo q̄ ipm ad aquas cõtradictionis nõ sanctificassent: ut habet numeri. 20. & dicet in gestis moysi. Mandauit deus: ut aaron pgeret ad populũ suuz. Qui ascendit in monte or cum moyse fratre suo: & eleazar filio suo: ubi moyses pontificem aarõ oi sacerdotali cultu idutũ exuit: & leazar iduit. Quo facto pfesti aaron i ipso mõte occubuit eal. e. iulij: ubi sepulture ei⁹ adhuc locus ostendit. Et fleuerunt eum filij israel 30. diebus. Hec unde supra: & ex dictis iosephi & hieronymi: ex historia quoq; scholastica nec non ex chronicis guilelmi.

¶ De sancta maria pphetissa. XXXII

Aria prophetissa soror aaron & moysi intra numeꝝ sanctaꝝ matrum ueteris legis a iosepho nõ immerito cõputatur: quia ut sacra scriptura exodi. 15. inuere uidetur: sicut moyses inter mares israel filios: sic & maria inter feminas p suo modulo ducatũ obtinuit: ex quo solo sanctificata fuisse uidet. Nec eni decens fuit: ut tanto populo quis in utroq; sexu nisi sanct⁹ preesset. Vnde & postq̄ submerso pharaone in rubrũ mare cũ omni exercitu suo: moyses canticum exametrorum carminum. s. Cantemus domino cõposuisset: ipmq; primo eum uiris decantasset. Maria deinde chorum mulierum ducens: sumpto musicali tympano: canticum ipsum repetiuit: & domino pro uictoria laudes egit. ¶ Sed eum post ãnos aliquot: ut habet numeri. xij. Dum essent filij israel in deserto in loco: qui dicitur asta toth: & aaron & maria contra moysen murmurassent: & se ei de sanctitate pari iactassent. Iubẽte domino ipi tres ad hostiũ tabernaculi accesserunt. Quibus deus in nube maiestatis apparuit: & mariam lepra percussit. Que tamen post dies septem moyse pro ipsa orante: eaq; peniten tiam agẽte: sanata fuit: & aaron a domino ueniam de contumelia postulauit. ¶ Anno uero quadragesimo egressionis filiorum israel de egypto: populo adhuc per desertum agẽte: mortua est maria in eades: & sepulta in monte sin: quo autem die dormierit: expssuz non habetur: ieeireo aaron fratri suo ei⁹ memoria copulatur. Hec numeri. 20. & alijs locis quibus supra.

¶ D sancto eleazar sacerdote. XXXIII

Leazar sacerdos filius aaron: patri i sacerdotium successit: ut sup⁹ dictũ est. Hic enim ut habetur in libro iosue in pluribus locis cũ iosue duce populi iordanem transiuit: terram pmissam acquisiuit: & eam per sortes duodecim trib⁹ filioꝝ israel mandato dei diuisit: sacrificia pro populo sm legem a deo datam obtulit: & in tabernaculo domini cum filijs suis iugiter ministrauit. Et post obitum moysi modico tempore populum rexit. Et post hec sanctitate plen⁹ in pace quieuit: & sepultus est i gabaa: que data fuerat sibi & filius eius in monte effraim. Hic & si non expresse: tamen satis tacite inter sanctos patres ecclesiastici. 45. numeratur: ubi patris premissis laudibus: phinees fili⁹ eius tertius in gloria nominatur: ut sic inter sacerdotes gloriosos primus & tertius expsse: secund⁹ uero tacite numerat⁹ intelligat.

¶ De sancto phinees sacerdote. XXXIIII

Hinees sacerdos eleazar successor & filius. ecclesiastici. 45. cap. & primo machabeoꝝ. 2. inter sãctos patres ueteris testamẽti cõmemorat⁹ est. De quo illud memorabile habet numeri. 25. q; cum populus israel moraret in sethim: & multi ex ipsis cũ filiab⁹ moab fornicati eẽnt: & ad suggestionẽ eaꝝ beelphegor deo ipsaꝝ sacrificia obtulisset: eosq; moyses de culpa redargueret: zatabri priceps trib⁹ symeõ: q filiã cuiusdã madianite i ꝯiugẽ accepat noie eborbi: eorã oib⁹ pfessus se alienigenã cognouisse: & idola coluisse: nec legi: quã moyses ppl'o iposuerat: obnoxiũ eẽ: & spectãte oi ppl'o: ac flente: igressus ẽ tabernaculũ mulieris. Surgẽs q; phinees arreptoq; pugione igressus ẽ post illũ i lupanar: & pfodit ãbos isimul coeũtes i locis genitalib⁹: & cessauit plaga: que i populo pcesserat: & 24. milia extixerat. Et q phinees zelo legis nimio uidictã dei i peccatorẽ uiꝝ exegit. Ieeireo dñs eidẽ & semi ei⁹ sacerdotiũ i eternũ ꝯstituit: q & cũ pr̃e eleazar pmissiõis terrã itrauit: & ei i sacerdotiũ successit: & gloriosus meritis & fama laudabilis: i pace qeuit: in sepulcheo paterno tumulatus.

¶ De scis aarõ & iulio & socijs mr̃i. XXXV

Aron & iuli⁹ urbis legionũ: q̄ ẽ ciitas in britãnia ciues & alij plures mr̃es utriusq; sex⁹ i eadẽ ciuitate passi sunt sub psecutiõe dioeletiãi & maxiani: q pp multa & isignia miracula: q̄ i passiõe bti albani mr̃is oñsa sũt: ut supra i ei⁹ passiõe actũ ẽ. xi. cal. iul. ꝯuersi sũt ad xp̃m: & p eiusdẽ fidei ac cõfessiõis gl'ia: & ipi ab ifidelib⁹ mr̃ium passi triũphatoꝝ celestiũ nũero sociati cal. iulij.

¶ De scō theobaldo confessore. XXXVI.

Theobaldus confessor ex gallia oriūdus tpe henrici iparatoris .3. & henrici francoꝝ regis claruit in ptib⁹ ipsis. Qui magn⁹ ac potens mūdo abrenūcians seculo & diuitiis eremiticā uitā duxit. Quadā uice cū quibusdam sociis iter agēs: uidēs comites fame ac siti fatigatos: cū tā escis q̄ potu carerēt ad deum orauit: & panē sibi a dn̄o pparatū subito i uia repp(er)it. De quo se & socios ad satietatem cibauit. Deide uas qđ pridie uino fuerat oio uacuatū apportari fecit: ipm̄q; diuinitus uino repletū iuenit: qđ isusum cunctis abundātius ad poculū satisfecit. De reliqis uero tā panis q̄ uini pegrinos plures: q eius audita fama de mediolano ad se uenerāt: diebus plurib⁹ satiauit. Nec tn̄ ipe reliquie cō sumpte fuerūt: qn potius ad satietatē taz sui q̄ fratz suoꝝ p. 3. hebdomadas suffecerit. His & aliis clar⁹ uirtutib⁹ qeuit i pace cal. iulii.

¶ De scō carilepho confessore. XXXVII.

Carilephus confessor socius sci adiuti abbatis tpe childeberti & lotharii regū francoꝝ claruit. Hic i auernēsi territorio claris parētib⁹ ortus: litteraꝝ gr̄a ad monasterium menateñ missus. Ibiq; mōach⁹ factus est: ubi aliquo tpe māsit scitate replet⁹. Dei de eremiticā uitam ducere cupiēs: una cum scō adiuto socio suo de cenobio clandestine discessit. Deueneruntq; ad suburbiū aurelianēsē ad sāctū maximianū abbatē se cōferētes: cū eodē aliquot mensibus demorati sunt. Post hec indesiores siluas i loco qui dicitur piciacus: nūc aūt cella sci adiuti uocat̄: locellū cōstruxerunt: ubi plurib⁹ annis māserunt: ut dictū ē supra i uita sci adiuti. vi. cal. februarii. uerum carilephus cupiēs uitare famam que iā de scitate amborum ad aures regias delata fuerat. Adiutū deseruit: & interiora eremi apud cenomaneñ urbē cum Daumero cōmilitone suo petiit: tandemq; ad locum uocabulo cassagallam situm i pecia labrosineñ diuertit: ubi multo tpe deo seruire curauit. Et cum mulierē olno se non uisurum p(ro)posuisset: mulier quedā uaga & lubrica coma precisa habituq; uirili iduta monasteriū eius se uirum simulans incognita scō ingressa est. Quod dum p omnia ambitiosa curiositate lustrasset: oculi eius ex capite p(ro)tinus deciderūt. Que duz peccatum cōfiteretur: & penitentiā egisset: scō pro ea intercedente corpore sanata: & āimo redut emēdata. Hic etiam obitum suum sibi a domino reuelarū fratribus predixit: & die qua predixerat in pace quieuit: uidelicet cal. iulii. Sepultusq; est in cenomaneñ ciuitate miraculis clarus.

¶ De scō pambone abbate. XXXVIII.

Pambo abbas: ut dicit heraclides Cum sine litteris eēt ad quēdam accessit: ut ab eo psalmū aliquez disceret. Qui cum audisset principium psalmi .xxxviii. Dixi custodiam uias meas: ut non delinquā in lingua mea: 2m uersum audire recusauit: dicēs q primus sibi sufficeret: dū tn̄ illuz adimplere posset. Et post mēses. vi. reuersus ad magistrum. Interrogatusq; ab eo: cur tantū distulisset respondit: q uersum: quē didicerat: nondum implere potuerat. Post multum uero tempus retulit cuidam alteri: q annoꝝ 49. esset: & uix adhuc dictum illud psalmi implere potuisset. Descendens alexandriam de scythi uidit mulierē theatricaz: & amare fleuit dicens se flere & propter mulieris perditionē & pp sui ipsius negligētiam: quia nō tantū studuerat deo placere: quantū illa hominibus. Teophilo episcopo euz adeunti: & ab ipso edificari querenti respondit: q si sua taciturnitate non edificabatur: neq; sermone edificari posset. ¶ Huic sancta melania de qua dicetur in. j. xi. cal. nouembris tricentas libras argenti obtulit: quas ille per euthemium discipulum suum pauperib⁹ dari iussit: ut ait hieronymus. Qui postmodū sportellam palmis cō suit: & melanie i sui memoriale tradidit: dicens se nullum aliud habere: qđ sibi dare posset. Quam ipsa post ei⁹ obitum omni tempore quasi pro magnis reliquiis reseruauit. Hic etiam nulla febre uel egritudine correptus ad extrema deuenit. Et hora mortis sue astantib⁹ dixit: q ex quo eremum intrauerat: nec panem comederat: nec 2mōis: de quo locutus fuisset: aliquādo eum penituerat: & tamē sic ad deum ibat q̄ si adhuc initium non fecisset seruiendi dn̄o. Et requisitus an esset bonum laudare proximum uirtuosum resespondit: q melius eēt tacere. Hec heraclides & in uitis patrum. Quieuit autem in domino uir sanctus calendis iulii.

¶ De scō dominiano abbate. XXXIX.

Domian⁹ abbas i territorio lugduneñ sanctitate uite isignis claruit. Qui primus illic eremiticā uitā exercuit: plurimosq; sibi in dī 2uitio aggregās: magnisq; uirtutib⁹ & glo(rio)sis miraclis clar⁹ collect⁹ ē ad pr̄es i senectute bona cal. iulii: hec ado.

¶ De scis mr̄ibus pcesso & martiniano. XL.

Processus & martinian⁹ mr̄es passi sūt rome ipāte nerone. Cū enī nero impator btōs apostolos petrū & paulū tradidisset paulino uiro clarissimo magr̄o militū. Paulinus eos reclusit in custodia mamertina sub mōte tarpeio: sub custodia militū p̄

ta diaboli ignẽ accendit:& ipm i faciẽ puel-
le excussit:moxq; diabolꝰ euanuit. ¶ Deide
ueneſt ad eũ ciues de oppido urbis: & ipm i
suũ epm ꝯstituerũt:q i ipso epatu ꝑfuit ãnis
42.& multa miracula oñdit: iteꝝ que saluiã
ancillã dei:que annis .7. ceca fuerat:illumi-
nauit:& claudũ unũ erexit. Nouissime ange
lus dñi ei appuit:obitũq; suũ post dies .30.
futuꝝ ꝑdixit:& ad uicũ thanatũ in fundo ba
thygatio:iussit:ut accederet:ubi & pausatu
rus eẽt: signũq; uocatiõis sue fumũ de uico
exiturum ꝑdixit:& ꝙ terra suligitabit. Qui
mox ad locũ ꝯstitutũ ꝑperauit: & signis ab
angelo datis appentibꝰ:ipse i pace qeuit .6.
idꝰ iulii:sepultus in suo epatu.

¶ De scis ianuario & sociis tribꝰ. LXXX

IAnuarius:marinus:nabor:& fe-
lix apud aphricã passi sunt: qui
persecutiõe uigẽte aduersus xpi
anos:cũ sacrificare idolis recusa
rent:a ꝑsecutoribꝰ decollati tri-
umphũ meruerunt obtinere martyrii .6. idꝰ
iulii:ut ait ado in martylogio.

¶ De translatione sancti benedicti. LXXXI

TRanslatio corporis sci benedicti
abbatis tẽpore ꝯstantis impato-
ris scã ẽ: ut ait hugo floriaceñ.
Cũ eni monasteriũ mõtis cassini
qđ a btõ bñdcõ edificatũ fuerat:
a lõgobardis destructũ eẽt:corporaq; btõꝝ
benedicti & scholastice eius sororis in eodẽ
sepulchro tumulata ibidẽ sine ulla ueneratí
one dimissa fuissent. Mimolinus abbas flori
aceñ diuina reuelatiõe premonitus: misit ai
gulphum monachũ suũ ad predictũ mona-
sterium cassineñ. ut inde corpus sancti bene
dicti floriacuz deferret. Quo tẽpore etiã ex
urbe cenomaneñ quidam aduenerãt ad cor-
pus scẽ scholastice transferendũ: qui aigul-
pho adheserunt:donec romã insimul puene
runt. Cũ ãt aigulphꝰ causam aduẽtus illoꝝ
didicisset. Ipse uero eisdem cur uenerat mi-
nime reuelasset:cogitauit utrũq; corpus ha
bere posse. Dimissis ergo sociis rome: ipse
montẽ cassinũ festinꝰ accessit:ubi nocte orãs
sup sepulchꝝ sanctoꝝ lucẽ maximã ꝯspexit
Mane aũt facto:effracto tumulo ossa sancto
rum benedicti & scholastice in sporta colle
git:& asportauit. Rediens aũt in itinere soci
os dimissos iuenit:q audito:ꝙ utꝝq; corpus
haberet:corpꝰ ab eo scholastice de grã peti-
erunt. Aigulphꝰ aũt hoc facere nõ posse re-
spondit:nisi abbati suo istud placeret. Sicq;
cenomanẽses secũ usq; floriacũ uenerũt:& a
mimolino abbate corpus scẽ scholastice de
grã obtinueſt. ¶ Cũ aũt ossa bñdicti ab of-
sibꝰ scholastice aliter secernere nescirẽt: sin
gula locula pauerũt:& ossa maiora in uno
& minora in alio uti meliꝰ eiꝰ uisum fuerit:
segregatim posuerũt: iudicãtes ex arbitrio
maiora maris:minora eẽ mulieris. Quo scõ
ipsoꝝ iudiciũ ueꝝ fuisse:tali examie ꝓbaue
rũt. Nã corpꝰ defuncti uiri sup ossa:q̃ puta-
bãt eẽ scholastice:corpꝰ aũt defũcte feie sup
ossa:q̃ putabãt eẽ bñdicti posuerũt. Et neu
trũ eoꝝ uitã recepit. Cũ aũt ꝯuerso:corpꝰ
uiri sup ossa maris: corpusq; femie sup ossa
mulis collocassẽt:& orõnẽ ꝑmisissẽt: uterq;
mortuoꝝ ꝯtinuo uiuꝰ ſrexit. Quo miraculo
ossa utriusq; uera cognita sũt: cenomanẽses
ergo secũ ad ciuitatẽ suã tuleſt corpꝰ uirgis
& floriacẽses monachi i loco suo sepelierũt
corpꝰ abbatis. ¶ Sigibertꝰ dicit:ꝙ penonꝰ ci
uis nobilis & diues brixieñ tpe gregorii pa
pe ſi cassinũ mõasteriũ:qđ ãnis .110. destru-
ctũ fuerat:de ꝓprio repauit. Anno .x. ꝯstãti-
ni .4. ut ꝑfatꝰ hugo scribit. Cassineñ mõachi
auctore carolomano rege francoꝝ a zacha
ria papa ĩpetrarũt:ut eis corpꝰ sci benedicti
a floriacẽsibꝰ redderet. Qui uenĩẽtes floria-
cũ:dũ corpꝰ leuare uellẽt:tali cecitate ꝑcus
si sunt:ꝙ se inuicẽ uidere nõ poterãt: nec a
deo usq; lumẽ eis restitutũ ẽ:donec ĩtelligẽ
tes corpꝰ sãctũ ibi qescere uelle:id dimitteſ
ꝓposueſt. Fcã ẽ aũt eiꝰ trãslatio .5. idꝰ iulii.

¶ De scõ pio papa & martyre. LXXXII

PIus papa & martyr natiõe italus
de ciuitate aquileia ex patre ru-
fino:igino pape in epatu romão
successit:& sedit annos duos mẽ
ses quattuor dies .21. Hic ꝯstitu-
it hereticum ex iudeoꝝ heresi uenientem su
scipi & baptizari:& ꝯstitutum de ecclesia fe
cit. Sub eius epatu hermes librum compo-
suit:in quo mandatum continetur: quod ei
ꝑcepit angelus dñi:cum ad eum uenit in ha
bitu pastoris: & ꝑcepit ei: ut sanctũ pascha
die dñico celebraret. Quod & ipe pius eps

ꝯstituit. Hic fecit ordinatiões. v. per mensē
decembrium presbyteros. x. diacones. xi. &
epos ꝑ diuersa loca. xii. Sub eius etiã tpe ro-
me due sacratissime germãe uirgines clarue
runt. s. potẽtiana & praxedis. Qui etiã sub
ꝑsecutiõe antonini & marci mr̃ii gloriã ade
ptus ẽ. Et sepult⁹ ẽ cũ fr̃ib⁹ suis iuxta corp⁹
beati petri i uaticano. v. idus iulii. Et cessa-
uit epatus dies. xiiii.

¶ De scis eulogio & sociis mr̃ib⁹. LXXXIII

Eulogius cũ aliis trib⁹ mr̃es apd̃
ꝯstantinopoli passi sunt. Quorũ
dies triũphi recolitur quinto id⁹
iulii: ut ex martylogio adonis
scriptum habetur.

¶ De scõ eulogio ꝑsbyte. & ꝯfes. LXXXIIII

Eulogius ꝑsbyter alexãdrin⁹: ut
ait hieronymus: & heraclides co
gitationes hominũ a deo ipsi re-
uelatas cognoscebat: quosdamq̃
eucharistiã sumere uolẽtes a cõ-
muniõe sacra remouebat: eisq̃ peccata sua
secretius reuelabat: & sic illos ad pniam ꝓ-
uocabat. Hic dei amore elephantiosuȝ quen
dã oi tpe uite sue fouere ꝓmisit. Quẽ dũ an-
nis. xv. sedule ꝯfouisset ille diabolo ꝓcurãte
ingrat⁹ bñficii i eulogio ꝯuitia iportabilia i
ferebat. Cũ autẽ eulogius hic ꝓpter uotum
emissuȝ: hic ꝓp ifirmi iportunitatẽ ꝑplexus
maneret. Antoniũ abbatem una cũ leproso
adiit ꝯsulẽdum. Qui cũ ad mõasterium ma
carii deuenisset: reppit & illuc antoniũ atti-
gisse. Qui ab eo aduocat⁹ & sup patia ac per
seuerãtia doct⁹: infirmus quoq̃ ab eodẽ an-
tonio ad gratitudinẽ ẽ ꝓuocat⁹: unde ambo
ipsi sedato scandalo adiuuicẽ ꝑseuerãtes mã
serũt: & ad cellã suã redeuntea post dies. xl
Eulogius ide p⁹ triduũ leprosus spiritũ tra
diderunt. Festũ autẽ eulogii agit̃. v. idus iu
lii. Hec heraclides & in uitis patrum.

¶ De scis ianuario & pelagia mr̃. LXXXV.

Ianuari⁹ & pelagia mr̃es apd̃ ni
uorẽ armeniã i ciuitate nicopoli
passi sũt. Qui tpe ꝑsecutiõis pro
ꝯfessione nois xp̃i sub licinio ipa
tore priori equuleo leuati & diu
tius torti. Deide ungulis crudeliter lacerati
ac demũ i carcere uicti testarũq̃ fragmibus
dieb⁹ q̃tuor cruciati gloriosum mr̃ium im
pleuerunt. v. idus iulii: ut dicit ado.

¶ De sanctis hermacora episcopo & fortu-
nato martyribus. LXXXVI.

Hermacoras epũs & fortunatus ar-
chidiaconus mr̃es apud urbem
agleiam passi sunt. Imperãte ne-
rone sub preside seuasto. Cũ eni
beatus marcus euãgelista apud
eande urbẽ a beato petro ap̃lo direct⁹ mul
to tpe ꝓdicasset: & ad magr̃m reuisendũ ac-
cedere uellet. Hermacorã ciuem aquileiẽ:
eius discipulũ a populo in epm̃ electum ro
mã secum adduxit: quẽ beat⁹ petr⁹ loco mar
ci aquileie epm̃ consecrauit: & ad ipm̃ eccle
siam gubernãdam destinauit. Marcũ uero a
lexandriã misit: ut hec omnia dicta sunt su-
pra i passiõe sci marci. viii. cal. maii. Igitur
beatus hermacoras aquileiam ueniẽs eccle-
siam suam feliciter gubernauit: & plures sa
cerdotes & leuitas ordinauit. Inter quos for
tunatũ quẽdam eius archidiaconẽ ꝯstituit.
Ipse autẽ uerbum dñi iugiter predicabat: &
miraculorum insigniũ gloria clarebat. Naȝ
& cecos illuminabat: & egros quoscũq̃ sana
bat: & obsessos a demonibus liberabat: un-
de & infinitũ ex multis ciuitatibus ad se con
currẽtem populum ꝯuertebat. ¶ Cum autẽ
seuastus quidã preses ciuitatẽ aquileie igres
sus esset: pontifices idolorum accusauerunt
hermacoram epm̃: q̃ templa deoꝝ destrue-
ret: & populũ ab eoꝝ cultura subtraheret.
Quẽ preses ꝯprehẽdi iussit & sibi presenta-
ri. Cui cum preses suaderet: ut deos coleret
& a xp̃i predicatione cessaret. Respõdit her-
macoras: q̃ ex iussione dei ordinatus eps̃ nõ
posset quiescere a predicatione xp̃i: ut a dia-
bolo detentos reuocaret ad regnũ dñi. Cũq̃
in confessione nominis xp̃i constanter ꝑsiste-
ret. Iussit illum preses extendi & neruis cru
dis diutius cedi. Et cum scũs martyr in his
gr̃as ageret: & ꝑsidis tormenta derideret: fe-
cit eũ i equuleo suspẽdi: & pect⁹ eius ungui
bus radi: postea precepit laminas ferreas cã
dẽtes eius pectori imprimi: & lampades ar-
dentes laterib⁹ applicari. Et cũ ipse multo-
magis xp̃m laudaret: populusq̃ unanimiter
exclamaret: q̃ scũs dei sine ulla causa tormẽ
ta substineret. Seuastus furorem populi me
tuens eum carceri mancipauit: ubi orante
hermacora lumẽ ingens ꝑ noctem refulsit:
& odor suauissimus emanauit. Quod cernẽs
pontian⁹ custos carceris ꝯuersus est ad xp̃ȝ
& ianua reserata ad pedes sci martyris ueniã
postulabat. Quẽ scũs hermacoras uocato
fortunato diacono suo: post triduanum ieiu
nium baptizauit. Qui egressus se xp̃ianũ ce-
pit proclamare: & deos gentium demonia as
serere: unde & eius exemplo multitudo po-
puli ad carcerem ꝯcurrentes conuertebant-
tur. Quidam uero uidentes lumẽ carceris
inde nullatenus discedebant. ¶ Hec audiens
gregorius quidam nobilis ciuitatis filium
suum annorum. xii. qui per triennium a de-
monio uexatus fuerat: ad scũm martyrẽ ad
duxit: queȝ ille premissa oratione continuo
liberauit: & ipsum una cum patre ad chri-
stum conuertit: ueniẽsq̃ media nocte ad do-
mũ ei⁹ ꝑmittente põtiano: gregoriũ cũ ꝯiu-
ge & duob⁹ filiis atq̃ cũ familia baptizauit.

Deinde ad carcerē ſpōte rediit:& inſtātibus
pſbrīs & clericis:uc ſi martyriū pelegiſſet:
uel ſaltē ſibi paſtorē ꝯcederet:fortunatū ei⁹
archidiaconū illis delegauic. ¶Hec cum au
diſſet illuſtris quedā uidua noīe alexandria
que lumē dudū amiſerat oculoꝝ de ꝯſenſu
pōtiani nocte ad ſanctū hermacorā in carce
rē ingredit̄:& ab eo mox illuminat̄ atqꝫ cō
uertit̄. Et intra domū ſuā cū oī familia a for
tunato diacono baptizat̄. Quod cū pſes au
diſſet:fortunatū detineri fecit:& cum herma
cora cuſtodia mancipari. Cūqꝫ multa mira
cula p eos fierent in carcere ꝯſiſtentes. Seua
ſtus pſes ad ſuggeſtionē pontificū ōmēs po
pulū qui p eos ꝯuerſus erat:miſit nocte ſpi
culatorē:& utroſqꝫ i carcere decollari fecit:
quoꝝ corpa ac ſāguinē collectū pōtian⁹ cu
ſtos carceris recollegit:& occulte repoſuit.
Deinde gregori⁹ & alexandria memores be
neficioꝝ ſuſceptoꝝ corpora martyꝝ ſubſtu
lerunt:& iuxta muros aquileie in agro me
morate alexandrie cum aromatibus cōdide
runt. Qui paſſi ſunt.4.idus iulii.

¶De ſcīs nabore & felice mrīb⁹. LXXXVII

NAbor & felix mrēs paſſi ſūt in ci
uitate laudēſe ſub maxiano ipa
tore. Cū eni idē ceſar mediolani
degeret: & predicti duo milites
tāqꝫ xpiani eidē accuſati fuiſſent:
Impator eos detineri fecit: & ſingillatim in
terrogatos cū eos xpianiſſimos cognouiſſꝫ:
in carcere p dies.12.affligi mandauit: ita ut
nec panis: nec aqua miniſtraret̄ eiſdē:& die
13.eos educi fecit:& cepit illos ad ſacrificia
ſuadere:& cū nullatenus aīos eoꝝ inclinare
poſſet. Iteꝝ eoſdē in cuſtodia recipi pcepit.
Poſt dies uero qͣtuor de cuſtodia educi: &
extēſos fuſtib⁹ cedi:deinde naborē in equu
leo appēdi:& lāpadibus aduri: ac ungulis
lamari inſpectāte felice. Et cū hec oīa ſupaſ
ſentuſſit eos ambos igne ꝯſumi:qui miſſi in
ignē incolumes pmanſerūt. Pro quo iterum
eos carceri mācipauic. Poſt aliquot uero di
es cū impator pgeret in ciuitatē laudeñ. Iuſ
ſit ſcōs catenis uictos ad exemplū xpianoꝝ
poſt ſe trahi:& poſt tertiū diē ambos extra
ciuitatē ſibi pſentari. Quos in xpi ꝯfeſſione
firmiter pſeuerātes: fecit eos primo fuſtib⁹
cedi:deinde capite puniri. Qui decollati ſūt
iuxta portam ciuitatis laudēſis apud fluuiū
celerā: quorum corpora quedam matrona
ſabina noctu rapiens in eodē loco ſepeliuic
quarto idus iulii.

¶De ſancto naſone diſcipulo. LXXXVIII

NAſon diſcipulus xpi: ex antiqs
& prioribus fuit:& ex.72. unus
ut in martylogio adonis ponit̄:
qui apud inſulam cypꝝ xpi euā
gelium pdicauit:& plen⁹ uirtuti
bus ibidē ſcō fine quieuic.4.idus iulii.

¶De ſancto iohele propheta. LXXXIX

IOhel pphera de tribu ruben fili
us ſatuel natus i agro bethoren
eodē tēpore & ſub eiſdē regib⁹:
quibus & oſee ppheta uit: uideli
cet in dieb⁹ ozie:ioathan: achaz:
& ezechie regum iuda. Et ſicut ille ſub noīe
effraim ad.x.tribus dirigit uaticiniū ſuum:
qui uel ſamariā uel iſrael ſepe memorat:ſic
in hoc pphera:oē quod dr̄ ad tribū iuda di
rectū eſſe intelligere debem⁹. Deſcripſit eni
terrā duaꝝ tribuū eruca: brucho: locuſta:
rubigineqꝫ uaſtandam. Et poſt euerſionem
prioris populi pdixit ſpūſanct⁹ effuſionem
futurā ſup ſuos dei & ancillas:quod factū
eſt die pentecoſtes in cenaculo mōtis ſyon.
Et hic in bethoren in pace mortuus eſt:& ſe
pultus.3.idus iulii. Hic pphera ex numero
12. pphetaꝝ colligit̄:qui minores appellant̄
in ſanctorum patrum catalogo eccleſiaſtici
49.capitulo ꝯſcribunt̄: Hec ioſephus & hie
ronymus:& ex hiſtoria ſcholaſtica.

¶De ſancto zorobabel duce. LXXXX

ZOrobabel filius ſalathiel dux &
princeps iudeoꝝ de tribu iudas
inter ueteris legis pres eccleſia
ſtici.49.capi.ꝯſcribit̄. Hic tēpo
re reedificatiōis tēpli dñi & hie
ruſalem fecit:ſub dario hydaſpis rege pſaꝝ
claruit. Cum eni:uc habet̄ in libris eſdre &
neemie:cyr⁹ rex perſaꝝ & medoꝝ anno pri
mo regni ſui dediſſet iudeis licentiā redeun
di ad terrā natiuitatis ſue:quinquagita fere
milia eoꝝ duce zorobabel & ieſu magno ſa
cerdote:de quo infra pxime dicet̄: de chal
dea:ubi captiuati fuerant:in iudeam reuerſi
ſunt. Et afferentes ſecū uaſa tēpli dñi aurea
& argentea.5400.que reddiderat eis rex cy
rus perſaꝝ: ceperūt edificare templum dñi
in hieruſalem:uerum impedientibus ſama
ritis intermiſſum eſt opus uſqꝫ ad annum ſe
cundū darii hydaſpis:igitur anno primo da
rii predicti:zorobabel filius ſalathiel unus
de nobilioribus iudeoꝝ:familiaris quōdam
ipſius darii:cum audiſſet: qꝫ darius ipſe re
gnaret in pſide:fiducialiter aggreſſus eſt tē
plum dñi edificare in hieruſalē:aggeo & za
charia pphetis ad hoc exhortātib⁹ populus
iudeoꝝ. Principes uero regis pſaꝝ:q erant
trāſflumē hoc agnoſcētes:iterdicebāt reedifi
cationē. Cūqꝫ rndiſſēt ſeniores iuda:qꝫ deus
ſu⁹ hoc eis pcepar:placuit utriſqꝫ: ut res ad
darium regem pſaꝝ deferret̄: Et aſcēdit zo
robabel cum nunciis principum ad regem:
qui honoratus eſt ab eo ultra q̄ ſperabat.
Nam cum aliis duob⁹ cubicularius in regis
cubiculo dormiebat. ¶Porro darius rex ce
naꝫ exhibuit ſatrapis & pfectis perſaꝝ & me

dorum ac magratibus.127.prouinciarum. Eadem
nocte expgefactus rex proposuit questioné
tribus custodib⁹ corporis sui: qd de tribus
fortius uideref. s. rege uino & muliere: pro
mittens munera & honoré ei qui sapientius
respóderet in crastino. Die uero sequéti co-
ram satrapis & magratibus accesserunt illi
tres: & ait primus regé esse fortioré ceteris.
Cum eni hó presit cunctis aiantib⁹ et ex pre
est hóibus & ad nutú eius oia fiunt. Secund⁹
autem pretulit uini fortitudiné: qa eum ho-
mo presit ceteris in fortitudine: uinum supe
rat aiam animi fortitudiné. Zorobabel uero
tertius mulierem fortioré rege uinoq; asse-
ruit. Nam regibus & eis qui uites plantant:
mulieres uinum pferunt & alimoniam & ad
robur usq; producunt: & pro mulierib⁹ ani
mas ponere non timét homines. Super hec
autem omnia ueritatem dixit esse fortiorem:
quia imutabilis é & sempiterna. Quod cum
ab omnibus iuxta dictum huius approbatú
est: dixit rex ad zorobabel: ut peteret ab eo
quicquid uellet. Et postulauit templi reedi-
ficationé & uasa domus dñi remitti in hieru
salem. Et gauisus é rex. Ná idipsum meminit
se uouisse anteq̃ fieret rex: si de⁹ faceret ipm
regem. Et scripsit epistolam principib⁹ suis
träsumé: ut nullatenus impedirent iudeos
sed de sumptib⁹ regis iuuarent eos. Qui zo
robabel reditum faciés per chaldeá cótribu
libus suis regis mádata patefecit. Et ascen-
derunt multi tunc hiarosolymá cú eo. Et sic
laxata captiuitate iudei ceperunt reedificare
templú dñi in hierusalem: anno 2º darii hy
daspis regis persarum: qd anno. vii. ipsius con-
sumatum é: qui erat quadragesimus sext⁹ a
prima licentia quá dedit cyrus rex persarum
reedificandi illud. Iuxta qd in euágelio legi
tur. Quadraginta & sex annis edificatú é te-
plum zc. Conuenerunt aút filii israel ad dedi-
catioré templi: & dedicauerút illud mése. 12
qui apud latinos martius dicitur. 23. die mé
sis. Et celebrauerút pascha sm legé domini.
De arca uero quomodo receperunt eam incer
tum est. Sed si uerum é qd epiphani⁹ dicit eá
usq; ad iudicii diem nó egressurá de latibu
lo petre: in qua eá hieremias abscondit: ut di
ctum é supra in legenda hieremie prophete
cal. maii: certú est q iudei instar prioris edi
ficauerunt alterá. Nam iter manubias quas
tulerút romani de iudea legútur träslata &
arca dñi & candelabrú & mésa. Cópleto ue-
ro tépli edificio zorobabel i hierusalé priei-
patú tenuit iudeorum. Quo feliciter admistra-
to cú patrib⁹ suis i pace dormiuit. et sepult⁹
é in hierusalé iuxta sepulchra regalia. Hec
ex dictis iosephi & hieronymi & ex historia
scholastica: necnó ex chronicis guilelmi.

¶ De scó iesu sacerdote. LXXXXI.

Iesus filius iosedec sacerdos iu-
deorum de genere aaró ex tribu le-
ui tpe quo supra i iudea claruit.
Hic eni anno primo cyri regis psa-
rú cú zorobabel duce & iudeorum
populo de chaldea egress⁹ i iudeá uenit. Et
reedificatiói atq; cósumatiói tépli dñi pfuit
& pseuerauit usq; ad annú. 7. darii hydaspis
regis psarum. Téplú etiá renouatú ipe uti sum
mus sacerdos dedicauit. Et officiú sacerdo
tale sm legis mádata administrauit. Et hic i
pace qesceés i hierusalé tumulatus fuit. Qui
& ecclesiastici. 49. ca. una cú precedente scó
in catalogo scórum patrú cónumerat⁹ legif: &
zacharie. 2. ca. multipliciter de scitate cómé-
datur. Quos duos scós esdre sacerdoti iecir
co premisi: qa dies obit⁹ ipsorum certos repire
nó ualui. Ná & eum esdrá modico tpe pcef-
ferunt: cuius dies festiuitatis imediate subil
citur. Hec unde supra.

¶ De scó esdra sacerdote. LXXXXII.

Esdras sacerdos aaronita d tribu
leui tá a iosepho q̃ a beato hiero
nymo i scórum patrum prisci tpris nu
mero colligit. Cui⁹ isignia opa i
eius libris recolút. Hic sub arta
xerxe rege psarum claruit: q in chaldea legem
moysi a chaldeis fuerésam q̃ memoriter didi
cerat repauit. Nouos quoq; apices lrarum qui
faciliores ad scribédú & pnúciádú fierét ex
cogitauit. Et pp hoc scriba uelox dict⁹ est.
Addidit etiá quedá i ueteri testaméto de suo
sicut titulos psalmorum & pla que i pentateu-
cho legút. Sic quoq; itelligédú é ipm qdá
supflua subtraxisse. Tradút etiá qdá modú
scribédi a dextera i sinistrá eum iudeis tradi
disse: cú pri⁹ ad modú aratiuú scripsitarét:
unde & scriptura exaratio solet dici. Scribe
bát eni a sinistro cornu i dextrú & a dextro
redeúdo scribebát i sinistrú. ¶ Esdras autè
inuenit gfam i oculis artaxerxis regis psarum: &
ipetrauit ab eo licétiá ascédédi i hierusalé:
ut i lege quá repauerat populú suú erudi-
ret. Tradidit ergo ei rex epistolam ad suos
pricipes träsumé: ut traderét esdre necessa
ria: mistros uero tépli ab oi uectigali & tri
buto absoluit. Dedit aút esdre potestaté a-
mouédi & cóstituédi iudices transflumé sm
sapiétiá suá: & puniédi cótuaces & fuerút cú
eo. 1700 uiri & uenerút i hierusalé mése qn
to. Et siluerút trib⁹ dieb⁹. Quarto uero die
obtulerút que secú attulerát in domo dñi.
Túc adiurauit esdras sacerdotes principes
& leuitas ut pricerét uniuersas mulieres a-
lienigenas: & eos q de eis nati erant: ná plres
filiab⁹ alienigenarum se copulauerát. Fuit aút
esdras eruditissimus legis diuine & clarus
magister omnium iudeorum qui de captiui
tate regressi fuerant: ut dicit iosephus.

¶ Primo aũt die scenophegiarũ que celebrãtur mẽse septimo: legit esdras corã oĩ populo librũ legis dñi iuxta portam aquarum de mane usq̃ ad mediã diem. Secunda uero die iuxta p̃ceptum legis tollẽtes arborũ frondes celebrarunt festũ tabernaculorũ. 7. diebus. Die uero octaua fecerunt collectam quoad oleũ & pães p̃positos & ligna ad sacrificia. Post hec iuxta legem separauerũt alienigenas ab ecclesia & in crastinũ in emũdationem se inmauerunt: iuxta quod esdras illis mandauit. Cõuenerunt octies ad audiendã legem quater uidelicet in die: & quater in nocte: & lectione terminata populus sternebat̃ ad orandũ: & fiebant p̃ces sup eũ: & tandem benedictio sacerdotalis. ¶ Correxit aũt esdras populum: & erudiuit in lege dñi omnibꝰ diebus quoad uixit: & officiũ sacerdotale strenue ministrauit: eiq̃ populus in cũctis obediens fuit. Et mortuus esdras i senectute ueneranda: & sepultus in hierusalẽ. 3. idꝰ iulii. Sunt quidam iudeorũ autumant fuisse malachiam: sed male. Nã malachias post regressum captiuitatis natus est in iudea: ut dicit hieronymus. Hec ex libro esdre: & ex dictis iosephi hieronymi & historie scholastice: nec non ex chronica guilelmi.

¶ De sancto neemia propheta. XCIII

NEemias p̃pheta filius helchie: q̃ etiã inter sanctos patres ueteris legis ecclesiastici. 49. ꝯnumerat̃ tẽpore regis artaxerxis predicti in iudea claruit: & esdre ꝯtẽporaneꝰ fuit. Cũ enim esset pincerna regis i susis castro medorũ: & uidisset peregrinos hebraice loquẽtes: sciscitatꝰ ẽ ab eis de statu iudee & hierusalẽ: & accepit ab eis urbẽ esse sine muris & habitare in ea populũ dei in afflictione. Nam p diẽ substinebant impetum hostiũ & noctibꝰ intrabant latrũculi: & plateas implebãt cadaueribꝰ occisorũ. Et fleuit neemias: & cibũ nõ comedit. Cũ regi uinũ in mẽsa leuaret: apparuit q̃si languidꝰ ante eũ. Et cum ipm rex tristitie interrogasset: ille q̃ sibi audita exposuisset: obtinuit a rege: ut mitteret̃ hierusalẽ ad muros edificandos: cõstitutoq̃ ei reuertẽdi tẽpore: dedit ei rex epistolã ad principes transflumen: in qua mãdauit de honore neemie exhibendo tãq̃ duci & legato de latere: & de ipendiis urbis reedificãde: & misit eũ eo principes & equites plures. ¶ Anno igit̃ uigesimo q̃nto artaxerxis uenit neemias in hierusalẽ cũ magno comitatu: reducens secũ multos de filiis captiuitatis: dũ transitũ faceret p babyloniã. Et siluit neemias tribꝰ diebus: q̃rta uero die ꝯuocata multitudine allocutus est eos: & exhortatus ad opꝰ. Et edificantibꝰ ipsis ꝯsumatũ est opus p annos duos & mẽses q̃ttuor: licet in magna angustia & pluribus impedimentis. Primo eni finitime nationes i manu forti aggrediebant̃ eos. Neemias uero mediã partẽ populi armatã statuit extra ciuitatẽ: ut substinerent imperꝰ aggredientiũ: alia autẽ media pars edificabat. Secundo etiã orta est fames in terra: & obligauit se populus tributis sub usuris: sed agros & uineas uẽdere cõpulsi sunt: tandẽ etiam filios & filias. Tertiũ autẽ impedimentũ fuit: q̃ principes transflumen iudeis inuidẽtes: corruperunt muneribus quosdã de seniouibꝰ: ut neemiã occiderent. Quod eũ nequirent: uariis eũ terrebãt rumoribꝰ: ut sic ab ope cessarent. Tandẽ aũt nõ p̃ualuerũt aduersus eũ: quia manus dñi erat cũ eo. Postq̃ autẽ edificatꝰ est murꝰ: q̃ rari erant habitãtes in hierusalẽ: p̃cepit neemias: ut clauderent̃ porte ante solis occasũ: nec ante ortũ apirent̃. ¶ Cũ aũt mẽsis. 7. immineret: q̃ fere totus apud iudeos solẽnis ẽ: ꝯuenerunt oẽs iudei in hierusalẽ quasi uir unus. Cũq̃ accepisset neemias: q̃ non haberent ignẽ de sublimi: traditũq̃ esset ei a senioribus: q̃ hieremias p̃pheta tpe captiuitatis hierusalẽ abscondisset stipites altaris & prunas in inferioribꝰ terre i ualle iosaphat: iuit ad locũ: & eruderato puteo inuenerunt stipites & prunas atq̃ aquam crassam: tollẽtesq̃ ea super struem lignorũ: & hostias que erant super altare: p̃iecerunt: & statim erupit ignis. Orabant enim sacerdotes: ionatha incohante: ceterisq̃ respondẽtibus: neemias quoq̃ specialem edidit orationẽ. ¶ Deinde neemias & esdras cum populo processerũt ad dedicationẽ murorum. Quibus omnibꝰ rite peractis neemias reuersus est ad dñm suum regem persarũ anno. 32. regni eius. Et post longam etatem apud persidem dormiuit in pace. Sepultus iuxta sepulchra regalia. Hec ex libro neemie: & . 2. macha. 2. capitulo: & ex aliis uoluminibus quibus supra. Hic neemias quia dies dormitiõis eiꝰ necubi reperitur: esdre eius cõtẽporaneo merito copulatur.

¶ De sancto sila discipulo. XCIIII



SIlas discipulꝰ de. 72. unꝰ: ut plurimi asseuerant: unus fuit ex primis fratribus: & ut dr̃ actuũ. 15. ab apostolis dñi cũ barnaba & iuda ad ecclesias gentiũ destinatus. Cũ autẽ paulus a barnaba diuisus eẽt: idem silas ab apostolo in ministeriũ assũptꝰ p̃dicationis officiũ gr̃a dñi plenus instãter ꝯsumauit: atq̃ in passionibus suis xp̃m glorificans: postmodũ apud macedoniã requieuit. 3. idꝰ iulii. Hic eni ep̃s corinthiorũ ab apostolo ꝯstitutus fuit: qui & siluanus fuisse a quibusdã fert̃: sed falsum est: q̃ ille thessalonice: hic macedonie quiescit.

¶ De scō anacleto papa & mrē. LXXXXV.

ANaclet⁹ papa & martyr natione grecus de athenis ex patre antiocho clementi primo romano pōtifici in epatu successit: & sedit annos. 9. mēses. 2. dies. x. De isto tacet eusebius in chronicis: & dicit ꝙ anaclet⁹ ipse est qui & cletus. Sed damasus papa in chronicis romanoꝝ pōtificū quas scribit hieronymo: ponit eos diuersos & dicit ꝙ cletus fuit natione romanus: Anaclet⁹ natione grecus. Hic memoriam beati petri apostoli cōposuit & cōstruxit: fecit & alia loca ubi epi recondeterentur sepulture. ¶ Hic a beato petro adhuc uiuente presbyter ordinatus est. Hic ↄstituit ut clericus nec comā nec barbā nutriat. Cōstituit etiam ut non minus q̄ a tribus epis ordinaretur eps: & ut ordinationes clericorū palā fierēt pn̄te plebe: & ut inimici uel suspecti nō possint accusare presbyterum. Hic etiā pōtifex omnes fideles monuit per epistolā: ut presbyteri pre ceteris honorentur: dicens ꝙ deo sacrificantes non debēt uexari: sed portari: atq; ab omnib⁹ honorari & ꝙ presbyteri qn̄ sacrificant secū testes habeat maxime epi: ut deo pfecte sacrificare ꝓbentur. Hic fecit ordinationes duas per mēsem decēbriū: presbyteros quinq;: diaconos tres: epos per diuersa loca numero. 6. Qui sub nerua imꝑatore martyrio coronat̄. Et sepultus est iuxta corpus beati petri in uaticano. 3. idus iulii. Et cessauit epat⁹ dies. 13.

¶ De sancto eugenio episcopo & sociis martyribus. LXXXXVI

EVgenius eps carthagineñ cum aliis pluribus: ut in ꝫo historie aphricane uictor aphricanus dicit sub hunerico rege uandaloꝝ arriano passus est. Hic hunericus ad istantiam zenonis imperatoris & placide auguste ecclesie carthagineñ: que p annos. 24. epo uacauerat: ↄcessit: ut sibi catholicum epm ordinaret: unde & tunc eugenius electus est. Qui cū in ecclesia predicaret: & ab arrianis ꝓhiberi non posset. Hunericus rex in ecclesie loribus uiros statuit: q omnes catholicos ad ecclesiam accedētes palis i crinibus tactatis & ↄtortis cutē cuꝫ capillis abstrahebant. Quoꝝ aliqui oculos amiserunt: aliqui in ipo dolore defecerunt. Inde ꝑsecutione aggrauata diriguntur catholici ad cāpum uticensium: ut cespites mestiuꝫ desiccarent: quatenus sub ardore solis deficerent. Qui magis in xpo iocūdabātur. Nā & quidā manū habens aridā ibidē missus ad opera sanatus est: & cum aliis opabat̄. ¶ Post hec hunericus catholicos diuersis ꝑsequens penis. ✠ Iocūdum epm cū pluribus eius clericis flāmis excussit: ✠ uxoreꝫ theodorici fratris sui & ✠ get sericum nepotē suū occasione ꝑpetra pemit. Inde omnes milites catholicos militia soluit: & domib⁹ eorū diruptis ac substantiis ↄfiscatis in insulis sardinie & sicilie eos relegauit. Episcopoꝝ defunctoruꝫ bona fisco adiecit: nec aliquos ordinare permittebat nisi grauē sibi sūmā exoluerēt: uirgines sacras nudatas: & per plateas tractas diuersis penis ignis ferri & uerbeꝝ attrectabat. Epos ꝑsbyteros & clericos. 497. ad exilium eremi destinauit: iter quos erant senes & decrepiti: & felix eps abritan⁹ hn̄s in epatu ānos. 44. palysi ꝑcussus. Eugenio autem in exilium ↄstituto mandatū ē: ut cum omni suo clero carthaginē ueniret de fide sua cuꝫ arrianis disputaturus: ut inde ↄtra euꝫ occasionem haberēt. Qui ueniēs cum nutu dei sapienter hereticos ↄfutasset ecclesie catholice p omnē aphricā claudūtur: epoꝝ catholicoꝝ substātie arrianis traduntur: & oēs catholici nudi urbib⁹ excludunt̄: nudiq; sub aere iacere dimittunt̄. Inde equis uelocissimis sine freno uel sella plures supmittūt̄: ut equis discurrētib⁹ mactarētur. Post hec iurare ↄpulsi fidelitatē filio hunerici: qui iurare noluerunt corsicā relegantur ad ligna pro nauibus incidēda: qui uero iurauerunt redarguti: ꝙ ↄtra textum euāgelii iurassent: ad diuersos agros colendos deputati sunt. Sanctus aūt eugenius cū uniuerso clero suo qui erant amplius q̄. 500. inter quos q̄plurimi erāt lectores ifantili eede & inedia macerati exilio depelluntur: ibidē in pace uitam martyrio ↄsumantes. Regnauit aūt scleratus hunericus annos. 7. mēses. x. & post hec ebulliēs uermib⁹ ifeliciter expirauit. Festū aūt eugenii & socioꝝ recolitur. 3. idus iulii. Hec aphricanus.

¶ De sancto henrico imperatore primo & ↄfessore. LXXXXVII.

HEnricus imꝑator primus ꝯs aūt rex romanoꝝ: fuit prio dux moricoꝝ. Qui imꝑauit annis. 23. & mensib⁹. 5. & uacauit imꝑium annos. 2. Hic uxorē eūgundē nunq̄ cognouit: sed una secum uirgo permansit. Quodam uero tēpore instigāte diabolo de quodā milite ipsam suspectā habēs super cādentes uomeres. 15. pedum uia nudis plantis illam incedere ↄpulit. Cui cū se dn̄o ↄmendasset: uox de celo sonuit: ꝙ uirgo maria ipsam uirginē liberaret. Totā igitur cadentem massam illesa ꝑcurrit: & sic suspitio cessauit. Hic imꝑator cū adhuc eēt dux uisionē hūit: ꝙ ad sepulchꝝ sci uolfgāgi ratisponeñ oraret: & i ꝑiete scriptū uideret hoc solum uerbum: post sex. Quod ex hoc cogitans se post dies sex morituꝝ: ipis trāsactis. vi. hebdomadas: deinde. vi. menses: deinde. 6. ānos

cõputans mortẽ sĩ ĩfallibiliter expectabat. Sexto igit̃ anno circa finẽ dũ mortẽ p̃stolat̃ imparor eligit̃: qui se totũ diũe cultui dedicans: ecclesias repat nouas edificat & dotat: & p̃cipue bamburgeñ ecclesiã cathedralẽ. Orãnõis gr̃a uisitat monasteriũ casſinenses dũ uno calculi laboraret. Cui scũs benedictus appens ipñi a calculo liberauit. sed i signuʒ miraculi characterem manere pmisit. ¶ Hic scũs imparor sororem suã in ɔiugiũ tradidit stephano ungarie regi: ex hoc ipsũ & regnũ ad fidem ɔuertẽs: Qui ad extrema deueniens: uxorẽ cungundẽ uirginẽ parentibus resignauit. Et dormiuit in pace pridie id⁹ iulii ãno regni sui. 24. uite uero sue. 52. ãno aũt gr̃e. 1024. ✝ Vxor aũt eius in scõ p posito p̃seuerauit: & ambo piter in bamburgeñ ecclesia sepulti sunt miraculis clarẽtes. ¶ Fert̃ quoq; q̃ cũ obiisset scũs henricus: multitudo demonũ ante cellam cuiusdã eremite transibat: qui apta fenestra interrogauit ultimũ qd nam eẽt. Cui ille r̃ndit: q̃ legio demonũ erat: qui ad mortẽ cesaris ɔperabant: si forte aliqd pprium in eo inuenire possent: adiurat̃ quoq;: ut ad se redeat. Qui rediens dixit: q̃ nihil p̃fecerat: qa dum falsa uxoris suspitio: & alia bona & mala i libra fuissent posita: aduſt⁹ ille laurentius ollam aureã imensi ponderis attulit: & cũ demões supasse iam uiderent̃: illa iactata psaltra libre maxĩe ponderauit. Sicq; demon ille iratus: unã aurẽ olle ẽruperat. Ollã calicẽ uocabat: quẽ dict⁹ cesar ecclesie eiusteñ in honorem scĩ laurẽtii fieri fecerat: cui ppter magnitudinem due aures inerant. Repertum ẽ autem & tunc imperatorem migrasse: & aurem unã calicis fractam esse.

¶ De scõ phoca epõ & mr̃e. XCVIII

PHocas eps & martyr passus est i ponto ciuitate sub traiano impatore. Hic primũ artẽ gubernatoriam exercuit: deinde diuĩa dispositiõe ad ep̃atuʒ sinopis ciuitatis ɔuenit. Cũq; traianus impator in partib⁹ armenie xp̃ianos p̃sequeret̃: Aphricanus ei⁹ p̃fect⁹ phocam ep̃m in urbe põto degentẽ detineri fecit: sibiq; presentari. Quẽ cũ multis exhortatiõibus ad deoꝝ sacrificia iussasset. Phocas eps lõga uerboꝝ disceptatiõe aphricanum ɔfundebat: & deos gẽtiũ demones affirmabat. Cũ aũt prefect⁹ ei supplicia diuersa cõminaret̃: orante scõ immẽsus imber effusus est: terraq; ɔcussa: grando: fulgura: ac tonitrua terribiliter irrupunt. Aphrican⁹ nimio terrore pterritus spiritũ exhalans mortuus cecidit. Xp̃iani aũt assistentes ingentem lucẽ de celo fulgentẽ cernũt: & angelos tres igneos scĩ epĩ lateri assistẽtes: ip̃mq; exhortãtes: & exĩde celos aduolãtes. Quib⁹ miraculis therentina uxor p̃fecti cũ filiis. 5. phoce pedib⁹ aduoluta ueniã ac uitã uiro exanimi supplicabat. Qui orone p̃missa aphricanuʒ suscitauit: & eum oĩ familia ad xp̃m ɔuertit: que cũ traian⁹ impator audisset: phocã cõp̃hensum exhortabat̃: ut diis imolaret. Phocas aũt petiit sibi ipsos deos ostẽdi. Sed cuʒ impator ip̃m ad tẽplũ introduxisset. Sanct⁹ martyr nõ solũ rõn b⁹: sed expimento ipsos nõ deos sed simulacra insensibilia cõprobabauit: ppter quod indignat⁹ traian⁹: ip̃m in ligno suspẽdi fecit & torqueri: atq; ungulis ferreis usq; ad nudationẽ ossiũ lacerari: quẽ orantẽ uox celica ɔfortauit. Impator audita uoce ptimuit: phocãq; i carcerẽ trudi fecit: & cẽturionẽ noĩe crispinũ cũ mille militib⁹ ad custodiã ei⁹ adhibuit. Orãte uero scõ media nocte lux ingẽs de celo refulsit: & ianue carceris patefacte sunt. Quod cũ uidisset cẽturio & milites mille ɔuersi sũt ad christũ. Phocas uero ipsos extra muros ad litt⁹ maris adduxit: eosq; oẽs baptizauit: dehinc ad carcerẽ rediit. Die uero sequẽti traian⁹ ip̃m eductum & neptuno deo marino sacrificare renuẽtẽ: i caminũ ignis ardẽtis ĩmitti iussit: in quo p tres horas sine ulla lesione pdurauit: indeq; oĩno inust⁹ exiuit: quem impator in thermis ante triduũ accensis intromitti fecit: ubi cũ orasset ad dñm: spiritũ emisit: corpus uero intactũ a calore pmãsit: quod etiã nimio odore fragrabat. Balnee uero q̃si glaciali rigore ɔgelate sũt. quo dũ traian⁹ itrasset: & huiusmõi miracula uidisset: stupefcũs admodũ exiuit. Cui in thermaꝝ ianua sãct⁹ phocas lucid⁹ appuit: eiq; p̃dixit: q̃ post triduũ moritur⁹ esset: & ad inferna descẽderet. Statimq; traian⁹ febriũ calore uexatus: post triduum: ut phocas ei p̃dixerat: expirauit. Corp⁹ aũt scĩ martyris in galliã ciuitatẽ armenie delatum: ubidemq; sepultum est: qui passus est pridie idus iulii.

¶ De diuisione. xii. apostoloꝝ. XCIX

DIuisio apostoloꝝ ad p̃dicandum idib⁹ iulii celebrat̃: quia eo die duodecio ãno post ascẽsionẽ domini ad euangelizandũ uerbum dei per mundũ diuisi asserũtur: ut impleret̃ oraculũ psalmiste dauid: quia in oẽm terrã exiuit sonus coꝝ ₵c. ¶ Nam oriens cessit thome & bartholomeo. Meridies simoni & mattheo. Aqlo philippo & tadeo. Mediũ mundi matthie & iacobo iusto. Mediterranei maris ɔuincie ioanni & andree. Occidentis regna petro & iacobo zebedei. Totus mundus paulo apostolo datus est: s̃m qd̃ in eius collecta ecclesia asserit dicẽs: Deus qui uniuersum mundũ btĩ pauli apostoli p̃dicatione docuisti ₵c. Et cantat̃ i hoc festo in missa epistola Corde enim creditur

ad iustitiā.ro.x. Et euangeliū. Euntes ī mūdum uniuersum. Mar. ultimo cap. que solēnitati maxime conueniunt.

¶ De sctis septuagintaduob⁹ discipulis. C.

Septuagintaduo discipuli xpi ad instar .72. linguarꝫ ab ipso electi post ascēsionē dñi ad predicādū uerbū dei & ipsi p singulas q̄sq; orbis terre puincias & ciuitates diuisi sunt: & multarꝫ urbiū epat⁹ tenuerūt. Quorꝫ noia hec sūt. ¶ Lucas euāgelista: de quo grec⁹ expositor uisibiliter inqt: & uerbotenus xpm adit. Cūq; ueritatē agnosceret uerus efficit̄ xpi discipulus: plurimū eū magistro ɔmoratus. ¶ Cleophas: de quo luc. 28. fit mētio. Hi.n. duo ibāt ī emaus: ut inuit gregogri⁹ ī pfatiōe moraliū: & ita dicit theophil⁹. Ambrosi⁹ uero dicit aliū fuisse. ¶ Barnabas cui⁹ paul⁹ ī plurimis meminit & legitur ī actib⁹ apostolorꝫ ī multis locis. ¶ Matthias q pro iuda apostolorꝫ numero surrogatus ē: ut dicit̄ act.1. ¶ Tadeus qui ad abagarꝫ missus ē. Nō eni hic fuit ille q & iudas dicit̄ frater simōis apostoli: sed ali⁹. Hos q̄tuor ponit eusebius prio li.ca.15. Sequētes uero pōit abbas dorotheus. Quorꝫ noia hec sunt. ¶ Ananias q paulum baptizauit act.9. & fuit postea epus damasci. ¶ Stephan⁹ protomartyr q primus fuit inter .7. diacones. ¶ Philippus un⁹ ex .7. diaconib⁹ q simonē & eunuchū baptizauit: & fuit eps in thracia scythie. ¶ Procor⁹ un⁹ ex .7. eps nicomedie bithynie. ¶ Nicanor uo⁹ ex .7. q eadem die cum aliis duob⁹ mortuus ē: qua & ꝓtomartyr stephanus. ¶ Parmenas unus ex .7. qui dormit ī nisibi. ¶ Nicolaus unus ex .7. fuit episcop⁹ samarie: sed apostatauit heretic⁹ factus: a quo & secta nicolaitarꝫ quos ioannes apoc.2. redarguit. ¶ Simon un⁹ ex .7. q fuit eps tyri & sidonis. De his oib⁹ habet̄ act.6. ¶ Titus in creta eps fuit: ibiq; predicans sepult⁹ ē. De hoc sepi⁹ apostolus mētionē facit: & huic specialē eplaꝫ dirigit. ¶ Siluan⁹ cū paulo perdicauit: eps thessalonice ibiq; dormit: de quo pria thessal. prio.c. ¶ Chryfches eps chalcedonie: q in cali factus est. ¶ Epheneus de quo ro.16. eps carthagini factus ē. ¶ Andronicus de quo ro.16. eps pannonie factus ē. ¶ Ampliat⁹ de quo ubi supra eps edesse factus ē. ¶ Vrbanus de quo ibidē eps macedonie fuit. ¶ Stateus de quo ibidē quē andreas apud pōtū mare nauigās ī argicapoli thracie epm ɔstituit. ¶ Appelles de quo ro.16. eps eradie factus ē. ¶ Philet⁹ uel philegus eps ephesi: sapuit ea que simonis magi & restituit apostolo: ut habet̄ 2a timothei.2. ¶ Hermogenes eps megare fcūs est similis precedenti: de his 2a timoth.4. ¶ Demas de quo ibidem dicit̄: qui apostatauit & sacerdos idolorꝫ ī thessalonica fcūs ē. De his pria ioānis prio. Ex nobis ꝓdierūt: sed non erāt ex nobis. ¶ Ampleius eps smyrne fuit ante policarpū cui⁹ apostol⁹ meminit ī epistola ad romanos. ¶ Aristobol⁹ de quo ro.16. bethanie eps fuit. ¶ Tarcissus de quo ibidem: q & athenarꝫ eps fuit. ¶ Eradius qui eps eparre fuit: de quo ubi supra. ¶ Cicis q apud galliam predicauit. ¶ Agabus de quo act.13. q prophetico charismate dign⁹ fuit. ¶ Rufus uel ruferi⁹: de quo ro.16. q & thebarꝫ eps fuit. ¶ Asyncrit⁹ de quo ro.16. qui hyrcanie eps fuit. ¶ Phlegōtas de quo ibidem: q & machatiōis eps fuit. ¶ Patrobas de quo ibidē: q eps pelorꝫ fuit. ¶ Hermes de quo ibidē: q philopoles eps fuit. ¶ Linus q fuit post beatū petrū rome eps: de quo 2a timoth.4. ¶ Caius q ephesi eps fuit de quo ro.16. ¶ Philolog⁹ q ab andrea eps sinopis factus ē: de quo ro.16. ¶ Liphasus q rome simul cū paulo uictus: & post ei⁹ martyriū decollat⁹ est. ¶ Luci⁹ de quo ubi supra: qui eps laodicie que est in syria fuit. ¶ Iason de quo ibidē: q & eps tarsi fcūs ē. Sosipater ut dicit dorotheus eps iconii fuit: sed origenes in pria glosa dicit: q prim⁹ eps thessalonice fuit traditiōe maiorꝫ: de quo ro.16. ¶ Terti⁹ qui scripsit eplaꝫ ad romāos dictāte apostolo: de quo ro.16. & eps iconii fuit. ¶ Erastes de quo ro.16. & 2a timoth.4. & act.19. episcopus meaidi fuit post hierosolymorum dispsionē. ¶ Quartus de quo ro.16. eps fuit beruthi. ¶ Apollo de quo pria cor. prio qui eps cōnie fuit. ¶ Sosthenes de quo pria cor. prio q & colophonie fuit eps. ¶ Epaphroditus andriace eps fuit: de quo phi.4. ¶ Tieicus de quo col.4. qui colophonie epi fuit. ¶ Cesar de quo phi.4. qui & dirrhachii eps fuit. ¶ Marcus barnabe cōsobrinus: qui de duabus sororib⁹ nati sunt: ut dicit glo. col.4. & de hoc ibi in textu mentio fit: eps fuit apolinadis. ¶ Iesus qui dicebatur iustus de quo .4. libro ecclesiastice historie clentipoleos eps fuit. ¶ Antonias de quo timoth.5. qui & lysine eps fuit. ¶ Clemēs de quo phi.4. primus ex gētibus credens: eps sardiceū. postmodū pontifex romanus. ¶ Onesimus de quo pria timoth. prio: qui & coronis eps fuit. ¶ Carpus de quo pria timoth.4. qui & beronie que ē in thracia eps fuit. ¶ Enodius qui post petrū apostolū antiochie eps fuit. ¶ Aristarch⁹ de quo col.4. & act.20. q apamie eps fuit. ¶ Marcus q & ioānes: de quo act.15. & 2a timoth.4. & ad philemonē: qui & bibli episcop⁹ fuit. ¶ Zimas uel zenas: de quo timoth.3. qui nomic⁹ .i. legista: uel legis pit⁹ dict⁹ est: & diospoleos episcopus fuit. ¶ Philemon ad quē apostol⁹ scripsit epistolā: q & gaze episcopus fuit. ¶ Aristar

ehus alter de quo ad philemonē. ¶ Pudens de quo ꝑa timo.4. ¶ Trophinꝰ de quo ibidē. Hi tres in oībus ꝑsecutionibꝰ apostoli cōpatiētes: in fine rome post eum decollati sunt. ¶ Marcus euangelista q in roma euangeliū ex ore petri scripsit. ¶ Candacis eunuchus regine ethiopū: de quo actuū.8. in arabia & eudemone ꝑdicauit: & in ꝓbari īsula: que ē i mari rubro: sermo bēt: q̄ ibi martyrizatꝰ ē. Hec beatꝰ dorotheꝰ existens rome: in monumentis dereliquit i lingua romana: & translata sunt i grecū: ut eēnt oībꝰ manifesta. Verū frater uincentiꝰ dicit: q̄ ex numero.72. fuerē sci sauinus: potentianꝰ: altiminus: maximinꝰ & ioannes senior: ut scribit policarpꝰ. ¶ In martylogio quoq; ponit Aristron: cuiꝰ festū agit.8.cal. martii. ¶ Rufus & zozimꝰ: quorum festū agit.15.calē. ianuarii. ¶ Priscus: cuiꝰ festū agit calē. septēbr. ¶ Iuseph: q cognominatus est iustꝰ: q cū matthia sortitꝰ ē: actuū prio: cuiꝰ festū agit.15. calē. augusti. ¶ Nason antiquus xp̄i discipulus.3. idꝰ iulii ¶ Silat eps corinthi.4. idꝰ iulii: q & inuit eē siluanus: sed falsum est: qa ille thessalonice hic macedonie quiescit. ¶ Euphrates.14. calen. augusti: de quo colosc.4. & ad philem. ¶ Martialis lemouiceñ & sidoniꝰ uel cedonius: q fuit cecꝰ natus: q sepultus ē cū maximino. ¶ Et lazarꝰ qui fuit epus massilie: fuit de xp̄i discipulis. ¶ Et scūs ursinꝰ: q dr̄ fuisse nathanahel: quē xp̄s ꝯmendat ioānis priu qui missus est bituricas. ¶ Et scūs iulianus qui dr̄ fuisse simon leprosus: q & cenomāis ꝑdicauit. Sed ut scribit euangelista: ubi supra. cap.15. plures q̄.72. discipulos xp̄i iueniesi si obꝰues ea que paulꝰ scribit pria cor.15. dūz appuisse pluīq̄ ꝗngētis fribꝰ simł &c.

¶ De sanctis quirico & iulita eiꝰ matre martyribus. CI

Q Viricus puer & iulita eiꝰ mater apud tarsum cilicie passi sūr sub alexandro impatore. Fuit eni iulita illustris matrona de iconio ciuitate hisaurie: que ꝑsecutores declinare cupiens in tarsū cilicie cum puero suo quirico: q trinꝰ erat annoꝝ uenit: ubi detenta alexandro ꝑsentat filium gestans in ulnis: quā due famule sue uidentes fugerūt: & eam ꝑtinꝰ reliquerunt. Impator ergo puerum in ulnis cepit: & matrem sacrificare nolentē crudis neruis flagellari precepit. Puer autē matrem flagellari ꝯspiciens amare flebat. Alexander uero pueꝝ sup genua tenens osculis & blanditiis demulcebat. Infans aūt ad matrem respiciebat: & impatoris oscula abhorrebat: & caput cū indignatiōe auertens uultum eius ungulis laniabat: seq; xp̄ianum uoce quā poterat asserebat: tādem diu reluctans principem in scapulis momordit: tunc ille indignatus & dolore cruciatꝰ: quiricum ab alto p gradꝰ precipitauit: ut etiam tribunali tenellum cerebꝝ adhereret. Iulita uero filium suū ad regnum ꝑcessisse uidens: deo grās egit: que postmodum ab impatore iussa est excoriari: & bulliente pice perfūdi: ac demū capite truncari. Quoꝝ amboꝝ corpora alexander mēbratim cedi fecit: & membra dispergi mādauit: ne a xp̄ianis sepelirentur: sed tamē ab angelo sunt collecta: & nocte a xp̄ianis sepulta. Quoꝝ exemplo.44. gentiles ad xp̄m ꝯuersi: & ab alexandro detenti post mēses.x. martyrio coronati sunt: de qbꝰ supra dictū ē pridie nonī iunii. Hoꝝ autē martyrū uidelicet pueri & matris corpora cū pax ecclesie reddita eēt: tēpore constātini magni ab una ancilla eoꝝ: que adhuc superat: reuelantur: & deuotiōe magna a populo reuerenē: qui passi sunt idibꝰ iulii circa annos domini.250.

¶ De sancto iacobo sapiente episcopo & cōfessore. CII

I Acobus cognomēto sapiens nisibine ciuitatis: que nobilis ē urbs persaꝝ eps unus fuit ex numero ꝯfessoꝝ sub maximiano: q in nicena synodo arrianam peruersitatē homousion apparatione dānauerūt: de quo cassiodorꝰ.5. libro historie ptite ponit: q̄ sapor rex persaꝝ antiochiam persaꝝ: que alio noie nisibꝰ dr̄ cum innumeru exercitu obsedit: quā cū diuersis modis obtinere perse nō possent: impetū fluminis migdonii p ciuitatē decurrentis a longe retinuerūt: & ripas excelsiores fecerunt: ut aqua fluuii in se collecta ꝯcresceret. Impletisq; ripis subito quos fecerant aggeres irrūpentes dimiserunt impetum fluminis ꝯtra muꝝ: unde murꝰ ciuitatis uehemēs aque pondꝰ ferre nō ualens: diruptus est. Cūq; sapor rex diem alteꝝ expectaret: ut alueo siccato sine bello ciuitatem intraret: orante iacobo uidit muꝝ de nouo cōstructū & ꝓpugnacula fabricata: uidit etiaꝫ super muꝝ quendā impiali habitu decoratum: quē primo quidēꝫ existimauit imparorē romāoꝝ: suosq; exploratores affligebat: qa eiꝰ aduentum ei nūciare nō cognouerāt. Dum āt nō ip̄m esse didicit: illum sagittare uoluit: sed sagitta in aere fixa permansit. Et cū nec sic a ciuitatis obsidiōe discederet oratione sci ep̄i misit deꝰ scyniphes & culices inumerabiles in exercitū ꝑsaꝝ in modū q̄si nebulaꝝ: que boies & aialia adeo ifestarūt: q̄ exercitum inde recedere ꝯpulerūt. Quieuit in pace uir dn̄i idibꝰ iulii tēpore ꝯstantii augusti. ¶ Hic scūs antistes a btō hieronymo in libro de uiris illustribꝰ iccircu omissus fuit: q̄ illo tēpore syre lingue in qua is scripserat cōmentū nō hēbat. Scripsit auteꝫ

libros plures: uidelicet de fide ꝯtra oēs hereses. De charitate generali. De ieiunio. De oratiōe De dilectione erga proximū specialiter. De resurrectiōe. De uita post mortem. De humilitate. De patiētia. De satisfactione. De uirginitate. De sensu aīe. De circūcisiōe. De azymo benedicēdo ꝓ quo in isaia legit. Non exterminabit botrus. De xp̄o ꝙ filius dei sit & ꝯsubstātialis patri. De castitate aduersus gētes. De ꝯstructiōe tabernaculi. De gentiū ꝯuersione. De regno persaꝝ. De persecutione xp̄ianoꝝ. Hec gennadius libro de illustribus.

¶ De scīs catulino & sociis mrib᷒. CIII

Catulinus diacon᷒ ianuari᷒: & florētius: Iulia: atq; iusta mēses apd̄ carthaginē passi sunt. Qui tpe ꝑsecutiōis xp̄ianoꝝ glorioso martyrio pro xp̄i nōie coronati: positi sunt in basilica fausti in eadē ciuitate idibus iulii. Hec ado ponit.

¶ De scō eustathio ep̄o & martyre. CIIII.

Eustathi᷒ ep̄s & martyr ātiochie syrie claruit. Qui eiusdē ciuitatis ep̄s ob fidē catholicā a ꝯstantio impatore arriano in traianopoli thracie citatē exilio pulsus ibidē requieuit. 17. cal. augusti: ut ī martyrologio colligitur adonis.

¶ De scō hilariano martyre. CV.

Hilarianus monach᷒ & martyr sub iuliano impatore ī ciuitate ostia passus ē. Hic de ciuitate aretii oriūdus eum beato donato ep̄o & mr̄e dudū ꝯuersatus est: & plurima una secū miracula ꝑfecit: ut de eo dicit in passione donati. 7. idus augusti. Post hec in ciuitate ostieñ degēs: gallicanū mr̄em eo dem uenientē suscepit: & ī xp̄i fide ꝯfortauit. Deniq; tētus a quadratiano p̄side in p̄fato oppido: eū sacrificare nollet fustib᷒ cesus martyrium sumpsit. 17. cal. augusti cuius corp᷒ ibidem tumulatū quiescit.

¶ De scō leone papa quarto. CVI.

Leo papa huius nois quartus natiōe roman᷒ ex patre rodulpho sergio pontifici in episcopatu romano successit: & sedit annos. 8. mēses tres dies sex. Hic primum a parētib᷒ ob studia litteraꝝ in monasterio sci martini iuxta ecclesiam scī petri apostoli posit᷒ fuit: ubi ñ solū sciaꝫ sed etiā ꝯuersatione tanq̄ ꝑfectus monachus ꝑfecit. Hunc sergius papa postmodū faciēs p̄sbyterū: titulū scōꝝ q̄ttuor coronatoruꝫ eidem assignauit. Quo sergio mortuo & necdū sepulto oēs romani tā clerus q̄ populus una uoce leonem in sūmū pontificē elegerūt. Qui mox factus pontifex basilicas apostoloꝝ petri & pauli: & alias ecclesias quas pauloante saraceni deuastauerant: honorifice restaurauit. Ecclesiam quoq; de nouo edificauit: que dicit scā maria noua. Carolū ludouici filiū īpatorem coronauit. Hic etiā inuidiose sup quibusdā criminib᷒ accusat᷒: synodū ꝯgregauit: & se iuramēto inoxiū demōstrauit. Cui᷒ etiā tpe alidulphus rex angloꝝ: q pri᷒ totius anglie obtinuit monarchiam: deuotiōis cā uenit romā: & corā leone papa obtulit tributuꝫ scō petro d̄ unaquaq; domo: argēteū nūmū i anno: & hoc tributum usq; hodie perseuerat.

¶ Hic pontifex catholicus multe patientie: multeq; humilitatis diuinaꝝ scripturarum extitit feruēntissim᷒ ꝑscrutator uigilus & orationib᷒ semp itentus. Qui dū normanos a romanoꝝ finibus deturbare satagit: eum multis captus nunq̄ ꝯsensit se sine aliis relaxari. Hic pro neapolitanis i mari ꝯtra saracenos pugnātibus orādo collectā fecit. Deus cui᷒ dextera beatū petrū ambulātē ꝛc. Et postq̄ muros ciuitatis leonine repando ꝑfecerat: apponēdo seras portis fecit & dixit illā collectā. Deus qui beato petro apostolo collatis clauibus ꝛc. Illi aūt saraceni q cū magna multitudine romā uenerant spoliatis ecclesiis dū ī aphricam redeunt in mari submersi sunt. Leo uero papa moritur: & in ecclesia sci petri sepelitur. Cuius festum agitur. 17. cal. augusti. Et cessauit episcopatus dies. 6.

¶ De scō alexio ꝯfessore. CVII.

Alexius fili᷒ euphemiani nobilissimi romani: & in aula īpialis palatii primi tpe archadii & honorii impatoꝝ i urbe claruit. Qui euphemianus. 700. seruos habebat: qui zonis aureis cingebant. Ipse uero misericordie opib᷒ isistebat & in domo sua quotidie tres mēsas paupibus: pegrinis: orphanis & uiduis pabat: quib᷒ refectis ipe ad horā nonā eum uiris religiosis cibum sumebat. Cum autem eidē multa ꝑcum instantia dn̄s alexiū filium ꝯcepisset ex ꝯiuge aglaia noie: ipi ambo deinceps i castitate uiuere statuerunt. Puer autē scūs liberalibus disciplinis infra annos pubertatis plenius eruditus: scūs adolescēs puellam de impiali domo duxit uxorē. Cum autē iuuenis eū puella nocte intra cubiculū inclusus eēt: spōsaꝫ suam cepit in dei timore instruere: ac ipsam ad uirginitatis obseruātiā prouocare. Deinde anulū suum & capud baltei quo cingebatur sibi suanda tradidit: & de substantia sua multū aurum accipiēs: occulte ad mare discessit: & ascēdens nauē laodiciā usq; peruenit. Indeq; in edessam ciuitatē syrie ꝑfectus est: ubi imago xp̄i diuinitus facta i sindone habebat. Quo perueniēs oīa que secum tulerat paupibus tribuit: & uilibus indut᷒ ipe

cũ ceteris pauperibus in atrio sce dei geni-
tricis mēdicare cepit: omia que sibi dabant
ultra quotidianũ uictũ egenis impendens.
Pater uero de filii absentia admodũ ꝯtrista-
tus: missis pueris ad diuersas mundi partes
eũ ubiq̃ ꝑquirebat. Quorũ aliqui dum ad
edessam ciuitatē uenissent ab eo cogniti: sed
ipsm minime cognoscentes: eidem cũ ceteris
pauperib⁹ elemosynas tribuerũt: qui grati-
as deo egit: q a seruis suis elemosynã perce
pisset. Reuersiq̃ pueri nunciauerũt: q ipsm
necubi inuenire potuissent. Quapropter tã pa
rentes q̃ oẽs cognati & affines inconsolabili-
ter tristabant. Sponsa uero cũ socera se per
petuo mãsuram in castitate ꝓmisit: donec de
sponso suo noua ꝑcipere posset. ¶ Cũ ergo
alexius per ãnos 16. in atrio p̄dicto cõmora
tus esset: imago tãdem dei genitricis: que ibi
dem erat: custodi ecclesie iussit: ut uirũ dei
alexium in ecclesiã intromitteret: quoniã di
gnus erat: eũq̃ ei ad oculum ostendit: quem
custos festinus ĩ basilicã introduxit. Quod
factũ dũ cunctis innotesceret: & ab oib⁹ ue-
nerari cepisset: humanã gloriã uir dei fugi-
ens inde recessit: & laodiciam uenit: ibiq̃ na
uem ascendens: cũ ĩ tarsum cilicie ire dispo-
neret: dispensante deo nauis a uentis ĩpulsa ĩ
romanũ portum applicuit: quod cernẽs ale
xius disposuit in animo suo nulli extraneo
onerosus esse: sed in domo paterna incogni-
tus habitare: patrẽ ergo a palatio redeuntẽ
signãsq; se ad primã portam rediit: se existimans somniare. Ingressus tandem cum tremore nimio homines de xp̃o loquentes audiuit: & maiorem stuporem incurrit: nec putabat illam esse ephesiorum ciuitatẽ: & eũ interrogans ipsam esse ephesum intellexisset: a uere se errasse putauit: & ad socios redire cogitauit. Accessit tamẽ ad eos: qui panem uẽdebant: & cum argenteos ꝓtulisset: mirati uẽditores monetam incognitam: dicebant ad inuicem: ꝙ ille iuuenis thesaurũ antiquum inuenisset. ille uero eos ad inuicẽ colloquẽtes uidens putabat: ꝙ ipm̃ ad imperatorem trahere uellent: & territ⁹ rogabat: ut panes & nũmos retinerent: & se dimitterẽt. Qui eum tenentes interrogabant: ubi thesauros imperatorum antiquorũ inuenisset: q nõ inueniebat quid eis diceret pre timore. Misso igitur fune in collo eius per uicos ad medium ciuitatis trahitur: & exiit rumor: ꝙ iuuenis thesauros inuenisset. Cõgregatisq; omnibus ad eum: ipse a nemine cognosci poterat: sed nec ipse circũspiciens aliquem de sua cognatione uidebat: quos ueraciter uiuere putabat: & nullum inueniẽs quasi insanus stabat i medio populi. Quod audientes marinus eps̃ & antipater procõsul: eũ ad se duci iusserunt: & cum ad ecclesiam duceretur: ad decium se trahi existimabat. Episcopus igitur & ꝓconsul mirantes eũ interrogant: ubi thesauros antiquos inuenisset. Qui respondit se nihil inuenisse. sed de sacculo parentum suorũ nũmos illos habuisse. Et interrogatus cuius ciuitatis esset: respondit: ꝙ erat ipsius ciuitatis: si tamẽ illa esset ciuitas ephesina. Et interrogatus de nomine parentum suorum: ut pro ipso testarent̃: cum ipsos nominasset: & nullus eos cognosceret: dicebant eum fingere: ut aliquo modo euadere posset. Dicente ꝙ procõsule: ꝙ pecunia illa parentum suorum esse non poterat: eo ꝙ superscriptio ferre ducentorum ãnorum erat: quo tempore parentes sui fuisse non poterãt: & ꝙ tali mõ sapientes & senes ephesi uolebat deludere. Iussitq; eum tormentis tradi: donec ueritatẽ confiteretur. Tunc malchus procidẽs eos ꝓ deo adiurauit: ut ei dicerent: ubi decius imperator esset. Episcopus uero rñdit: ꝙ tunc non erat in terra: qui decius nominaretur: sʒ ante longum tẽpus fuerat imperator. Malchus uero stupefactus stabat. narrauitq; eis ꝙ furorem decii i monte celio cum socus aufugerat: & quomodo in sero precedenti decius ipsam ciuitatem intrauerat. ut xp̃ianos ꝓsequeretur: si tamẽ ipsa eẽt ciuitas ephesiorũ: & cuius testimonium rogabat: ut secũ irẽt: & socios suos eis ostenderet. ¶ Tunc eps̃ cogitans: ꝙ hec esset diuina uisio: cum proconsule & uniuerso populo ducente eos malcho perrexit ad montem celium: & ingrediẽte prius malcho ad socios inuenit episcopus inter lapides litteras sigillatas duobus sigillis argenteis sanctorum passionem continentes: quas coram omni populo legit: & mirantibus cunctis uiderunt sanctos in specu sedentes: & facies eorum quasi rosas florentes: omnesq; glorificabant deum cernentes corpora ipsorum & uestes incorruptas ac si sola una nocte dormissẽt. Statimq; hec omia theodosio imperatori ꝑ litteras significare curarunt. Qui surgens de loco in quo orabat glorificans deum cõcitus uenit ephesum: ueniẽs quoq; ad speluncam: uidit sãctorum facies sicut sol refulgentes: & procidẽs ante ipsos: ac singulos eorum amplexans fleuit cum gaudio dicens: ꝙ sic eos uidebat: quasi si uideret christum lazarũ de monumento uocantem. Qui respondebant: ꝙ ad hoc deus ipsos suscitauerat: ut crederetur indubitãter resurrectio mortuorũ. Sicut enim infans est in matris utero non sentiens lesionem & uiuit: sic fuerant uiuentes & dormiẽtes & nihil sẽtiẽtes: & his dictis inclinãtes capita sua iterum obdormierunt: quos imperator deosculans super eos fleuit. Et cũ iussisset fieri loculos aureos: in quibus mitterẽtur: in ipsa nocte apparuerunt imꝑatori dicentes: ut sicut hactenus in terra iacuerant: sic eos dimitteret: donec eos dñs iterũ i ultia resurrectiõe suscitaret. Iussit ergo imꝑator locum illum inauratis lapidib⁹ adornari: & oẽs epõs negantes resurrectionem ab episcopatu deponi. Dormierũt ergo sancti martyres prima dormitione. 6. calẽdas augusti. Surrexerunt uero. 3. idus ipsius mẽsis: quo die festum ipsorum solẽni⁹ recolitur: anno domini. 448.

¶ De sancta clara uirgine. LII

Clara uirgo ordinis dominarum pauperum sancti damiani de ciuitate assisi: nobilib⁹ orta parẽtibus ab annis puerilibus christi seruitio mancipata uirginitatem suam domino dedicauit: que a btõ francisco ordinis minorum fundatore edocta: monitis ipsius relicto seculo: die dominico palmarum adhuc iuuẽcula ad ecclesiam in omni uestium suarum ornatu procedens: a summo pontifice innocẽtio tertio palme ramum accepit. die quoq; sequẽti ad beatum franciscum accessit: & apud sanctam mariaʒ de portiuncula ab ip̃o habitum monachalẽ cum humilitate petiit & assumpsit. Deducta ergo ad ecclesiam sancti pauli graui persecutione consanguineorum sibi excitata: ipsa in sancto proposito ꝑseuerans bella omnia triumphauit: deinde a sancto francisco apud ecclesiam sancti damiani inclusa sororum

pauperum ordinem incohauit: & .42. annis i sanctitate & perfectiõe uite perseuerauit. Ieiuniis quoq; & orationibus semp intenta paternam omnem hereditatẽ mõasterus ecclesiis & pauperib⁹ dispensauit. Cuiusq; regulam prefatus papa innocentius cõfirmauit. Miraculis etiam pluribus & insignibus claruit. ¶ Nam semel panem unicum in domo repertum: cum fratribus elemosynã petentibus dimidiauit: reliquãq; medietatem inter 40. sorores diuidi fecit: omnibusq; saturatis plenius abũdauit. ¶ Alias etiaз uas olei uacuum eius oratione repletum inuentum est. ¶ Cũ tempore federici impatoris italiaз deuastantis: saraceni ab eo ꝑducti uallem spoletanã depopulati eẽnt: hi quoq; assisiũ iuasissent: cum ipsa langueret: se in ianua claustri hostibus irruentib⁹ opponi fecit: xpoq; puerulo sibi appente: & liberationẽ loci ac ciuitatis promittẽte: orans infideles illos diuinitus non solum a monasterio effugauit: sed etiam ciuitatem ab eoꝝ euersione saracenis mox per aliam portã quasi in fugã exeũtibus liberauit. ¶ Alias etiã uitalẽ quẽdam de aduersa ciuitatẽ eandem obsidentẽ sua oratione adeo perturbauit: ut dissoluto exercitu: mane sequenti recederet qui p⁹ dies modicos iugulatus est. ¶ Sancta autem uirgo in principio sue conuersionis agnetem germanam postulauit a deo sibi in eodem proposito sociandam: quod & obtinuit. Nam & ipsa post dies. xvi. relinquens mundum religionis habitum suscepit: & in eodem monasterio una secum uirgo permansit: totidẽq; diebus post eius transitũ claram ad celestia secuta est. ¶ Cum aliquando in natale domini ifirma lecto decũberet: matutinali officio in spiritu rapta pñs fuit: xpmq; pueꝝ aspexit oiaq; diuina corporaliter audiuit: & que gesta fuerant rettulit: cũ tñ tanto longe posita esset ꝙ uoces cantantium humanitus audire non potuisset. A sero quoq; cene dominice usq; in sabbatu scõ de mane in extasi assumpta: passionem dominicam in spũ contẽplata: & ad se rediẽs unius fere hore spatio putauerat se dormisse: Sicq; signis & uirtutib⁹ clarẽs p annos. 28. longo castigata lãgore assistente sibi dño gregorio papa. 9. sibi deuotissimo cũ cardinaliũ cetu uirtutib⁹ ꝑdita feliciter migrauit ad xpm pridie id⁹ augusti. Ab eodem pontifice i ecclesia sancti gregorii tumulata: ubi & quiescit miraclis clarens.

¶ De scõ euplo martyre. LIII.

Euplus martyr i ciuitate cataniẽsium temporibus diocletiani & maximiani imperatorum passus est sub caluisiano consulari. Dũ enim idem caluisianus i templo idolorum sacrificaret: & euplus se christianum publice proclamaret tentus est: & quesitus quem deum coleret. Qui cum q̃ttuor euangeliorum codicem quem secum habebat apuisset: & coram eo legisset xpm confitendo ab eodem iudice diutius tortus: deinde cõtra eum dictata sententia decollatus ẽ pridie idus augusti. Sepultusq; est in ipsa ciuitate.

¶ De scã hilaria & sociab⁹ mrib⁹. LIIII.

Hilaria martyr mater scẽ aphre fuit. De qua supra dictum est nonis augusti. Que cum ancillis filie sue: digna: eumenia: & eutropia apud cretaз in ciuitate augusta passa est. He cum corpus predicte aphre mris sepelissent: die sequẽti ad tumulum ei⁹ orantes reperte sunt & comprehense: atq; iudici presentate. Que dum xpm confiterent in monumento de lignis facto incluse sunt: & catenis uincte: ipsoq; tumulo feno & spinis repleto: igne supposito: martyrium compleuerunt pridie idus augusti. Quaruз corpora iuxta aphram martyrem condita sunt.

¶ De sanctis quiriaco & sociis martyribus. LV.

Quiriacus: largus: crescentianus: nemisia: iuliana: leonides: eutychianus: diomeda: chariton: philadelphus: agapes & petrus cũ aliis. xiii. apud eandem ciuitateз augustam in creta passi sunt. Qui omnes p confessione nominis christi decollati martyrium consumauerunt pridie idus augusti. Hec ado ex martylogio hieronymi.

¶ De scis hippolyto & sociis mrib⁹. LVI.

Hippolytus & omnis eius familia utriusq; sexus numero. 19. rome passi sunt sub decio cesare & ualeriano prefecto. Cum enim hippolytus beatum laurentium in custodia haberet sibi a ꝑfecto ualeriano cõmendatum: & uidisset eum manus super oculos cecorum imponentem: & eos illuminantem conuersus est: & eũ omni domo sua baptizatus: ut dictũ est supra i passiõe laurẽtii 4. idus augusti. Postq̃ aũt corpus beati laurentii cũ iustino ꝑsbytero sepelisset: uenit domum: & dans pacem oibus seruis & ancillis suis: oẽs sacramẽto altaris quod iustin⁹ ꝑsbẽ obtulerat cõmunicauit: & posita mẽsa pri⁹ q̃ cibũ sumeret: ueniẽtes milites cum rapuerũt: & ad deciũ adduxerũt. Quẽ deci⁹ iterrogauit: an mag⁹ effect⁹ eẽt: eo ꝙ corp⁹ laurentii abstulisset: illeq; rñdit: se nõ eẽ magũ sed xpianũ. Tũc deci⁹ fecit eũ expoliari habitu xpiano: & os ei⁹ lapidib⁹ tũdi: agens ut sacrificaret: ne p tormẽta sicut laurenti⁹ periret. Cũ autẽ diceret se uelle exẽplũ btĩ mris lau

rentii imitari: iussit eum decius fustibus cedi: & cardis ferreis laniari: & cum tormenta huiusmodi derideret: fecit ipsum uestiri ueste militari: qua ante utebatur: hortans ut amicitiam & militiam pristinam obtineret: cui hippolytus se christo militare dicebat: quē tradidit decius ualeriano prefecto: ut omnes eius facultates acciperet: & tormētis afficeret. ¶ Valerianus autem inuenta omni eius familia christiana omnes sibi exhiberi precepit: & eum ad sacrificia cogerentur: cōcordia nutrix hippolyti pro omnibus respōdit: q̃ optabant cum domino suo magis pudice mori q̃ impudice uiuere. Valerian⁹ autem dicens: q̃ genus seruorum nisi per supplicia non emendatur: iussit eam presente hippolyto tam plumbatis cedi: quousq̃ spiritum emitteret. deinde extra portam tyburtinam hippolytu3 cum omni ei⁹ familia duci fecit: quos cum ipse ad martyrium hortaretur: iussit ualerianus eos omnes in conspectu hippolyti decollari: ipsum uero pedib⁹ ad colla idomitorum equorum ligari fecit: qui sic per cardos & tribulos tractus emisit spiritum. Quorum corpora iustin⁹ presbyter rapuit: & iuxta corpus laurentii in agro uerano sepeliuit. Corpus uero concordie inuenire non poterat: quia fuerat in cloacam proiectum. Miles autē quidam nomine porphyrius credens concordiam aurum & margaritas in uestibus habere: quendam cloacarium nomine ireneum: qui erat occulte christianus aduocauit: & ei secreti⁹ ubi corpus esset intimauit: promissione sibi facta: q̃ aurum uel gemmas repertas eidem concederet: ipse uero corpus haberet. Cumq̃ ei locum indicasset: & extracto corpore nihil inuenisset: porphyrius fugit: & ireneus uocato alio christiano nomine abundio corp⁹ ad iustinum presbyterum detulit: qui illud iuxta corpora hippolyti & aliorum sepeliuit. Passi sunt autem idibus augusti.

¶ De sancto hippolyto epō. LVII

Hippolytus episcopus aphrican⁹ claruit tempore alexandri imperatoris: qui uite sanctitate plen⁹ & doctrine suauitate mellifluus pluria i dei ecclesia opuscula cōdidit: uidelicet libꝝ de pascha composuit. Item in exameron. Item contra martionem. Item in cantica canticorum. In genesim. In zachariam prophetam. In librū psalmorū. In isaia. In daniele. In apocalypsi. In ꝓuerbiis. In ecclesiaste ꝯmētarios edidit. Libꝝ ꝓposuit de saule & phythonissa. De antichristo. De resurrectiōe. De laude dñi saluatoris: & prosbomelion: & plen⁹ uirtutib⁹ in pace quieuit: ut dicit gēnadius libro de illustrib⁹.

¶ De scō cassiano epō & mr̄e. LVIII

Cassianus eps passus ē apud ciuitatē forū sylle siue cornelii a sylla cornelio duce romanoꝝ dictā que nūc imola nūcupat̄. Hic genere nobilis pōtifex fuit ciuitatis brixineñ: que ciuitas ē i affinibus allemanie posita: q ꝑegrinationis gr̄a uenit ad imoleñ citatē: ubi dū scholas pueroꝝ r̄geret: & xp̄z dñm ꝑdicaret tpe ꝑsecutiōis a paganis tēt⁹: quesitū ē qd artis: aut qd hēret officii. Rñsū q̃ est: q̃ pueros lr̄is erudieret: Statim q̃ a ꝑsecutore quē spreuerat: ꝑ sniā3 addictū est: ut ipsi⁹ discipuli in magr̄i sanguiné quō uellēt: cū corpis laceratiōe seuirent. Statuit̄ ergo i mediū spoliat⁹: & post terga ligat⁹ manib⁹ Armati itaq̃ stilis pueri circūstātes ac tabulis illudebāt mgr̄o: & in capite ipsi⁹ fractis tabellis acutissimis stilis mēbra ei⁹ nō cessabāt effodere. Multis itaq̃ uulnerib⁹ dei martyr ꝑfossus: uix retrahēs suspiria: hūili cos hortabat̄ uoce: ut eēnt uirib⁹ fortiores: & annos uirtute trāscenderent. Sicq̃ ꝑ uenas toti⁹ corpis sanguis effusus piā animā cōditori suo cū gloria reddidit & corona: & sepultus iacet i ipsa ciuitate: q passus ē idib⁹ aug.

¶ De scō cassiano ꝑsbytero & ꝯfessore. LIX.

Cassian⁹ ꝑsbyter de quo frater uincentius & gēnadius: claruit tpre honorii ipatoris: uir illustris & facundus. Alio noie dictus ioannes eremita. Qui de ecclesia constantinopolitana per hereticos eiect⁹ in massilia gallie presbyter ordinat⁹: duo condidit mōasteria uiroꝝ & mulieꝝ que hodie extāt. ¶ Scripsit ml̄ta opuscula ad fidei nr̄e exhortationē. Scripsit eni uitas patꝝ i egypto degētiū & regulas: que multaꝝ aiaꝝ edificationē ꝯtinēt: & luculēto s̄mōe nitescūt. Scripsit & res omniū mōachoꝝ necessarias. i. debitū & de canōica orone atq̃ psalmodia: q̃ i egypti mōasteriis die noctuq̃ tenet̄ libros quattuor: Institutionum librum. i. De origine & qualitate ac remediis. viii. prīcipalium uitiorum libros octo singula singulis explicans. Digessit & collationes cū patrib⁹ egyptiis hitas: uidelicet d̄ destinatiōe monachi ac fide. De districtiōe. De trib⁹ ad s̄uiendu3 deo uocationib⁹. De pugna carnis aduersus spiritū: & spūs aduersus carnē. De natura oiu3 uitioꝝ. De nece scōꝝ. De nobilitate aie De pricipib⁹. De q̄litate orōnis. De ꝑfectis. De castitate. De ꝓtectiōe dei. De scia spūali. De diuis charismatib⁹. De amicitia. De diffiniendo uel non diffiniendo. De tribus antiquis generibus monachorum: & quarto nuper exorto. De fide cenobite & eremite. De satisfactione penitentie. De remissione quinquagesime. De nocturnis illusionibus. De eo quod dicit apostolus. Non enim qd̄ uolo

facio bonum: sed qđ nolo malum hoc ago. De mortificatioẽ: ad extremú rogatus a leone archidiacono postmodum romano epõ: aduersus nestoriú de incarnatioẽ dñi. 7. condidit libros: in quibus apud massiliã scribẽdi: & uite terminú dedit. Imperantibus theodosio & ualentiniano.

¶ De scá radegunde regina. LX.

RAdegundis regina nitigorũ nobilissima clotharii regis francoruꝫ uxor: claruit áno. 30. iustini imperatoris: ut ait sigibertus. Hec natione barbara patre rege bertégario noie progenita: dum regio sua a francis esset depopulata: de patria sua in galliá ĩ predam abducta: ueniens in sorté clotharii ob nimiá speciositatem ab eo i coniugé ducta est. Que tamé deo potius q̃ regi seruiebat ieiuniis: uidelicet elemosynis & oratióibus uacans: carné cilicio domãs: desuper regalibus induebatur. Adhuc in palatio regis consistés: dú in pruina uilla p pomeriú ambularet: & audisset uoces ꝯpeditorũ eius misericordiã implorantiú: pro ipsis in orationem se dedit: & ꝯtritis cõpedibus illico omnes absoluit. Dum aút frater regis in bello occisus eét: ille ex hoc mot⁹ uxori dudú postulatã & optatã petitioné ꝯcessit: q. s. deo libere seruire posset. Que ueniens ad scúꝫ medardum nouionẽ epm: ab eo cõsecratur in xpi sponsam: & pictauis monasterio cõstructo: ordináte rege clothario ibidẽ se iclusit: omnibus suis paupibus traditis: multisq; in ibi sororibus ꝯgregatis: earũ abbatissa facta cuꝫ eisdem ancillis xpi in scitate uite pollés solis diuinis isistebat: pauperes quotidie recreans: & carné pnia dira castigans. Multis quoq; miraculis claruit. ¶ Ná mulierem a diabolo obsessam solo imperio in xpi nomine liberauit: qui cú fluxu uentris ea in ecclesie pauiméto distenta egressus é. ¶ Arboreꝫ lauri de aliquo loco euulsaꝫ & in horto suo pro solatio transplantatá: dum aruisset: oino ad uitá & uiriditaté reuocauit. ¶ Insantulá unam ex monachabus nup defunctá i cellula sua reclusam dudum sup corpus orans cú lachrymis a mortuis suscitauit. ¶ Cú imperator iustinus eidem per núcios suos ptem ligni crucis dñice auro ꝯtectam destinasset: illiq; redeuntes i mari naufragiú paterent: scám inocátes reginá: columbá tertio circa nauem uolantem ꝯspiciunt. Cui dú unus ex cauda tres pénas auelleret: & in mare misisset: tranquillitas mox subsecuta é. ¶ Tribunus quidam nomie domebenus gutturis p̃focationé patiés: die quo scá migrauit a carne: uidet in extasi reginam radegundem ad se uenientem & eadé hora se de corpore exisse nunciantem: eúq; admonenté: ut ecclesiaꝫ scí martini in loco sibi ostenso edificet: & detentos relaxet: & sic sanitatem recipiet. Qui postq̃ hec promisit ad se rediit: seq; sanatuꝫ reperiens: diem horáq; notauit: & inuenit sanctam a seculo tunc migrasse: unde mox dimissus. 75. detentis in uinculis ecclesiam sancti martini in loco ubi nunc est de proprio edificauit. Quieuit in pace scá radegundis idibus augusti i suo cenobio pictauis tumulata.

¶ De scõ helia propheta. LXI.

HElias propheta de galaad originem trahens: cuius tñ nomé patris in scriptura non habetur: nõ solum ecclesiastici. 48. ca. Inter patres antiqui téporis gloriosus ꝯmendatur: sed etiam ab ipõ saluatore in aliqua euangelii parte magnificat̃. Qui tempore achab regis israel & iorá filii eius i israel claruit: non solum insignis ꝓphetie gratia: sed etiam excellenti miraculorũ gloria: que a. 17. ca. iii. libri regú usq; ad ꝑm quarti cómemorantur. ¶ Cum enim achab rex israel ad instantiam impie ꝯiugis iezabel omnem israel adeo preuaricare & baal adorare fecisset: ad preces helie prophete in ultioné tanti sceleris: dñs clausit celum: nec dedit pluuiam sup terram ánis tribus & mésib⁹ sex: propter qđ fames & sterilitas magna fuit p uniuersum regnum israel. Helias aút ex precepto dñi latuit i torréte charit iuxta iordanem: ubi corui deferebát ei panes & carnes mane & uespere & bibebat de torréte donec siccaretur. Postea uero ueniés in sareptá sidoniorũ que est inter tyrum & sidoné urbs modica: uidit mulierem uiduá colligentem ligna. Ad quam cum petisset modicú aque ad bibendum: & illa pergeret ut afferret: petiit & bucellam panis ad edendum. Cumq; illa diceret se non habere nisi modicum farine in hydria q̃tum est pugillus & parum olei in lerytho. Iussit helias sibi fieri subcineritium panem de ipsa farina: promittens per nomen domini: quia nec farina nec oleú deficerent usq; ad tempus fertilitatis. Et sicut ipse predixerat sic factum est. ¶ Deinde cum filius uidue ipsius apud quá helias cómanebat defunctus eét. Helias puerú mortuum super lectulum suum posuit: & oratione facta: eum a mortuis suscitauit. Hunc tradunt hebrei fuisse ionam prophetam: sicut dictum é supra in gestis ione prophete. vi. cal. februarii. Tunc iezabel regina omés prophetas domini quos inuenire potuit occidi mandauit. Abdias uero procurator domus achab abscondit in speluca. 100. uiros prophetas: & pauit eos pane & aqua: ꝓpter qđ postmodú spiritu ꝓphetico dotat⁹ é. De quo supra actú é i gestis ei⁹. 9. cal. ianuarii.

¶Post tres ãnos & dimidiũ sterilitatis & famis helias ppheta: qui usq; tunc latuerat: achab regi israel se ostẽdit: dũ ipse rex ppter sterilitatẽ quereret pabula equis suis: & non inueniret: increpauitq; eũ ppheta: q dñm reliquisset: & deos gentiũ sequeret: & coleret: Deinde hortatu ei⁹ ad imperium regis ꝯgregata multitudĩe populi & octigẽtis & qnquaginta pphetis baal in monte carmeli: Helias ad populũ ait: ne in duas partes claudicarẽt sed aut dñm deũ patrũ suoꝝ: aut baal sequerent: deditq; eis optionẽ talẽ: ut duo boues ducerent: quoꝝ unus daret pphetis baal: & alius sibi soli: & una queq; pars bouẽ suũ in frusta cõcisum super ligna poneret: igne non supposito: & inuocaret deũ suum: & qui exaudiret igne claro de sublimi: ipse esset uerus deus. Placuitq; ppositio populo. Cũq; sacerdotes baal fecissent: quod dixerat helias: inuocantes baal a mane usq; ad meridiem: transiliebant altare: quod fecerant: & incidebant se iuxta ritum ipsoꝝ lanceolis: ut sanguine perfunderent. Demones enim plurimum delectantur perfusione sanguinis humani. Tunc helias p̃sente populo altare ipsoꝝ destruxit: & nouo in honorẽ domini cõstructo ligna & frusta bouis supposuit: & aquã abundanter desup iactare fecit: donec aqueduc⁹ impleret: ne putarẽt arte magica ipm de uisceribus terre ignem suscitasse. Factaq; oratione ignis de celo descendit: q holocaustũ ligna & lapides ac puluerem: etiã ipsã aquã ꝯsumpsit. Quo uiso miraculo popul⁹ ꝯuersus est: & iussu helie oẽs pphetas baal occidit iuxta torrentẽ cison. ¶Deĩn dixit achab: ut comederet: & festinãter descenderet: ne ipm pluuia supuẽtura occuparet. quo comedẽte helias iclinato capite orauit: & misso puero precepit ad uidendũ ꝯtra mare: septĩa uice uidit nubeculam ascendentẽ: que usq; tunc nõ apparuerat. Festinãteq; achab domũ: facta est pluuia grãdis: & oẽm terram irrigauit. Iezabel aũt audito quod helias fecerat de pphetis baal querebat: ut occideret eũ: qui timẽs fugit ĩ bersabe iuda: & dimisit ibi pueꝝ suũ: & perexit in desertũ uia uni⁹ diei: sedẽsq; sub iuniperꝝ: petiuit aĩe sue: ut moreret: post modũ uero dormitauit: & excitat⁹ ab ãgelo & ꝯfortatus: atq; pane celico ei delato refectus ambulauit in fortitudine cibi illius. xl. diebus: usq; ad montẽ dei oreb: ubi p̃ceptũ accepit a deo de ungendo azael regem sup syriam in damascũ: & iehu filiũ namsi regẽ super israel: & heliseũ filium saphat de abelmeula ppheta p se: ut isti tres interf. cerẽt idolatras israel. Que omnia helias adimpleuit iuxta mãdatum dñi. ¶Mortuo uero achab rege israel: regnauit p eo filius ei⁹ ochozias qui ambulauit in uiis malis patris sui & matris sue impie iezabel: ppter quod de⁹ puniuit eũ: ut cadens de cancello cenaculi sui ad mortẽ egrotaret in samaria ciuitate. Misitq; nuncios ad ꝯsulendũ beelzabuth deũ acharon: an liberari possit de infirmitate sua: quibus ex p̃cepto dei occurrẽs helias: eos redarguit: dicens q ochozias de ipsa egritudine moreret. Cumq; redissent nuncii ad regẽ: & ei uerba narrassent: quesito ab eis de habitu uiri: intellexit ipm esse heliã: misitq; ad eum principem qnquagenarium & qnquaginta: qui erant sub eo: ut uocarent heliã: uel inuitum traherent. Et ad mandatum helie descẽdit ignis de celo: & deuorauit eos. Rex quoq; misit alium quinquagenariũ & suos quinquaginta: qui similia passi sunt. Destinat⁹ uero tertius: q abdias fuisse dicit: curuauit genua cõtra heliam: & eius misericordiã ĩplorauit. Et ppheta dñi cũ eo iubẽte angelo de monte descendit: & ingressus ad ochoziam ipm de idolatria redarguit: mortẽq; ei imminere pphetauit: qui & mortuus est iuxta uerbum helie. Pro quo ioram frater eius regnauit: eo q ochozias filiũ nõ haberet. ¶Anno uero primo ioram regis israel: cum helie reuelatum eẽt: q de⁹ ipm tollere uellet: iuerunt helias & helise⁹ de galgalis ĩ bethel: & deinde in hiericho: ac demum deuenerũt ad iordanem sequentibus eos qnquaginta ex filiis prophetarum: qui diuino spiritu raptum helie prenouerant. Tunc helias stans sup ripam iordanis: tulit pallium suũ: & percussit aquas: que diuise sunt in duas partes: & trãsierunt ambo per siccum: helias uidelicet & helise⁹. Dixitq; helias ad heliseũ: ut peteret quod uellet ab eo: anteq̃ ab ipso tolleretur. Qui petiit: ut duplex spiritus eius in eo requiesceret. s. ad pphetandũ & miracula faciendum. Cũq; pgentes ad inuicem loquerẽt: helias curru igneo & equis igneis rapt⁹ est ab heliseo & per turbinem in celum: hoc est in superiora aeris ascendit: translatusq; est ĩ paradisum terrestrem: ut creditur: ubi cum enoch corporaliter uiuit rediturus in fine seculi: & contra antixpm cõflictum habituri: quos ipse demũ occidet: sed eos dñs suscitabit: ut habet apocal. xi. Leuauit autem heliseus pallium helie: quod ceciderat ei: & percussis aquis iordanis secũda uice diuise sũt: & transiuit helise⁹ per siccũ ad aliam ripam ubi erant filii pphetaꝝ: qui uiso miraculo diuisiõis aquaꝝ intellexerũt spiritum helie in heliseo quieuisse. Celebratur autem dies raptus helie prophete ab hebreis. 19. calen. septembris: quo die tradunt eum in padisum fuisse translatum. Hec ex libris tertio & q̃rto regũ: capitulis quibus supra: ex dictis iosephi: & hieronymi: & ex historia scholastica: atq; ex chronica guilelmi.

¶ De scõ eusebio presbytero. LXII.

EVsebius presbyter rome claruit tpe ꝯstantii augusti: & liberii pape hereticoꝝ: q uir catholicus & doctrina pclarus: dũ fidez catholicam ꝯstanter defensaret: & constantium augustũ atq; liberium urbis rome epm hereticos predicaret: eo q; arriane fidei ꝯsensissent. Ab eodẽ ꝯstantio rogatu liberii detentus est: & in quodã cubiculo dom⁹ sue inclusus habẽte in latitudine pedes. 4. & ibi multis mensib⁹ i oratione pseuerauit. Inclusus tũ adhuc post mẽses. 7. dormitionem accepit. 19. cal. septẽbris. Cuius corpus gregorius & orosius presbyteri sepelierũt uia apia in cemiterio calixti: iuxta corpus beati sixti pape & mañs in crypta. Quod audiens ꝯstantius augustus + gregoriũ pſbyterum cepit: & uiuum i eadẽ crypta sepeliuit: ubi post dies tres in pace quieuit.

¶ De scõ eusebio epo emesseno. LXIII

EVsebius eps emessen⁹ tẽpore cõstantii ipatoris claruit: q uir elegantis rethoricieq; igenii innumerabiles ꝯposuit libros magis secutus historiã: & qui ad plausuz ptinent ab his qui declamare uolũt maxime leguntur. Quoꝝ precipui sunt aduersus iudeos & gentiles atq; nouatianos. Ad galatas quoq; scripsit libros. x. Et in euangelijs homelias plurimas breues. Quieuit aũt i xp̃o apud antiochiã. Ibidẽ sepultus in pace. Hec hieronymus libro de uiris illustrib⁹.

¶ De scõ eusebio abbate. LXIIII

EVsebius abbas discipulus beati hieronymi fuit. Hic natione cremonensis nobili prosapia ortus: cũ ad terrã sanctã uisitandã prexisset beatum hieronymũ ibidez repperit qui apud bethleem puũ monachorum ꝯstruxerat de nouo cenobiũ. Cuius sapiẽtia & moribus accensus relicto seculo ei adhesit: & monachus scũs in scẽ ꝯuersatiõis ordie uitã laudabilẽ duxit. Quẽ & hieronymus decedẽs eidẽ ꝯgregatiõi i abbatẽ prefecit: & eidẽ bibliothecã suã ꝯmẽdauit. ¶ Cũ post obitũ bti hieronymi grecoꝝ quedã heresis pullulasset: asserens q; aie beatoꝝ usq; ad corpoꝝ resũptionẽ eternã nõ percipiunt gloriam: nec aie dãnatoꝝ sentiũt gehẽne penam: multisq; fidelib⁹ tali errore inolutis cũ talis opinio i ptibus hierosolymitanis resonasset: per cyrillum epm hierosolymitanuz idictum est triduanũ ieiuniũ cũ assidua oratione cunctis fidelib⁹: ut de⁹ sue fidei catholice subueniret. Expletis aũt tribus diebus nocte precedẽte appuit beat⁹ hieronymus. Eusebio i oratiõe cũ lacbrymis ꝯstituto dicens: q; deus fideles suos respexerat: & q; in teruẽtu ipsius ecclesie sue subuenire decreuerat. Mãdauit ergo ut triũ iuuenum in ipsa nocte i bethleẽ defunctoꝝ corpora ante fossam in qua corp⁹ ipsius doctoris quiescebat deferri faceret: que sacco cilicio quo uiuus induebat tangeret: q continuo resurgerent: & predictã heresim uti testes ueridici ꝯfutarẽt. Qui iteꝝ post dies. 20. i xp̃o quiescerẽt: cũ quib⁹ & ipse eusebius migrare deberet. Mane aũt facto: cyrillo epo uisio p eusebiũ narrat: omnisq; clerus & popul⁹ in ecclesia bethleem ꝯgregatur: trium iuuenũ ipsa nocte defunctoꝝ cadauera ad tũbam hieronymi deferuntur: & p eusebiũ ipius sacco cilicino tangunt. Mox quoq; iuuenes quasi de sõno euigilantes surrexerunt: & que uiderãt in alio seculo i gloria & in gehẽna cũctis populis narrauerunt: & sic grecoꝝ heresim cõfuderũt: p triduũ uero ante dies illos. 20. q; bus hieronymus predixerat: eusebius egrotare cepit & per dies. 3. febre corrept⁹ ecclesiasticis sacramẽtis ꝯmunitus apparente sibi beato hieronymo & ipm ad celestia uocante i dño feliciter pausauit. Eadẽq; hora prefati tres iuuenes iteꝝ a corpe migrauerũt. Corpus aũt eusebii iuxta corpus hieronymi sepultũ fuit. In cuius sepultura monachus q lumẽ oculoꝝ dudum amiserat cadauer deosculatus uisum recepit.

¶ De assumptiõe btẽ uirginis marie. LXV.

ASsumptio gloriose uirginis marie in anima facta est. xviii. calẽ. septembris ut scã tradit ecclesia. In anima dixi quia ipsa & in corpore assumpta est: ut infra pluribus rationibus comprobatur. Assumptio autem ipsius facta in corpore sm qd in eius historia infrascripta traditur: facta est tertio die post ei⁹ dissolutionẽ aie a corpore quo uidelicet die anima corpi ei⁹ reunita: & ipsa corpor aliter ẽ assumpta. s. xv. cal. septẽbris. In uisione aũt scẽ helisabet de sconagia habetur: q; beata uirgo. 40. die ab obitu ei⁹ fuerit in corpore assumpta: uidelicet. 9. cal. octobris: sicut eidẽ scẽ fuit diuinit⁹ reuelatum. Sed quicqd ueritatis sit de corporali assumptione: planuz ẽ qd tenet ecclesia de aie sue glorificatiõe. Qualiter ãt ipa assumptio scã sit: ex quodã libello licet apocripho: qui ioãni euãgeliste ascribit edocet. ¶ Apostolis nãq; predicatiõis grã diuersas mũdi partes subeũtib⁹: uirgo beata i domo iuxta mõtẽ syon posita dicit remãsisse: oĩaq; loca filii sui. s. natiuitatis: baptismi: passiõis: sepulture: resurrectiõis: & ascẽsiõis quoad uixit: deuotione sedula uisitabat. Et ut ut q; ait epiphani⁹ 24. ãnis post ascensionẽ christi supuixit. Refert eni q; beata uirgo annorum. xiiii. xp̃m concepit: & in. xv. peperit: & cum eo mansit

annis.xxxiii. & ſm hoc obiit annoꝝ.lxxii. Alius pbabilius uidet᷑: ut.12.ãnis filio superuixerit: & sic sexagenaria sit assumpta: cum apostoli totidem annis in iudea & circa partes ipsas predicauerint: sicut ecclesiastica historia tradit. In uisione aũt ꝓdicte helisabet asserit᷑: ꝙ uirgo maria post xp̄i ascensionem anno integro supuixit: & tot dieb⁹ ultra annum: quot fuit ab asceusione xp̄i usq; ad assumptionẽ uirginis: & hoc uerius iudicatur ex eo ꝙ dicit dionysius: omẽs apostolos dormitioni uirginis interfuisse: quod esse nõ potuisset: si ipsa post ascensionẽ ulterius uixisset. Cum iacob⁹ apostolus fili⁹ zebedei passus fuerit ad litterã biennio post dñi passionem. ¶ Cum igit᷑ die quadã cor uirginis i filii desideriũ uehementer eẽt accensũ: ita ut i lachrymas ꝓrumpet abundãter: gabriel angelus eidem cũ lumĩe astitit: eãq; reuerẽter salutauit: ac eidẽ ex ꝑte ei⁹ filii dixit: ꝙ post triduum eẽt a carne migratura: & cũ xp̄o ꝑpetuo regnatura. Ramuꝫ quoq; palme eidẽ de padiso allatum ꝑsentauit: quẽ añ ei⁹ pheretꝝ portari mandauit. Virgo autẽ de nuncio leta dõ grãs egit: & duas petitiões ab angelo postulauit: primo ut filii ei⁹ & fr̃es oẽs apostoli ad ipsam ꝑiter ꝯgregarent: quib⁹ ꝑsentib⁹ spiritũ deo redderet: q q; sibi sepulture officiũ exhiberent. Secũdo ut cũ spũm emitteret: malignũ sathanã nõ uideret. Angelus aũt ꝯfestim ei optata ꝑmisit: quia & ille qui abbacuch ꝓphetã de iudea in babylonẽ in impetu spũs sui attulit: ipse ad eam in momento oẽs apostolos ꝯgregabit: malignum quoq; spiritum ei i transitu nõ uisure repromisit: & cõtinuo ab ea discessit. Palma autẽ illa i stipite uiridis erat: sed in foliis ut stella fulgebat. ¶ Cum aũt ioannes in epheso ꝑdicaret: ecce post tonitruũ nubes eũ rapuit: & ipm̃ repente ante marie ianuã collocauit: quẽ ingredientẽ ad se maria obstupuit: & ꝑ gaudio lachrymas continere nequiuit. Dixitq; ei qualiter fuisset a dño euocata: ut debitum humane cõditionis exolueret: & deo ꝙ ipm̃ xp̄s ad se uenire fecisset: cui corp⁹ suum tumulandũ commendauit: atq; palmam ante pheretꝝ deferendam mandauit. Cũ aũt ioannes alios coapostolos ibidem presentes optaret: ecce oẽs ipsi de locis ubi ꝑdicabãt: in nubibus rapiunt᷑: & ante marie hostium subito congregant᷑: qui cum se ibidem translatos admirarent᷑: & cãm ad inuicem sciscitarent᷑ ioannes ad eos exiit: & dominam migraturam predixit: admonens: ne cum obierit: aliquis defleat: ne forte eis imputari possent: q; ipsi qui resurrectionem ꝑdicant: mortem timeant. Cumq; beata uirgo omnes apostolos congregatos uidisset: dominum benedixit: & in eoꝝ medio luminaribus accensis consedit: sicq; usq; ad diem tertium perseuerauit. ¶ Circa uero horam noctis tertiam iesus aduenit cum omnium angelorum & sanctorum agminibus: & ante torum uirginis acies ordinant᷑: & dulcia cantica usq; ad noctis medium frequentantur. Tunc iesus eam bis ut ad se ueniret: dulciter aduocauit: ipsaq; spiritum ei reddere se paratam esse letanter respondit. Omnesq; qui cum iesu uenerãt: dulcia canticorum cantica soluebant. Sicq; marie anima de corpe exiit: & in ulnas filii aduolauit. Fuitq; tam a dolore mortis extranea: sicut a corruptione carnis fuerat aliena. Dominus autem mandauit apostolis: ut corpus matris sue i uallem iosaphat tollerent: & in monumento nouo ibidẽ repto ponerent: ipsumq; triduo ibidem donec ad eos reuerteret᷑ expectarẽt. Statim autẽ circũdarunt eam flores rosarum rosei scilicet cetus martyrum: & lilia conuallium agmina: uidelicet angelorum confessorum & uirginum. Ad conscensum quoq; ascendẽtium: cetus qui remanserant concite obuiaꝫ processerunt: uidentesq; regem regum: feminę animam in ulnis ꝓprius baiulantẽ: illãq; super eum innixam: que ista eẽt interrogãt: admirantes ipsamq; matrem domini & reginam celorum respondent eam comitantes. Sicq; in celum gaudens suscipitur: & a dextris filii in throno collocatur. Apostoli autẽ eius animam tanti candoris eẽ uiderunt: ut nulla mortalium lingua posset effari. Tres autem uirgines: que ibi erant: cum corpus lauandum spoliassent: tanta corpus eius claritate splenduit: ut tangi quidem ad lauanduꝫ posset: sed minime uideri: que tamẽ diu lux resplenduit: donec corpus lotum fuit.

¶ Corpore ergo in pheretro posito pia contentio inter apostolos oritur: quis eoꝝ palmam ante loculum portare debeat. Defert ioannes petro propter apostolicam dignitatem: petrus uero ioanni ꝓpter illibatam uirginitatem. Tandem omnium apostoloꝝ sententia ioanni palma traditur deferenda. Petrus autem & paulus pheretꝝ eleuare ceperunt: & ceteri apostoli circa ipsum se posuerunt. Incepit petr⁹ canere: Exiit israel de egypto & fliqui psalmum dulciter ꝓsequuntur. Dominus quoq; pheretrum & apostolos nube contexit: ita ut audiri quidem possent: sed minime cerni. Affuerunt & angeli cum apostolis concinentes. Ad melodiam autem tota ciuitas excitat᷑: & quid nam hoc sit omnibus declaratur. Iudei ad arma concurrunt: ut corpus rapiant: idq; odiose cõburant. Tũc princeps sacerdotum cum impetu manus ad loculum misit: ut ipm̃ euerteret: & corp⁹ ad terrã deduceret: cui⁹ man⁹ subito aruerit: & lectulo pẽdẽtes adhesunt.

Reliquus uero populus ab angelo cecitate pcussus est. Cum autē princeps sacerdotū petri auxilium inuocaret. Petrus ei rñdit: q̄ si mariā dei esse genitricē confiteref: ei⁹ suffragium postulās continuo sanaref. Qui cū se credere rñdisset: manus ei⁹ a pheretro solute sunt: sed tamen in eis ariditas permansit donec corpus deosculās intergam sanitatem recepit. Tūc de petri ꝯsilio palmā princeps ille accepit: & singulos de populo tetigit: & qcūq; in uirginē credidit uisum recuparuit: qui autē credere noluit cecus permāsit. Corpus igiẗ marie apostoli i monumēto statuto cōdiderunt: & iuxta illud triduo ꝯsederunt. ¶ Tertia uero die dñs cum angeloꝝ multitudine uenit: & apostolos salutans pacē eis nunciauit. Deinde eos iterrogauit: qd eis uideref honoris sue genitrici ꝯferēdū. Illi uero rñderunt: ut sicut ille deuicta morte regnabat: sic & matris corpusculū suscitaret: & ad sui dexterā collocaret. Quo annuente michael archangel⁹ marie animā ꝯtinuo p̄sētauit: eāq; dñs illico corpi reuniuit: statiq; corp⁹ de tumulo prodiit gloriosū: & a xp̄o assumiẗ ad ethereū thalamū comitāte secū multitudine angeloꝝ. Quod autem diciẗ de thoma q̄ abfuit: & resurrectionem uirginis credere noluit: zonāq; ipsi⁹ ex aere delapsā recepit: delusoriū & friuolū reputatur. Hec oia in libello p̄dicto licet apocripho. ¶ Et notandū q̄ q̄uis hieronym⁹ i sermone hui⁹ festi ad paulā & eustochiū asserere nō audeat: uirginē corporaliter assumptā: dicēs: tutius esse pie dubitare q̄ aliquid temere diffinire: ecclesia tamē hoc indubitanter tenere uidetur: & plurib⁹ rationibus cōprobatur. ¶ Prima quaꝝ sumiẗ ex parte iustitie dei. Deus enī iudex est iustus librans merita singuloꝝ: & unicuiq; ad ꝯdignum retribuens premia meritorum. Iccirco & resurrectionē corpoꝝ futurā ordinauit: ut sicut aia cū corpore meruit uel deliquit: sic cum corpore p̄cipiat gaudia uel substineat tormenta. Illud ergo qđ plus meruit plus debet habere de premio. Quō ergo corpus uirginis qđ cunctis aliis plus meruit xp̄m ex se generando: plus aliis premiaẗ: si cum aliis corruptū incineratur? Non ne dei iustitia depit: que corpus uirginis cum aliis scōꝝ corporibus ultimam resurrectioē expectare facit? Et hec ratio ē damasceni. ¶ Secūda ratio sumitur ex p̄te dom i hac uita .s. i xp̄i natiuitate recepti. Nā cui conceditur maius debet ꝯcedi & minus: maxime ubi respiciūt eundem finē: sicut cui conceditur regnum faciliter conceditur nobile uestimentum. Sed maius est sine corruptione carnis parere qđ uirgini est collatū: qđ est omnino excedens naturam & artem: q̄ carere corporis corruptiōe qđ pōt fieri per artem. ¶ Tertia sumitur ex obligatione precepti. Cum enī lector legit q̄ nō debet facere contra legis preceptū: ꝯueniens ē q̄ filius dei: qui legē dedit: non faciat contra sue legis mandatū. Sed credendū ē q̄ implere uoluit preceptū qđ dedit de honore materno: sed hoc non iplesset nisi corp⁹ integrū seruasset. Nā s̄m augustinū putredo & uermis opprobriū ē humane ꝯditionis. Qui autē in aliquo substinet opprobriū nō honoratur. ¶ Quarta sumitur ex conformitate uirginis ad corpus xp̄i. Nā idem locus debetur p̄ti & toti nisi uiolenter alteꝝ hoꝝ impediatur: qa s̄m philosophū. Idem est locus toti⁹ terre & glebe: totius ignis & scintille. Sed corpus xp̄i sumptū ē de corpore matris sue ergo utriq; idem locus debeẗ. Corpus autē uirginis nulla uiolentia impediri potest: qa ibi est ubi corpus filii est. Et he p̄dicte tres rationes sunt augustini. ¶ Quinta sumitur per locum a simili: quia de similib⁹ idem est iudicium: sed deus trium pueroꝝ corpora iter flāmas s̄uauit illesa. Ionam uiuum seruauit in uentre ceti: danielē in rabida fame leonum s̄uauit icolumē: cur ergo corpus matris nō s̄uabit icorruptū? Et hec ratio ē anselmi. ¶ Sexta sumitur per locū a minori: quia si de quo minus uidetur inesse & inest: & de quo magis. Sed minor ratio est q̄ corpora scōꝝ qui cū xp̄o surrexerūt sint glorificata: & in eis perfecta resurrectio sit completa: q̄ q̄ corpus gloriose uirginis sit ad celos assumptū. Et tamē in illis p̄fecta resurrectio ꝯpleta est: ut supra probatū est in historia resurrectionis dñi .vi. cal. aprilis: ergo multo fortius hoc ꝯcludendum ē de resurrectione uirginis. Et hec ratio sumiẗ ex dictis hieronymi in sermone p̄dicto. ¶ Septima & ultima ratio sumitur ex euidentia facti: quā rationem bernardus assignat dicens. Quoniā scōꝝ corpora deus preciosa sublimauit: ut puta petri pauli & iacobi: tamq; gloriose uenerabilia reddidit: ut & ipsis deputeẗ locus eorum uenerationi congruus: & ad ea mund⁹ properet uniuersus. Si igitur marie corpus super terram esse dicatur: cum nec deuota frequenteẗ uisitatione fidelium: nec eidem locus deputetur honoris: nimis uidebitur christus honorem materni corpis cōtempsisse: cum tamen super terram aliorum sanctorum corpora sic honoret: unde & egregius quidam uersificator ait. Scandit ad ethera: uirgo puerpera uirgula iesse: non sine corpore sed sine tempore tendit ad esse. ¶ De uestimētis enim & capillis uirginis & de lacte ipsius in pluribus locis ostendiẗ: de membris autem corporis uel minima p̄ticula necubi repiẗ: nec q̄ alicubi habeaẗ ab aliquo unq̄ asseriẗ.

¶De sancto tharsitio martyre. LXVI

Tharsitius acolyth⁹ & martyr rome passus est sub psecutione ualeriani & galieni imperatorum. Qui cum corpis xp̄i sacramenta portaret: tenentes eū pagani discutere ceperunt: ut quid gereret indicaret: at ille indignū iudicans porcis pdere margaritas: nequaq̄ uoluit detegere sacrosancta mysteria: quē fustibus ac lapidibus tā diu mactarunt: quousq̄ spiritum exhalaret. Reuolutoq̄ eius exanimi corpore sacrilegi discussores: nihil in manibus eius: aut uestibus sacramentorum christi inuenire potuerūt: sed relicto corpore eius territe fugerunt: quod a xp̄ianis sublatū: & uia apia in cemiterio calisti sepultum est. 18. calen. septēbris.

¶De scō ursatio pfessore. LXVII

Vrsatius cōfessor claruit in nicea bithynie ciuitate. Hic eni genere persa: primū sub rege licinio cōfessor effect⁹: deinde solitariā uitam in turri ciuitatis ipsius agebat inclusus. Qui inter cetera signa: cum obsessus a diabolo gladiu arrepto per urbem discurreret: cunctis fugientibus eidem sol⁹ occurritipsumq̄ a demonio liberauit. ¶Draconem etiā ante nicomediam ciuitatē existētem: soloq̄ flatu homies pimentē urone sua de ualle productū leuiq̄ baculo capite percussum extinxit. ¶Hic etiam nicea ciuitatem terremotu diruendā longe ante pdixit. Dum autē dies terremotus aduenisset ad ecclesiā currens: & clericus admonens: ut p imminēti periculo deū orarent: ab eis irrisus ad turrim rediit: prostratusq̄ in uratione cum lachrymis se dedit. Interea uero superueniente terremotu: pluribus oppressis: reliquis per montana dispersis: ursatius in turri mortu⁹ reperi⁹ est: pnus iacens: sicut orare solebat. Sermo tamē est: q̄ deū orasset: ut prius uitā finiret: q̄ uideret exeidium ciuitatis. Omnis autē urbis structura ex illo terremotu diruit: sola turris in qua sanct⁹ urabat: pmansit. Quieuit in pace. 17. calē. septēbris.

¶De scō arnulpho epo meteñ. LXVIII

Arnulphus eps meteñ: ut ait petrus damiani: pater pipini fuit: & auus caruli magni imperatoris. Qui lothoringie ducatū tenens: uxore & filiis ac seculo derelictis eremum petiit: & solitariam uitā elegit: ueniens autē ad pontē fluminis moselle: anulum suum in aqua demersit tali ↄditione: ut quādocūq̄ ipm reciperet: se a dn̄o intelligeret peccatis oibus absolutum: indeq̄ in eremo mundo mortuus deo uixit. ¶Defuncto autē meteñ epo in pontificē elect⁹ est. Dūq̄ piscis eidem ad edendū fuisset oblatus exenterato pisce anulus ei⁹ i uentre repertus est: cū tamē p duas dietas a loco ubi anulū deiecerat: piscis captus esset. Intelligens autē sāct⁹ peccata sua sibi dimissa: nihilominus penitētie operibus arti⁹ insudauit: pauperibus large ministrauit: & multis miraculis claruit. Nam in dieb⁹ rogationū ad pcessionē tendens: demoniacū liberauit: leprosum quendam barbarum in domu susceptū ad xp̄m conuertit: quē baptizans spū pariter & carne mūdauit. ¶Ciuitatē suam incendio pene totam flagrantē: dū ciuēs aufugerent: ipse se igni obiiciens signu crucis edito flāmas cōpescuit: & ulterius pcedere nō pmisit. Quo die p uisum quidā lōge ↄstitutus crucē igneam in aere ↄspexit: audita uoce q̄ tali signo meteñ ciuitas per arnulphū ab incendio fuerat liberata. ¶Tandem uir dn̄i famā populi fugiens eremū repetiit: & cū aliquib⁹ monachis deu seruiuit: successore sibi geurico ordinato: ubi & post tēpus modicū i pace quieuit 17. calē. septēbris. Successur autem ei⁹ obitu ipsi⁹ cognito eū clero & populo locū adiit: & sanctū corpus ad suam ciuitatem transferens in ecclesia apostolorum ↄdidit: ubi & quiescit signis effulgens.

¶De scā serena regina. LXIX

Serena regina uxor quondā diocletiani augusti a sācto cyriaco martyre cōuersa & baptizata ē: quia filiā eius artemiam a demonio liberauit: ut supra dictū est in passione cyriaci. 6. id⁹ augusti. Que uidēs psecutionē dirā xp̄ianorum: quā uir ei⁹ exercebat: que p ānos. x. durauerat: ita ut infra dies. 30. per diuersas puincias. 17. milia martyriu coronarent: & in phrygia ciuitas una xp̄ianorum undiq̄ cōclusa ne ull⁹ euadere posset: igne cū oib⁹ cremata fuisset: uidēs quoq̄ susannā neptē ei⁹ passā: & alia mala que fiebāt: dolore cruciata & febre correpta i ↄfessiōe dn̄i migrauit ad xp̄m. 17. cal. septēbr̄. sepulta a xp̄ianis iuxta corp⁹ susāne i crypta.

¶De scā artemia uirgine & martyre. LXX

Artemia uirgo rome passa ē sub maximiano filio diocletiani fratre suo: filia nāq̄ diocletiani fuit & serene auguste. Que cum eēt ab immundo spiritu obsessa a sācto cyriaco martyre liberata & baptizata ē: ut supra in passiōe dci martyris actū est. 6. id⁹ augusti. Post mortē aūt diocletiani: cum maximianus filius ei⁹ in impium sublimat⁹ eēt: xp̄ianosq̄ psequeref: cyriacū quidē eū eius socios diuersis suppliciis martyrizauit. Artemiam uero sororem suam gladio i xp̄i ↄfessione necari fecit: que iuxta matrē & ↄsobrinam sepulta est: cuius: qa dies passionis ignorat: passio eius recte matri subiicit.

¶ De scis liberato abba. & sociis mr. LXXI

Liberatus abbas: bonifaci⁹ diaconus: seruus: & rusticus subdiani: rogatus: septimus: & seuerus monachi: & maximus puer apud aphricā persecutione uandalica sub huuerio rege passi sūt: q ex territorio ciuitatis caprosen̄ mōasterio abstracti: & carthaginē ducti: primo sūt custodie mācipati ferro uincti: deīn naui ipositi fuerūt: manib⁹ ac pedibus ligatis: ipsaq; nauicula siccis lignis impleta: igne imisso ut cremarent. Sed diuino nutu ignis extinct⁹ sepiusq; renouatus semper deficiebat. Demum remoꝝ uectibus mactati cerebris excussis extincti sunt. Corpora uero i mare iactata: sed diuina dispensatione littori cuecta i mōasterio ꝯtiguo loco basilice qd dicit̄ celerine: a xp̄ianis sepulta sunt: ut uictor scribit aphrican⁹. Qui passi sunt. xvi. cal. septēbris.

¶ De scō māmete martyre. LXXII.

Mammes puer. 7. ānoꝝ apud cesaream cappadocie tpe aureliani ipatoris & presidis antiochi passus est. Qui defūctib⁹ parentibus psecutionem fugiens i siluā secessit: ubi orationi iugiter uacabat: & de lacte suaꝝ ouium se pascebat. Sed admonitus de celo i campū descendit: ibiq; codicē euangelioꝝ & baculū reppit: quib⁹ assūptis i montē ascendit. Et dum lectioni isisteret: feraruꝫ multitudo ad cuꝫ ꝯuenit: quib⁹ māsuefactis de lacte ipsaꝝ scūs emūgebat: de quibus ad refectionē sui utebatur. Residuū uero cum ad portā ciuitatis cesaree ad uendēdū deferret: ut precium pauperib⁹ erogaret. Alexander preses hoc audiēs: misit ad euꝫ duos milites capiendum. Quos ille in domū suā adducens benigne refecit. Dūq; illi aialia ferocia ad eū uenientia ꝯspexissent territi fuerūt. Scūs uero māmes eos secutus ē: corā presude se p̄ntans: & asserens xp̄ianū. Quē preses detentum iussit i equuleo suspēdi & torqueri: deinde in carcerē recludi: ubi plusq̄. 40. xp̄ianos reppit fame deficiētes: ueꝝ orante puero columba de celo aduolans lac & mel attulit: quibus illos scūs refecit: & apto carceris hostio uectib⁹ ꝯfractis omnes emisit. Quod audiēs preses māmetē i caminū ignis mitti fecit. Igne uero bis extincto bisq; renouato: dū flāmis deficientibus illesus exisset: bestiis subiicitur: sed ab his intact⁹ minime leditur. Amphitheatro quoq; ab angelis incluso: ut nemo exire posset: leo foueā egressus: multos iudeoꝝ ac gentiliū interemit: q & humana uoce locutus est. Hec a deo se iussum facere in ultionem xp̄i militis māmetis. deniq; iubente scō leo solum presidē cū omni officio suo illesum dimisit. Tandē sanctus martyr cū lapidibus obrutus maneret illesus: ab angelis de celo uocatus emisit spiritum. xvi. cal. septēbris.

¶ De scā helena regina. LXXIII.

Helena regina mater fuit iperatoris constantini magni. Que sicut in historia britonuꝫ legit̄: quam ioānes ueronen̄ in sua chronica ponit: filia fuit cloelis regis britānie. Cum eni iā britones xp̄i fidem suscepissent tpe: uidelicet eleutherii pape. Helena a patre suo i fide edocta: non tñ baptizata: eo q̄ de his que audierat dubitaret: ut tñ ea uera eē ex parte aliqua ꝓbaret: audiēs miracula que rome fiebāt p merita apostoloꝝ petri & pauli: dū a patre pegrinādi romā licentiam obtinere non posset: desiderio peregrinatiōis accensa eū unica ancilla fidelissima clam inde discessit: & mutato habitu romā uenit. Quā constantius iperator uidens eius nimia pulchritudine allectus amauit: & ut pegrinā raptā ad se introduxit. eamq; carnaliter cognouit: ac plurib⁹ dieb⁹ secuꝫ habuit. Sed uolentē omnino abire pregnātē dimisit: que nec patrē ei nec patriā indicare uoluit. Et cū multos sibi thesauros offeret nihil acceptauit: sed solum anulū eius suscepit. Inde igit̄ discedens habitu iduta uilissimo i uillam secessit: ubi cum ancilla sua morabatur: & de labore manuū suaꝝ uictū cōsequebatur. Eratq; i domo quadā que olim fuerat stabulū equoꝝ: unde & stabularia dicta est. ¶ Natū ergo pueꝝ ex p̄ris noie ꝯstātinum uocauit. Qui cū sapiētia etate & uirtutibus creuisset: a uicinis mercatorib⁹ muneribus allectus abductus ē. Et dū bizantiū que postmodū fuit ꝯstantinopolis dicta nauigassent: simulatas litteras ex parte imperatoris regi bizantii obtulerunt: filiā eius filio imperatoris quē secū aduxerant petiūt: ex hoc iperatorē pacē secum habituꝝ ꝑpetuo ꝓmittentes: cum dudum adinuicē discordiam habuissent. Quod rex bizantii facere omnino curauit: filiāq; suam i ꝯiugem iuueni tradidit: thesaurosq; maximos & seruos & ancillas eidem dedit. Mater uero filiā suā diplois de gēmis īfiniti ualoris plēa induit: ut si q̄ casus aduersus occurreret: exinde sibi in necessitatib⁹ suis prouidere posset. Redeuntes aūt mercatores insulam maris appulerunt: in qua constantinū cū uxore dormiētes dimiserunt: familiā eoꝝ iterfecerunt: & omnē thesaurum abstulerunt. Illi aūt excitati hoc uidentes amarissime flebant. Puella iuuenē interrogat si uere filius imperatoris esset eo q̄ de hoc aliquātulū dubitaret. Ille uero se matrem habere romanā pauperem respondit. Patrē uero suum quis esset omnino ignorare se dicit. Quē illa ꝯfortans diplodē cū

gemis pducit: illi uero die sequenti a romanis nauigantib⁹ assumpti: simulantes se naufragio in insula deiectos romã repetunt: & ad domũ matris ɔstãtini tendunt. Iuuenis aũt se & cõiugem matri psentauit: omia que sibi contigerant narrauit: & diploidem eũ gemmis tradidit. Tunc de cõmuni ɔsilio urbem adeunt: palatium emunt. & nobilẽ uitam ducunt. Constantin⁹ uero armis exercitabatur & in omnib⁹ famosus & cunctis amabilis habebat. ¶ Cum aũt die quadam in quodam torneamento plures ɔstrasset: & oibus ignotus esset: cũ ipso imp atore ɔgreditur: & cũ ipm ad terram deiecisset: & impator ei⁹ strenuitatem ɔsiderans: ipm q̃plurimũ honorasset: illum de ɔgenie sua interrogauit. Ille uero patrem suũ ignorare se dixit: matrem uero helenã ad impatorem adduxit: que ab eodem uix cognita: & secreti⁹ interrogata: helenam se esse dixit: patrem suum ac patriam prodidit: omnesq; suos euentus pandit: constantinũ quoq; imperatoris filium esse asseruit: & i signũ hoȝ anulũ ei⁹ cesari psẽtauit. Quod audiens ɔstantius letus ultra moduȝ efficitur: & quia uxor nuper defuncta erat: helenã in cõiugem desponsauit: atq; cũ rege bizãtii matrimoniũ ɔfirmauit: eo q; mortuo orientis impium acquisiuit. Filiũ quoq; suũ ɔstantinum in cesarem ordinauit. Quo defũcto eidem ɔstantinus in imperium successit. Helena autem bizantii existens a iudeis circũuenta xpm in quẽ adhuc plene nõ credebat: cũ neq; baptismũ accepisset reliquit: & iudaismũ accepit. ¶ Postq̃ aũt ɔstantinus a scõ siluestro baptizat⁹ est: & a lepra mundatus: & post disputationẽ habitã de fide inter iudeos & siluestȝ: & ipsa quoq; helena ɔuersa est ad xpm: ut habitum est supra in gestis siluestri pape pridie calen. ianuarii. ¶ Post hec aũt helena amore passionis dñi aiata hierosolymã perrexit: & crucẽ dominicã requisiuit. Sanctũ quoq; quiriacũ: q prius iudas est uocatus hierosolymoȝ epm ordinauit: partẽ quoq; dñice crucis ɔstantinopolim ad filium suũ impatorem attulit: partẽ uero in hierusalẽ dimisit: ut hec oia acta sunt supra in historia de inuẽtiõe scẽ crucis. 5. noñ maii Ipsa uero btã helena opibus pietatis & religionis insudens: octogesimũ etatis annum agens in sanctitate uite in pace quieuit apud urbẽ romã. 15. calẽ. septẽbř. Sepultaq; est in ecclesia scõȝ marcellini & petri. Cuius corpus filí⁹ ei⁹ ɔstantinus impator inde ɔstantinopolim transtulisse dř: postq̃ ad ipsã urbẽ habitaturus accessit. ¶ In tẽporis uero ɔcessu de ipsa urbe regia a uenetis translatũ esse fertur uenetias ipsum corpus: & sepultũ iacet in monasterio suo nomini edificato.

¶ De scõ agapito martyre. LXXIIII

Agapitus martyr passus est apud ciuitatẽ pnestinã sub aureliano impatore preside uero antiocho qui a scõ porphyrio martyre enutritus & in fide doct⁹: cũ esset annorũ. 15. & amore xpi martyrio ferueret: sponte se impatori in urbe obtulit: & se xpianum uiua uoce asseruit. Iussu ergo impatoris tẽtus & neruis crudis durissime cesus: deinde psidi: ut ɔpelleret sacrificare tradit⁹ est Qui durissimo carcere ipm iclusit: & per q̃tuor dies cibũ omnẽ negauit. Attulus uero siue anastasi⁹ cornicularius eũ custodiebat: & ab eo uerba uite audiens: pene in xpm credebat: inde de carcere presidi exhibit⁹: prunas ardentes sup caput eius iussit imponi: & cum gr̃as martyr deo ageret: flagellis ceditur: & nud⁹ capite deorsum uerso suspenditur: atro subter eũ fumo scõ: oibusq; abeũtibus sic stare mandatur: donec in ipso cruciatu deficeret. Mandatũq; est p presidẽ ut nullus oino ad eũ accederet. ¶ Post dies aũt quattuor anastasi⁹ cornicularius illuc accedens: uidit eum solutũ sup fumũ ambulãteȝ & psallẽtẽ. Et ɔuersus ad xpm hoc psidi nũciauit: quẽ preses carceri mãcipauit: agapitum uero iteȝ detentum a quattuor sibi inuicem succedentibus flagellis cedi durissime iussit: deinde bullientem aquam super uentrem eius ministri diaboli effuderunt: & maxillas eius confregerunt. Interea preses subito de tribunali suo cadẽs a ministris collectus: & in lecto reclinatus est: & sentiens dei uirtutem in martyre post modicum tristem animam emisit. Quod cum imperatori nunciatum esset: iussit agapitum ad ciuitatem pnestinam duci: & ibidem in amphitheatro leonibus subiici. Sed mansuefacte fere ad lambendum pedibus martyris se inclinauerũt. Quod uidentes sceleris ministri iussu imperatoris tulerunt sanctum martyrem: & uenerunt cõtra ciuitatem prenestinã miliario ab urbe uigesimo tertio: ubi sunt due colũne: & eum ibi gladio percusserunt. 15. calendas septembris. Cuius corpus a christianis sepultum est miliario primo ab urbe in sarcophago nouo ibi diuinitus inuento.

¶ De sanctis ioanne & crispo martyribus. LXXV

Ioannes & crispus presbyteri rome passi sũt sub diocletiano augusto: Qui cum inundante persecutione ipsius impatoris: multa sanctorum corpora officiosissime sepelissent: & ipsi ab imperatore tenti: gladioq; in christi confessione cesi: eorundem martyrũ meritis & ipsi sociati: gaudia uite meruerũt 15. calẽ. septembris: ut dicit ado.

¶ De scõ magno & sociis mr̃ib⁹. LXXVI

MAgnus mř passus ē in cesarea cappadocie tpre aureliani impatoris sub preside alexādro. Qui ex ipa ciuitate ortus: defūctis parētib⁹ xpianis: ipe in fide xpi cōstantissimus: dū oraret ad dūm: uoce sibi de celo lapsa ad martyriū ꝯfortatur. Quā uocem cū audissent pagani eū tenuerunt: & in carcerē concluserunt: & post dies quattuor p̄sidi eū obtulerūt. Quē sacrificare diis recusantem tradidit preses alexādro & zozimo sacerdotibus idoloꝝ: ut eum igne ꝯsumerent. Qui miserunt eū i caminum ignis ardentis. Statimq; flāma extinguitur: & post dies .3. martyr xpi inde illesus educitur. Hoc preses audiēs caminum amplius accēdi fecit: & ipm iterū intromisit: ubi quinq; dieb⁹ inclusus stetit. Flāma quoq; i duas ptes diuisa: ipe intactus omnino permāsit. ¶ Post dies .v. accedentes milites: ut uel ossa eius inuenirent: audientes eū psallentem respexerūt: & quasi milia angeloꝝ cum eo uiderūt. In quoꝝ medio magnus iustus deū laudabat. Cū autē iussu p̄sidis educt⁹ eēt: & xpi uirtutē preses magie deputaret. Iussit eū in amphitheatrū duci & feras ei laxari. Et prio qdē ursa pessima ad eum dimissa: in terrā ꝓstrata pedes illius lingebat. Deinde leopardus exiliēs collū ei⁹ amplexus lingua sudorē uultus ei⁹ extergebat. Tertio leo ferocissim⁹ & ingens a uenatorib⁹ captus itromissus ē. Et cū multitudo paganoꝝ eēt itra amphitheatrū: anteq̄ abirent: leo de manib⁹ uenatoꝝ ꝓsiliuit & in gētiles irruit. Angelus uero harenariū ꝯclusit ut nemo aufugere posset. Et laniante leone multitudinē paganoꝝ ad mādatū sci solus p̄ses cū officio suo illesus pmāsit: & leo ad caueam māsuetus rediit. Tūc exiēs preses oēs exire mādauit: & solū magnū ibidē dimisit: leonēq; dimitti fecit: qui ad pedes eius procidit & osculabatur eū. Quo uiso miraculo ✝.2597. pagani in dño crediderūt. Qui oēs iussu alexādri presidis decollati sūt. Deinde eo mādante gentiles populi scūm mřem tulerunt: & extra urbē eiectū lapidauerūt. Cūq; super eū aceruū lapidū iactassent: cumq; iam mortuū existimassent: subito mř xpi cū cūctis audiētibus dūm orauit: ut susciperet aīam eius in pace. Et statim emisit spiritū. Cuius corp⁹ a xpianis in ipa ciuitate sepultū est in sarcophago nouo .xiiii. cal. septembris. Martyrum uero alioꝝ corpa iuxta muros urbis in cemiterio sunt tumulata.

¶ De scō ludouico epo or. minoꝝ. LXXVII

LVdouicus eps tolosanus de ordine minoꝝ filius illustris regis caroli & regis roberti german⁹ fuit. Qui cū eēt annoꝝ .xii. pro illustri domino carolo patri suo i catalonia obses fuit. Cui astiterūt fres minores: a quibus legē uite & discipline pcepit: uotumq; dño uouit: q si de custodia dimitteret minoꝝ fratrum ordinē ingredereť: uirginitatē quoq; suā dño perpetuo dedicauit. Sed post quadriēniū dimissus paterne hereditati renunciare cupiēs: cepit mūdi cōtemptor esse: miroq; modo deo deuote seruire. Cūq; pater ei uellet i coniugē sororē regis francie tradere: omnino ꝯtempsit: & extunc omnimode ordinē intrare disposuit. Quem fratres eius robertus & carolus martellus: totis uirib⁹ a proposito distrahebāt. Sed nil proficiētes eum clericari pmiserunt. Cū aūt ipm iam subdiaconū effectū papa uellet in epm promouere oino renuit. Cōtemplatiue aūt uite totus intent⁹ etiā actiue se exercens pauperibus largiflue ministrabat. carnem quoq; mira pnia macerabat. ¶ Factus tādē frater minor i uigilia dñice natiuitatis & de licentia sūmi pontificis statim professus: eadem die per sūmum pontificē ꝓnunciatus ē eps tolosanus. Qui nō obstante q eēt epus regularē ordinis ꝓfessionē ad literā mirabiliter obseruabat. Sicq; ecclesiā tolosanā uerbo piter instruēs & exemplo scitate pollēs: dieq; mortis sue ante triduū predicem anno dñi .1295. 14. cal. septēbris cum eēt ānoꝝ .35. feliciter emisit spiritū. Sepultusq; ē massilie iuxta qđ decreuerat miraculis clarus. ¶ Anno autē dñi .1319. de mandato pape ioannis xxii. corpus ei⁹ de terra leuatum est: & capsa argentea honorifice cōditum: presente rege roberto ei⁹ fratre: & multis platis ac clericis & populis infinitis. In cuius trāslatiōe quinq; mortui redierunt ad uitā: & multi infirmi a diuersis langorib⁹ sanati sunt.

¶ De scō donato presbytero. LXXVIII.

DOnatus presbyter apud pagum sigistricum galliaꝝ claruit. Qui ex urbe aurelianeñ ad eādē ciuitatem in mōte qui diciť iura adueniēs: anachoriticā uitā multis annis exegit: multisq; miraculis floruit. Qui inter cetera draconē terribilē sua oratione inde fugatum extinxisse fertur. Cūq; dies uocationis eius istaret: adueniente abbate mario diuinit⁹ admonito: ut ad eum accederet. Inter uerba oratiōis migrauit ad xpm: ab eodem patre ibidē sepultus .14. cal. septēbris.

¶ De scō iulio senatore & mře. LXXIX.

IVlius senator & mř rome passus est tēpore cōmodi ipatoris. Qui audita predicatiōe scōꝝ eusebii: uincentii: pegrini: & potentiani de quib⁹ diceť infra .viii. calē. septembris: ꝯuersus est ad xpm: & a rufino pſbytero cum omni domo sua baptizatus. Cūq; omnia sua paupibus erogasset: dum xpm

ꝑtereã :a ceſare detentus & examinat⁹: atq; magiſtro peditum uitellio traditus eſt : qui ab eodem in cuſtodia dieb⁹ pluribus reclu ſus: inde educt⁹ :cũ ſacrificare nollet: tam diu fuſtibus eſt ceſus: donec ſpiritum emitteret. Cui⁹ corp⁹ ante amphitheatꝝ dimiſſum: eu ſebius & ceteri predicti martyres ſepelierũt in cemeterio calepodij. qui paſſus eſt. 14. ca len. ſeptembris.

De ſcõ heli ſacerdote. LXXX

Eli ſacerdos & iudex iſrael un⁹ & ultimus fuit inter iudices po puli dei : qui eccleſiaſtici .xlvi. capitulo in ſcõꝝ patꝝ ueteris te ſtamenti catalogo numerantur. Qui quãuis ex eo ꝙ remiſſus fuit i filios ſu os malos & preuaricatores legis dñi corri gẽdos tẽporali pena mortis ſubite a deo pu nitus fuerit: quia tamẽ in ſe bonus & ſanct⁹ extitit: credendũ eſt: ꝙ ſue ſãctitatis premia eternaliter nõ amiſit. Hic cum eẽt de genere aaron ſacerdos & iudex in iſrael: coram arca domini in tabernaculo miniſtrabat in ſilo. Ipſe quoq; ꝑdixit anne uxori helchane: que ſterilis fuerat: filium ex ea naſcituꝝ : ut tra dunt hebrei: quẽ illa uouit dño ſe daturam. Cum autẽ heli duos haberet filios ophim & phinees: qui dñm neſcientes partem ſacerdo talẽ de ſacrificiis anteq̃ adolerent: adipẽ tol lebant ab offerentibus crudũ cõtra legẽ dei ut lautius ſibi pararẽt eũ: quod nõ erat por tio ſed rapina: dormierunt etiã cum mulieri bus obſeruantib⁹ ad hoſtiũ tabernaculi: & eas que uenerant ad purificandũ polluebãt. Pater eoꝝ hoc agnoſcens: tepide eos redar guebat: ꝓpter quod per uirꝝ dei reprobatus eſt a dño: ne ſacerdotio dom⁹ ei⁹ fungeretur: & tẽporali pena puniend⁹ ꝓmittitur: ut ipſe mala morte cũ filiis ſuis periret. ¶ Et eum heli ad talẽ dei cõminationẽ quaſi reddere tur incredulus: ꝯfidens de magna miſericor dia dñi. Et ſamuel adhuc puer oblatus dño a parentibus corã heli i tabernaculo miniſtra ret: & heli iam ſenex eſſet: apparuit deus ſa mueli: eũq; tertio uocauit: ac eidem ꝑdixit: ꝙ quicquid heli ſacerdoti cõminat⁹ fuerat: ad literam adimpleret: ut dicet infra: cũ de ſamuele aget. Quod ipſe ſamuel heli inter roganti p oia retulit. ¶ Cũq; philiſtei in ꝑ lium cõtra iſrael ꝯgregati ueniſſent: & quatuor milia ex eis occidiſſent: & ſeniores iſra el hoc egre ferentes ad inuicẽ ꝯſilium habu iſſent: arcam dñi de ſilo in prelium ſecũ tu lerunt: & eum duob⁹ filiis heli arcam comi tantib⁹ ꝯtra philiſteos ierũt. Videntes aũt philiſtei arcã dñi timuerũt: ſed acri⁹ ex hoc pugnantes iſraelitas fugere ꝯpulerunt: & ex eis .xxx. milia occiderunt: arca quoq; dei ea pta eſt: & duo filii heli mortui ſunt. Heli aũt ſacerdos ꝑ ſenectute cecutiens ſedebat ꝯtra tuitam: que ducit ad caſtra. Et cũ audiſſet nũ cium: qui de ꝑlio fugerat: ꝙ populus ceſus eẽt: & duo filii eius interfecti: ſiluit: & patiẽ ter tulit. Cum aũt audiſſet arcã captã : pro pter dei reuerentiam moleſte tulit: & cadens de ſella retrorſum fractis ceruicibus expira uit. Iudicauit aũt iſrael. 40. annis : & ſepult⁹ eſt in ſepulchro patꝝ ſuoꝝ: cuiuſq; dies obi tus certus nõ habetur: de ſamuele ei⁹ diſcipu lo dictur⁹ ipm ꝑmiſi: quoꝝ ad inuicem geſta continuantur. Hec ex primo libro regũ a pri ncipio uſq; ad capitulũ quartum: & ex dictis ioſephi & hieronymi atq; ex hiſtoria ſchola ſtica ſumpta.

¶ De ſcis helchana & ãna ei⁹ uxore. LXXXI

Elchana uir iuſt⁹ & ãna ei⁹ uxor ſamuelis ꝓphete parentes inter ſanctos priſci tẽporis a ioſepho & hieronymo ꝯputantur: quorum laus tam ex primo libro regum q̃ ex benedicta eoꝝ ꝓle ſuſcepta ꝑcipitur. Fu it aũt helchana de ramathain ſiue ramatha: que in euãgelio dr arimathia: que ſita eſt in mõte effraim: & fuit de iſuar auunculo moy ſi ꝑ chore deſcendens: & ſic p patrem fuit de tribu leui: per matrem uero de tribu iuda. Habuit quoq; duas uxores uidelicet fenenã ſecundam & annã ſterilẽ: & cũ eſſet anna pul chrior: & uir eã diligeret: fennena ei inuidẽs exprobrabat ei: & obiiciebat ſterilitatem. Et cum de more ſuo aſcenderet debito tpe hel chana: ut imolaret dño in ſilo : ubi tũc erat arca dei: que i tabernaculo ſeruabatur: & quo dam tẽpore ipſe helchana cũ ambabus uxo ribus aſcendiſſet: & filios ac filias quos habe bat de fenena ſecũ duxiſſet. Anna triſtis pro ſterilitate ad fores tabernaculi egreſſa ora uit ad dñm ꝓ ꝓle habenda: & uotum uouit: ꝙ ſi de⁹ ſibi maſculũ largiretur: ꝙ faceret ipm nazarenũ: & altaris miniſterio ꝑpetuo depu taret. ¶ Et cũ heli ſacerdos eã orantẽ obſer uaſſet: & triſtitie eius cauſam audiſſet: diui no ſpiritu eidem prenũciauit : ꝙ deus exau diſſet eam: que ex ꝓmiſſiõe ſacerdotali ſecu ra iam de ſobole facta ẽ: & reuerſa cũ uiro i domũ ſuam ꝯcepit: & pepit filium: uocauit q; nomẽ eius ſamuel: eo ꝙ a dño poſtulaſſet eũ. Nec aſcẽdit mulier cum uiro in ſilo : do nec ablactaret filium. Et cum ipm ablactaſ ſet: uidelicet cum eẽt annoꝝ. 12. adduxit eũ cum muneribus in ſilo : & obtulerunt eum parẽtes heli: ut eẽt miniſter in ꝯſpectu dñi: ſcḋm uotum quod emiſſat eius mater. ¶ Et no ta ꝙ ſũt tres ablactiones. Prima a lacte mã mille: que fit in tertio anno. Secunda a lacte infantie: que fit i ſeptimo. Tertia a lacte pue ritie: que fit in decimo . Et ſic amouetur puer a lacte: a pedagogo: a timore . In hac uero

tertia ablactatiōe samuel deo oblatꝰ ē: quasi iam idoneus ad seruiendū. Post hec uero anna habuit tres alios filios & duas filias: qđ deus facere uoluit: ut filiū quem quodāmodo ſm carnē pro deo amiserat: in alia sobole triplicaret: & p hoc ostēdat: qa qđ deo conceditur etiā in tēporalibꝰ nō amittit. Quieuerunt aūt in pace helchana & uxor eius anna & sepulti sunt in ciuitate sua in ramatha. Quibus aūt diebus migrauerūt expressum non habetur: & iccireo gestis filii eius cuiꝰ solēnitas sequitur: non imerito premittunt. Hec unde supra.

De sc̄o samuele ꝓpheta & iudice. LXXXII

Samuel ꝓpheta & iudex populi israel scītissimus: q nedum inter patres antiquos sc̄ōs testamenti ueteris ecclesiastici. xlvi. ca. plurimū cōmēdatur: sed etiā in plerisq; diu ine scripture locis: ut sc̄ūs magnificat & ponitur: filiꝰ fuit helchane ephratei de ramatha de tribu leui: & anne eiꝰ uxoris de qbus supra proxio actum ē. Qui matris eiꝰ orationibꝰ a dn̄o postulatus fuit: uoto ꝑmisso: q ipm ad perpetuū seruitiū dn̄i manciparet: qđ & parētes ipsius fideliter adiplere curarunt: ipmq; duodenē heli sacerdoti i silo obtulerūt. Et ab illa etate ut dicit iosephus plenarie ꝓphetare cepit. Cū autem filii heli legis dn̄i eēnt trāsgressores: & heli tepide corrigeret illos: & dn̄s eidē ac filiis eius per ꝓphetā mortē ꝯminatus fuisset: nec adhuc heli uerbis dn̄i fidē plenā adhiberet: ut superius dictum ē in gestis heli. Factum est: ut heli i lecto suo iaceret: & iā ꝓ senectute ipsius oculi caligassent: & samuel iacebat iuxta tabernaculū cum heli sacerdote. i. prope lectū eius. Quē dn̄s uocauit ex nomine. Qui surgens accessit ad heli credēs se uocatum ab eo: sed heli ipm uocasse denegans ad dormiendū remisit. Cūq; hoc idem & ſo & tertio factū esset. Intellexit heli q deus ipsū uocasset: & instruxit puer̄ qualiter iter̄ respondere deberet: uocatus aūt iterato a dn̄o cum respondisset: loquere dn̄e: indicauit ei dn̄s eandem ꝯminationē in domū heli: quaȝ primo fecerat per uirū dei. Mane autem samuel ab heli adiuratus: indicauit ei oia que locutus ē ei deus. Creuit auteȝ samuel & cognouit ois populus: quia fidelis esset ꝓpheta dn̄i. Et ꝯsulebat eū ois populꝰ iuxta ꝓceptum dn̄i. Preceperat eni deus: ut abiicerēt ariolos & diuinos: & huiusmodi: & sciscitarentur a fratribus uerbū domini. Mortuo uero heli sacerdote: ut superiꝰ dictū est. Samuel i locum eiꝰ successit i iudice. Qui populū domini adduxit in masephat: ut oraret pro eis: eo q philistei terminos israel inuasissent. Tūc samuel effudit aquā corā dn̄o: in q̄ maledicta ꝯgesta erāt: quam si bibebat idolatra labia ipsi inseperabiliter adherebant: forte in signum federis sicut fecit iosue. Quidam tamē asserunt samuelē idolum redegisse in puluerem: & mixtū dedit populo ad bibendū & in barbis eoꝝ iudicasse reos idolatrie a nō reis sicut oli fecerat moyses. Et iudicauit eos ibi samuel. i. docuit iudicia dei. Et audierūt philistei cōgregatū eē israel in masephat & armati ascēderūt aduersus eos. Clamauitq; samuel ad dn̄m: & obtulit agnū lactētē in holocaustū. Et inito prelio dn̄s intonuit fragore magno sup philisteos: & mota ē terra: & p loca pandebat hiatus: & philistei in fugā uersi cesi sunt a filiis israel: q persecuti eos usq; ad terminos terre sui. Tulitq; samuel lapidē: & posuit eū in terminis: nec ausi sunt ultra philistei intrare termios israel: uiuēte samuele: iudicabat itaq; samuel populū in bethel & galgalis & masephat circuiēs per annos singulos & reuertebatur in ramatha: sed & ibi iudicabat israel. Cū autē senuisset samuel: posuit filios suos iudices ioel & abiā: alteꝝ i bethleem alteꝝ i bersabe ut ibi populū iudicarēt. Qui declinauerunt pꝰ auaritiā & puerterūt iudicia. Quod non ferēs populus petiit a samuele regem. Qui diuina reuelatiōe saulē de tribu beniamin sibi a dn̄o missum unxit in regē sup israel: & ipse samuel iudex ē factus: q ꝓfuerūt simul in populo. 40. ānis ut iosephus scribit. Processu uero tp̄is mandauit samuel sauli regi iubēte dn̄o: ut deleret amalech: & nec hōi pceret nec iumētis. Qui ꝯtra ꝓceptū dn̄i: postq̄ amalechitas expugnasset: pepercit agag regi amalech: & optimis armētoꝝ: pp qđ a dn̄o reprobatus ē: & regnū eius ad dauid trāslatum ex ore samuelis ꝓphete dn̄o ei mandante: licet ꝓpheta dei pro saule dominū plurimū exorasset. Sicq; post aliquot mēses samuel propheta iussu diuino iunxit dauid filiū isai de bethleē in regē futuꝝ sup israel adhuc uiuēte saule. Et extunc cepit regnum saulis declinare: dauid aūt in oibꝰ ꝓspari: sicut dictum ē supra i gestis dauid regis. 4. cal. ianua. Postq̄ aūt samuel populum dn̄i laudabiliter iudicasset mortuus ē. Et fleuit eū uniuersus israel singuli tanq̄ ꝓpriū patrē lugentes: & sepelierūt eum in sepulchro paterno in ramatha. Qui dormiuit in domino. 13. cal. septēbris. Huiꝰ ossa sacratissima: Archadiꝰ iperator de iudea trāstulit i thraciā portātibꝰ ep̄is ac occurrētibus populis tanta leticia: ut q̄si ꝓsentē uiuentēq; cernerēt atq; susciperēt: ut de palestia usq; chalcedonē iungerētur populoꝝ agmina in xp̄i laudes una uoce ꝓsonātia: ut scribit hieronymus libro ꝯtra uigilantiū. Hec ex primo libro regum a. 4. ca. usq; ad. xvi. & aliis

uoluminibus quibus supra.

¶De sancto samuele presbytero. LXXXIII

SAmuel pſbr̃ ecclesie edessene claruit tēpore anastasii primi imperatoris. Qui seā uita sublimis & doctrine: sapiētia clarus: multa aduersus ecclesie inimicos intentione tamen precipua contra nestorianos & timotianos syro ſmone ↄscripsit: quē apud ↄstantinopolim adhuc tēpore suo i carne uiuere: & scripta eius se testat̃ agnoscere illustris gēnadius: qui & apud ipsam ciuitatē in xp̄o qeuit cū pace: ibidēq; tumulatus.

¶De sancto bernardo abbate ordinis cistertiensis. LXXXIIII

BErnardus abbas claraualleñ & doctor claruit tempore eugenii pape tertii & federici imperatoris primi: qui ex prouincia burgūdie castro fontanis patre milite telecino matre aleth religiosa dn̄a ortus est. que sex mares filios genuit monachos futuros: feminā unam sanctimonialē: quos ut ediderat dn̄o offerebat: & ipsos pueros cibis grossioribus q̃si eremo magis q̃ curie nutriebat. Cum aūt tertiū. s. bernardū gestaret in utero: uidit per somniū catellum candidum & latrantē in utero se habere. Quod cū cuidam uiro dei exposuisset. ille uoce ꝓphetica rn̄dit: ꝙ optimū catulū pareret: qui domus dei custos futur⁹ eēt: eo ꝙ predicator fieret egregius: & cōtra inimicos daret latrat⁹: ac multos medicinalis lingue grã esset curaturus. ¶Cum autē bernard⁹ adhuc puer in natiuitatis dn̄ice nocte officium expectaret: aui d⁹ scire qua hora xp̄s natus eēt: media nocte eidem appruit puerulus iesus: q̃si denuo ex utero matris natus. Vnde extunc illā fuisse horā dn̄ice natiuitatis ↄgnouit. Ex illa ergo hora in his: que ptinent ad illud sacramētum: sensus ei pfundior & ſmo copiosior datus est. Quod patet in illo initio opusculoꝝ suoꝝ: quod edidit: cū homeliā illā sup euāgelio Missus est gabriel. cōposuit. ¶Verū antiquus hostis eius castitati inuidens: multos ei laqueos tentationis opposuit. Cum semel in quandam feminā diu oculos defixos habuisset: de se cōtinuo erubuit: ac i stagnū gelidaꝝ aquarum insiluit: ibiq; tam diu mansit: donec a carnali ↄcupiscentia totus refriguit. ¶Alia nocte puella quedā se nudam i lecto ipsius posuit: quam ille sentiens partem lectuli ei concessit: donec illa ipsum cernens immobilem: erubescens inde recessit. ¶Alias etiam hospitatus in domo cui⁹ matrone: cum illa in eius pulchritudinē exarsisset: nocte silenter ad lectum eius accessit. Illo q; clamante latrones mulier se abscōdit. Surgentes uero famuli latronem quesiuert: sed non inuenisēt. Cūq; hoc idem usq; tertio factum esset: mulier tandem desperata recessit. Dum uero mane a sociis quereretur: quō tot uicibus latrones clamasset. Respondit: ꝙ uere latro ei insidiatus fuerat: quia hospita thesauruꝫ sue uirginitatis irrecuperabilem auferre uoluerat. Et extunc cistertiensiū ordinem ingredi deliberauit. Quod cū fratres eius omnimode prohiberent: tantam ei dn̄s gratiam contulit: ut non solum nō prohiberetur: sed omnes fratres suos & alios plures ad religionem domino lucraret̃. Fratri aūt suo gerardo uerba ei⁹ uana reputāti p̄dixit: ꝙ lancea latus eius perforaret: & tunc compunctus uerbis eius consensum preberet. Post paucos dies gerardus ab inimicis capitur: & lancea in latere uulneratus carcerat̃. Ad quem bernardus ueniens eundem cōfortauit: promittens ꝙ cito liberaretur: & monasterium ingrederetur. Eadem nocte compedes gerardi de pedibus eius ceciderūt: & hostio per se aperto ipse euasit: indicauitq; fratri se mutasse ꝓpositum: & uelle fieri monachū. ¶Anno igitur dn̄i. iiia. a constitutione ordinis cistertiensis. i5. seruus dei bernardus annorum. a2. cum fratribus & aliis sociis. 30. ordinem cistertiensem ingressus est. Qui mox totus ita in spiritum absorptus est: ut iam nullis corporeis sensibus uteret̃. Quem abbas cistertiensis ad edificandū domum clareuallensem post modicum misit: ubi multo tempore in nimia paupertate uitam duxit. Vigiliis autem & orationibus intentus continue carnem mira penitentia flagellabat: & maxima ieiuniorum inedia domabat. In uestibus autē & aliis cunctis semper paupertatem amabat. Quicquid uero i scripturis didicit: in agris & siluis consitebatur accepisse: & nullū se magistrum aliquādo habuisse. Oranti quoq; sibi confessus est expositionem oratiōis dominice sibi scriptā apparuisse. Humilitatem autem & patientiā ultra modum in cūctis ostendit. ¶Cum trecentas marchas argenti sibi pro cenobio cōstruendo missas predones abstulissent: patienter tulit: deumq; benedixit: qui sibi a tanto onere pepercit. ¶Quidam canonicus regularis ad eum uenit: & ut in monachum reciperetur rogauit: cūq; ille nō acquiesceret: sed ad suam ecclesiaꝫ redire suaderet: aduertens ꝙ canonicus ex leuitate ordinem mutare uellet: canonicus ad contraria multa prorupit: ac demū ipm̄ in maxilla pcussit. Cūq; astantes i sacrilegum insurgerent: ille ne cū tāgerēt per ebristū adiurauit: & sine ulla ultione patienter dimisit. ¶Pater eius qui solus in domo remāserat. ad monasteriū iuit: & ibidem post aliquod tempus in senectute bona decessit. Soror uero ei⁹ i seculo nupta

cum multo comitatu & pompa ad monasterium accessit. Sed ad eam uir dei exire recusauit. Cum autē lachrymās instaret & consilium anime sue saluande peteret ad eā exiit: & mundi ei gloriā interdixit. Que habitū & uitam mutans in seculo quasi in eremo deinceps deo seruiuit: & tandē multis precibus a uiro licentia habita monasteriū introiuit. Tanta autem abstinētia & uigiliis corpus atteruit: ut fere continua grauissima infirmitate langueret. ¶ A ciuitatibus ianueñ & mediolaneñ in epm electus consentire renuit: dicens se non esse suum: sed aliorū seruitio deputatum. ¶ Cū quodaʒ tēpore fratres cartusienses uisitasset: loci prior contra ipm aliquantulum murmurauit: ꝙ sella cui equitādo presidebat nimiū curiosa esset. Quod cū uir dei audisset miratus querebat qualis sella foret. Nam illuc usq; a claraualle uenerat & qualis esset sella non perpēderat. ¶ Iuxta lacum etiam lausanensē unius diei itinere pergens ipsum non uidit: & cū sero socii de ipso lacu loquerentur: ubi esset lacus ille interrogauit. ¶ Predicanti sibi aliquādo inanis glorie tentatio irrepsit: ꝙ optime populo predicaret. Qui mox in domino cōfortatus tentatori respondit: ꝙ nec per ipm incepat: nec per ipsum dimittere intendebat. Frater robertus eius monachus & secundū seculum propinquus: quorūdam suasione ad monasterium cluniaci se contulerat: quē uir dei statuit per epistolam reuocare. Cum autem eā scriptori sub diuo dictaret: superueniēte subito imbre: scriptor surgere uoluit. Bernardus uero ut procederet in scribendo suasit: quia opus dei erat: qđ ipsi faciebant. Sicq; scripsit epistolam in medio imbre sine imbre. Cum enim circa eos undiq; plueret: inde molestiam imbris uirtus expulit charitatis. ¶ Monasterium quoddam multitudo infinita muscarum occupauerat: que monachos grauiter infestabat. Quas uir dei excōmunicauit: & mane omnes musce mortue sunt reperte. ¶ Cum a mediolanensibus ecclesie reconciliandis a papa missus papiam redisset. Quidam uxorem suam demoniacā ad eum adduxit. Cumq; malignus spiritus per multa uerba bernardum irrideret: & cū eo uir dei prolixius disputasset: tandem oratione sua immundum spiritum ex illa muliere exire coegit. Sed cum inde scūs uir recessisset: diabolus eam iterū inuasit. Quod cum sanctus per uirum eius post se currentem audisset nomen iesu christi in schedula scripsit & collo mulieris alligari mandauit. Et sic totaliter a spiritu illo maligno liberata est. ¶ Apud aquitaniam mulier alia ab incubo quodam per sex annos petulante lasciuia uexata fuerat. Que ad uiruʒ dei accessit: & que passa fuerat cū lachrymis enarrauit: cui bernardus baculum suum tradidit: & ut in lectulo suo ipm poneret mandauit. Demon autem extunc ad cubile nō audebat accedere: sed acerrime comminabatur: ꝙ eo recedente se de ipsa atrocius uidicaret. Quod cum sancto retulisset: ille populum conuocauit: & candelis accensis omnia publice enarrauit: ac demonem illum excōmunicauit. Sicq; mulier ab eius illusione penitus liberata est. ¶ Cum in eadem prouincia legatione fungeretur: ut ducem aquitanie ecclesie reconciliaret: & ille recusaret: uir dei ad altare celebraturus accessit: duce pre foribus expectante. Cum autem pax domini dixisset corpus christi super patenam posuit: & ad ducem exiuit: eidemq; per filium uirginis terribiles minas intulit: & ultionem diuinaʒ addidit: nisi ad ecclesie obedientiaʒ ueniret. Quem dux ignea facie & flammeis oculis conspiciens: territus coraʒ eo procidit: & ueniam postulauit: & quicquid sanctus precipere uoluit: mox adimpleuit. ¶ Militē quendam nobilem mōachum suum effectum grauis tentatio exeundi ordinem pulsauit. Ita ut expresse diceret se nunquam letum futurum. Quod sanctus audiens pro eo orauit: & tentatio mox discessit. Ita ut postmodum diceret se nunquam tristitiam habiturum. ¶ Cum sanctus malachias episcopus hibernie in suo monasterio migrasset: & bernardus pro eo missam pro defunctis inchoasset gloriam eius intra canonem domino sibi reuelante cognouit: & post cōmunionis collectam pro confessore pontifice commutauit. Cui dum cantor innueret ꝙ errabat: ait se non errare: sed scire quid diceret. Deinde accedens sacro corpori pedes osculatus est. ¶ Visitatus a quibusdam tyronibus in quadragesima rogabat eos: ut saltē illis diebus a suis se uanitatibus cohiberent. Quibus recusantibus uinum benedictum eis in poculum tradidit: & mox illorum uitam in melius commutauit. ¶ Tandem morti appropinquans fratribus suis: charitatem: humilitatem: & patientiam iure testamenti reliquit. Deinde postquaʒ multa miracula perpetrasset: & centum & sexaginta monasteria construxisset: anno domini millesimocentesimo & sexagesimotertio etatis uero sue anno sexagesimotertio inter filiorum man⁹ obdormiuit in dño decimotertio cal. septēbris. Sepultusq; est in monasterio clarauallēn. multis & mirabilibus miraculis refulgens. ¶ Hic doctor sanct⁹ multos libros & tractatus edidit. Scripsit libꝝ unum de cōtemptu mundi ad clericos. Item exhortatorium de

passione & resurrectione domini librum unum. De gratia & libero arbitrio librum unum. De gradibus humilitatis & superbie librum unum. Ad abbatem columbensem de precepto & dispensatione librum unum. Ad cistercien. & cluniacen. apologeticum librum unum Ad hugonem de sancto uictore librum unum Super psalmum Qui habitat. homelias. 18. Super cantica canticorum homelias septuagintatres. Super Magnificat. tractatum unum. Epistolas ad diuersos. 240. Sermões uero innumerabiles. Item ad eugenium papam tertium de consideratione libros quinque. Ad milites templi de laude militie noue librum unum. Et alia opuscula multa & elegantia compilauit.

¶ De sancto philiberto abbate. LXXXV

Philibertus abbas apud rothomagum claruit tempore clodouei regis francorum: Qui adhuc iuuenis a dagoberto rege francorum in palatio suo aduocatus: cum esset annorum uiginti elegit christi fieri discipulus: & in robatensi monasterio sub agilo abbate monachus factus est: ubi operibus penitentie uacans: multa diaboli tentamina pertulit: quas omnes christo adiutus superauit. Successitque agilo in abbatie regimine: domum sibi creditã strenue gubernando: & miraculis coruscando. Dum autem eum quidã ex fratribus liuore inuidie ex cenobio abiecissent: unus eorũ ictu fulminis interiit: alius in secessum omnia interiora deposuit. Reliqui timore percussi penitentiam agentes: ipsumque reuocantes: eidem humiliter obedierunt. ¶ Postmodum autem a rege clodoueo & bathylde regina francorum in pago rothomagensi locum appellatum gemeticum obtinuit: ubi egregium monasterium construxit. ¶ Monachum quendam quem ad regem pro causa cenobii mittere disponebat febre detentum: imperans febri sanauit & misit. ¶ Existente eo parisius latro chirothecas eius furatus est. Mane autem se ardere eiulans: & loqui non ualens: furtum cum furto abscondito patefecit. ¶ Cum nocte quadam in basilica sancti petri oraret: uisi sunt oculi eius quasi due lampades fulgentes. ¶ Monacho qui languens ad extrema uenerat: & loqui non ualebat: peccatum quoddam in confessione scienter omiserat: oratione sua loquelam restituit: illeque peccatum confessus mox expirauit. ¶ Cum fratres messem succiderent: & manipuli per agros iacerent: tempestatem subitam ingruentem a messe sedauit: & continuo serenitatem adduxit. ¶ In uilla quoque pineuio hospitatus a muliere quadam paupere in domo susceptus: uas uini quod habebat benedixit: & multis inde potantibus cunctisque satiatis ipso abeunte plenum repertum est. Quieuit in pace uir domini decimotertio calendas septembris. Sepultus in monasterio suo predicto.

¶ De sanctis xp̃ophoro & leouigildo martyribus. LXXXVI

Christophorus & leouigild⁹ martyres apud ciuitatẽ hispanie cordubam passi sunt: qui tẽpore persecutionis ab infidelibus comprehensi cum xp̃m cõfessi essent: gladio cedente martyriũ cõsumauerũt: quorum corpora post abscisionem capitum igni tradita sunt. Qui passi sunt. 13. calẽ. septembris ut ado tradit i sanctorum martylogio ex dictis hieronymi sumpto.

¶ De sanctis martyribus leontio & carpophoro. LXXXVII

Leonti⁹ & carpophor⁹ martyres in ciuitate aquileia passi sunt tẽporibus diocletiani & maximiani imperatorum sub lysia preside. Qui cum eẽnt arte medici: infirmos quoscũque ab omni languore sanabãt nõ tam naturalibus medicaminib⁹ artis sue q̃ xp̃i noĩe inuocato: erãt eñi fidelissimi xp̃iani. Audiens aũt lysias preses famam illorum: cum eẽnt ei ab eius officialibus accusati: & quod cultum deorum suorum destruerent: eos ad se accersiri fecit: & que essent eorũ nomina: que patria: que conditio: que fortuna quesiuit. Illi uero ad singula responderunt: quia scilicet noĩa eorum erant leonti⁹ & carpophorus: patria uero eorum erat arabia: cõditio xp̃iana: fortunam autem christianos nescire dixerunt. Tunc preses cepit eis persuadere: ut diis sacrificarent: promittens illos exinde honoribus sublimandos: aut si renuerẽt diuersis puniẽdos suppliciis. Cumque illi sacrificia demonib⁹ exhibere nullaten⁹ uelle respõderent: & xp̃m sibi adiutorẽ in omnib⁹ dicerẽt: atque illius cõminata tormẽta cõtemnerẽt: precepit eos preses in manibus & pedibus grauiter torqueri. Et dũ illi constantes hoc supplicium deriderent: iussit eos preses catenis uinctos in mare precipitari. Statimque angelus domini affuit: & diruptis uinculis illos e pelago ad litt⁹ incolumes eduxit. Et cum hoc miraculũ p̃ses artib⁹ magicis ascriberet & e contra illi ei christi uirtutem predicarent: illeque eos in nomine dei sui hadriani

sequi uelle diceret: ꝯtinuo duo demones affuerūt: & presidē in faciem alapis ceciderunt grauibus per horā unā. Sed orantibus pro eo scis statim demones abierūt. Tunc preses dicere cepit: ꝙ dii ꝯtra se indignati: qa illos uelle relinquere dixerat: talē in eū uindictā exercuerāt. Iussitq; scōs in carcerē trudi: donec qualiter ipsos pderet cogitaret. ¶ Altera die illos eductos & diis imolare ꝯstātius recusantes: i ignem copiosum accensum iactari mādauit. Sed tñ ignis illos in nullo lesit: sed facto terremotu nimio: erūpēs flāma plurimos paganoꝝ circūstātes exussit. Illi uero scī de ignis educti medio: nedū in corporibus sed etiā in capillis & uestib⁹ penit⁹ appuerūt intacti. Iubent ergo i equuleo suspendi & ungulis radi: sed āgelo illos custodiēte: fatigatis ad modū carnificib⁹ ante presidem deponunt. ¶ Et cū iteꝝ ac iteꝝ a pside psuasi: cultū diis suis exhibere renuerēt: fecit illos lysias pses in crucibus leuari: & a circūstante populo lapidari: ueꝝ lapides in iacientes redibāt & plurimos uulnerabant. Tunc mādatur illos a .4. ex militib⁹ sagittis ꝯfigi. Sagitte uero mrēs nō ledebant: sed retrouerse sagittarios ꝯfigebant. Et nō solum illos: sȝ alios pl'res astātes occiderūt. ¶ Lysias autē se ꝯfusum in oībus cernēs scōs dei gladio cedi iussit. Et sic accedēres spiculatores eoꝝ capita gladiis absciderūt. Quorum corpora xpiani rapiētes iuxta muros ciuitatis aquilete sepelierūt. Passi sūt aūt scī mrēs leontius & carpophorus .15. cal. septēbris.

¶ De scō anastasio martyre. LXXXVIII.

Anastasius siue attal⁹ martyr passus ē sub aureliano augusto & pside antiocho rome. Qui cū esset cornicularius: agapitū mrēm in custodia habuit mādato psidis. Et audiēs ab eo uerba uite fere ꝯuersus est. Cum autē agapitus uersis pedib⁹ superius esset suspēsus: & fumo de subter facto sic .4. dieb⁹ esset dimissus: ut supra dictū est i passione ei⁹. xv. cal. septēbris: & post dies quattuor anastasius illuc uadēs inuenisset eū solutum ambulātem & psallentē: fidē xpi oīo suscepit & baptizatus ē. Et dum hec omia que uiderat presidi nunciasset: & xpm constāter confessus esset. Iussu aureliani decollatus ē. xii. cal. septēbris.

¶ De scō priuato epo & mre. LXXXIX.

Priuatus eps & martyr passus est i territorio gaualitane ciuitatis. Qui sub persecutione imperatorum ualeriani & galieni cū xpm dominum predicaret: & deos paganorum adorare recusaret. Iudicis sētētia decollatus: & palma martyrii coronatus ē. xii. cal. septēbris. ut dicit ado.

¶ De scō quadrato epo. LXXXX.

Quadratus eps tēpore hadriani imperatoris claruit: qui multa utilia opa ecclesie digessit. Nā eidē principi apologeticū scripsit & obtulit. Librū rōnis & fidei plenū: apl'icaq; doctrina dignū: & religiōi xpiane perutilē. Scripsit & parthicū bellū sub seuero principe gestū. Audiit cassii uitam & gesta scriptiom tradidit. Et in ptibus macedonie in pace quieuit. xii. cal. septēbris. Hec hieronymus de uiris illustrib⁹.

¶ De scō timotheo psbro & mre. LXXXXI

Timotheus presbyter & mr rome passus ē sub ualeriano ipatore: & tarquinio urbis pfecto. Qui ab antiochia ueniēs tēpore melchiadis pape a scō siluestro tūc psbytero: postea romano pontifice futuro: hospitio deuote susceptus ē. Qui timotheus: cū p unum annū: & tres mēses: docēs xpi ueritatē multos populoꝝ gētiliū ꝯuertisset: tentus a tarquinio urbis prefecto: & plagarū tormētis afflictus: longaq; carceris custodia maceratᵘ: cū sacrificare idolis noluisset: ter cesus terq; grauissimis suppliciis attrectat⁹. Nouissime sniam accipiēs capitalē: iter homicidas decollat⁹ ē. Cui⁹ corpus siluester presbyter clam rapiens in domo sua occultauit: & melchiadi pape nunciauit. Qui ueniēs nocte cū presbyteris & diaconib⁹ corpus tulerūt: & in horto cuiusdā mulieris noie theone iuxta sepulturā beati pauli apostoli sepelierūt. Passus ē autem. xi. cal. septēbris.

¶ De sanctis timotheo & proterio martyribus. LXXXXII.

Timotheus alexandrinus eps & pterius ei⁹ presbyter fidei catholice pugiles extiterūt tēpore leōis imperatoris ꝯtra dioscoꝝ epm alexandrinum per timotianos hereticos itrusum uiriliter resistētes. Propter qđ heretici eū dioscoro armata manu i cena dñi alexandriam inuadētes proteriuȝ capiunt: & in ecclesia occidunt: corpusq; illius crudeliter laniatum igne ꝯsumunt: puluerē quoq; inentum dispergunt. Dioscorū uero uiolēter in epatum mittunt. Timothe⁹ uero eps catholicus uix aufugiens liberat⁹ ē. Qui post dies modicos: multū oppressus angustia quieuit i xpo.

¶ De scō symphoriano mre. LXXXXIII.

Symphorianus martyr tempore aureliani imperatoris passus est in ciuitate eduneñ. sub consulari heraclio. Qui ex augustuduneñ urbe: pre fausto nobile xpiano progenitus: cum adhuc esset adolescens tanta morum grauitate pollebat ut seniorū

nitam anticipare uideret. Cum ergo pagani in ciuitate edua festũ ueneris celebrarent: & statuã eius ante heraclium pfectũ deferrent. Symphorianus affuit: & nolens eam adorare: diu ceditur: & cesus carceri mancipatur. Et cum eductꝰ de carcere ad sacrificium cogeret: & multa ei donaria pmitteret: ipseq̃ oia tanq̃ lutũ abominaret. Iratus iudex data sententia pcepit: ut decollaret. Qui cũ ad locum duceret: mater eius de muro aspiciebat: & ipm ad passionem uiriliter ꝯfortabat: dicens ꝙ ei uita non tolleret: sed in meliꝰ cõmutaret. Mox igitur decollatus est: & corpus eius a xp̃ianis sepultum ad fontẽ: qui est extra publicũ campũ foris muros edue ciuitatis. Passus est aũt. xi. calẽ. septẽbris circa annum domini. 270.

¶ De scõ antonio martyre. XCIIII

ANtonius martyr passus est rome tẽpore cõmodi impatoris sub uitellio pfecto. Qui cum eẽt carnifex: & scõs martyres eusebium: pontianũ: pegrinũ: & uincẽtium in equuleo leuatos mandato psidis laniaret. uidit iuuenẽ stantẽ & cũ spongia scõꝝ uulnera tergentẽ: de quibꝰ infra dicet. 8. calen. septẽbris: q mox conuersus: & a rufino presbytero baptizatus: dum xp̃m ꝯfiteret iussu prefecti capitali sentẽtia damnatus est: & uia aurelia iuxta foꝝ traiani sepultus. xi. calen. septembris.

¶ De sanctis timotheo & apollinare martyribus. XCV

TImotheus & apollinaris martyres passi sunt apud rhemẽsiũ urbẽ sub nerone impatore: preside autẽ lampadio: cui primũ timotheꝰ psentatus cũ sacrificare nollet: & grauiter tortus fuisset: ac laniatꝰ & aceto & calce uiua eiꝰ uulnera ꝯspergerẽtur. Apollinaris uero gentilis assistens: uidit duos angelos timotheu astantes: & ipm hortantes: ac ut in celũ aspiceret admonentes: qui aspiciẽs uidit celũ apertũ: & iesum coronã gemmatã tenentẽ: eãq̃ ei dare pmittentem: post que angeli ad celos euolarunt. Que uia cũ apollinaris uidisset: cõuersus est. Et dũ a pside tẽtus fuisset: & in os eis plumbũ liquefactũ faceret infundi: tãq̃ glacies repente refriguit. Quo uiso miraculo multi paganoꝝ in dño crediderunt: & nocte a sancto mauro presbytero baptizati sunt. Sancti uero timotheus & apollinaris in carcerem missi sunt: ubi & apollinaris tanq̃ nouꝰ xp̃i tyro ab angelo ꝯfortatur. ¶ Die uero sequenti ✝ oẽs q cõuersi fuerant iubẽte pside decollãt. Timotheus uero & apollinaris tertio cesi: & diuersis animaduersi suppliciis in ꝯfessione dñi perseuerantes: tandẽ capitali sentẽtia puniti sũt. Statimq̃ iaculũ ignitum de celo cadens humeꝝ dextrũ psidis pcussit: & pinus a demonio arreptus infeliciter expirauit. Sanctorũ uero martyꝝ corpora a xp̃ianis in eadem urbe honorifice condita sunt. 10. calẽ. septẽbr. circa annum domini. 57.

¶ De scõ zacheo epo hierusolymoꝝ. XCVI

ZAcheus eps quartꝰ a btõ iacobo hierusolymoꝝ ecclesiam clarissime rexit. Nã ut ait eusebius. 4. libro cap. 5. Hierosolymis epi. 15. fuerunt usq̃ ad tpa hadriani imperatoris oẽs ex hebreis xp̃ianis assumpti: ueꝝ iudeis a romanis dispsis epi ex circũcisione eligi ceperũt. ¶ Hoꝝ aũt primus fuit iacobꝰ frater dñi: secũdꝰ symeõ: tertius iustꝰ: quartꝰ zacheꝰ: qntꝰ tobias: sextus beniamin: septimus ioãnes: occtauꝰ mattheꝰ: nonꝰ philippus: decimus seneca: ũdecimꝰ leui: duodecimus iustus. xiiiꝰ effrem. xiiiiꝰ ioseph. xvꝰ iudas. Hec eusebius. Beatꝰ uero zacheꝰ in ꝑ̃scitate cõmissũ sibi gregem exemplis ac doctrinis reficiẽs: quieuit i pace. x. calẽ. septẽ.

¶ De scõ zacheo epo antiocheno. XCVII

ZAcheus eps antiochenꝰ primus post petꝝ apostolũ ꝯstitutꝰ fuit. de quo in itinerario clemẽtis dr̃ ꝙ cũ petrꝰ in disputatione quam habuit cum simone mago uictoriam obtinuisset: simonq̃ ruinã a facie petri fugisset. Petrus post eũ pergens: zacheũ sibi successorẽ ꝯstituit: & pr̃sbr̃os ac diaconos ordinãs: eisdẽ populũ commẽdauit: ipsosq̃ de oibꝰ instruẽs pfectiꝰ pfectꝰ abiit. Zacheꝰ aũt eps postq̃ ecclesiã sibi cõmissam feliciter gubernasset: plenus scitate btõ fine quieuit: ibi demq̃ sepultus in pace.

¶ De scõ theona epo. XCVIII

THeonas eps alexandrinus uenerabilis fuit: nimiq̃ uirtute clarꝰ: q beatum petrũ eiusdẽ urbis epm & martyrẽ enutriuit: cui & idem btũs petrus in epatu successit: p ut sibi a domino per uisum fuerat reuelatum. Hic ecclesiam suam ab infestatione arriana tunc uigente uiriliter defensauit: qui & uirtutibus laudabilibus preclarus in pace quieuit. iii. calẽ. septẽbris: Alexandrie quoq̃ tumulatus iacet.

¶ De scõ theona abbate. XCIX

THeonas abbas pater fuit trium milium monachorum in eremo scythi: qui ut dicit sozomenus: fuit sciẽtissimus litterarum grecarum: latinarum: & egyptiarũ: qui triginta annis dicitur minime uisus irasci: aut iurare: aut mẽtiri: aut uanum: uel asprum uel infirmum protulisse ꝭmonẽ. Hic abbatem adhuc iuuenẽ quotidie

pām achitum furantē & ecclesie māducantē: sermone de continentia facto cōuertit ad penitentiā: eo q; peccatum suū publice ꝯfitente uelut lampas ignis de sinu ei⁹ egressa ē: totā q; domū fetore cōpleuit. Hic etiā dicebat nihil esse tam noxiū monachis: q̄ cogitationes suas patrib⁹ suis spūalibus cclare. Quieuit in pace in eremo de scythi. x. cal. septēbris. Hec sozomenus in historia tripartita.

¶ De scis donato & restituto & sociis mř. C.

Donatus & restiturus: ualerian⁹: & fructuosa cum aliis. xii. apud antiochiā passi sūt. Qui ꝑclarissimo ꝯfessiōis honore p diuersa genera tormētoꝝ glorioso martyrio coronati sunt. x. cal. septēbris. Hec ado in martylogio suo.

¶ De scis claudio asterio & nenone mř. CI.

Claudius: asterius: & nenon apđ lyciaȝ i ciuitate egea mřium passi sunt. Qui tēpore ꝑsecutōis ab infidelib⁹ tenti: eū xp̄m dn̄m cōfiterent: p⁹ acerba & diuersa supplicia cruci affixi sunt. In qua do spm reddiderunt. x. cal. septēbris. Hec ado.

¶ De scō porphyrio martyre. CII.

Porphyrus martyr passus ē tēpore aureliani īpatoris: sub antiocho preside i urbe roma. Hic uir dei sanctū martyrē agapitū erudiuit: & ad martyriū sua doctrina animauit. De quo supra dictū ē. xv. calē. septēbris: propter quod ab ātiocho preside decentus: post multa sibi illata tormēta emisit spm. x. cal. septembris.

¶ De scō bartholomeo apostolo. CIII

Bartholomeus apostolus natione syrus & nepos fuit regis syroruȝ ex patre solusq; ex oībus apostolis ꝑm carnē nobilitate decorat⁹ unde & propter ipm solum in cena dñi facta ē contentio inter discipulos: qs eoꝝ uideretur esse maior. Cū eni xp̄us apostolis dixisset: q; unus ex eis ipm traditurus eēt: apostoli suspicati sunt: q; ꝓditor ille hoc facere uellet: quatenus regnū israel quē sperabant carnaliter xp̄ȝ obtentuꝝ sibi usurpare cuperet. Et cū nullus iter eos eēt: qui ad tā dignitatē aspirare putaret: nisi bartholomeus ꝓpter nobilitatē regiā. Ideo habuerūt eum de tali proditione suspectū: & questionem de maioritate fecerūt. Hec damascenus: unde in quibusdā ecclesiis euāgelium i hoc festo de dicta contentiōe inter discipulos facta legit. ¶ Legitur aūt i quadā historia licet apocripha: q; dū pcuuisset ad bartholomeum regis syrie filio carentis nepotem adhuc iuuenē: de doctrina & miraculis xp̄i: apud iudeā predicantis: misit ad eum nunciū q; libenter eius discipulū se faceret: si iesus gratiam unā illi concederet. Audierat enim q; discipuli eius paupes in abiecto habitu incedebant. Si ergo ꝓpter honorē regie dignitatis sibi concederet: ut purpura idutus uteretur ipm perpetuo sequeret. Cui xp̄us optata libere ꝯcessit: dixit tñ nuncio ut ex parte sua diceret bartholomeo: q; qui materialē chlamydem depouere recusaret: adhuc pro eius amore naturalē uestem: hoc est corpis cutē dimitteret. Et sic xp̄us bartholomeum in apostolū suū recepit: & ille semꝑ purpure usum retinuit. Cum ergo post passionem dñi apostoli per diuersas mūdi ptes ad predicandum diuisi eēnt. Bartholomeus primo in lycaonia predicauit: deinde ad indiā inferiorē accessit. Et ingressus tēplum in quo erat idolum astaroth: quasi pegrinus ibi manere cepit. In hoc idolo quidā demon habitabat: q sc languētes curare dicebat: sed non subueniebat sanando: sed homines primo ledendo: deinde a lesione cessando. ¶ Veꝝ cū templū languentib⁹ plenū eēt: & nulluȝ ab idolo rn̄sum habere possent: perrexerunt ad aliam ciuitatem: ubi aliud idolū nomine berith colebatur. Et interrogātib⁹ cur sibi de⁹ suus astaroth rn̄sum nō daret. Berith rn̄dit: q; deus eoꝝ catenis igneis ꝯstrictus esset: ut nec respirare nec loqui posset: ex illa hora qua apostol⁹ dei bartholomeus illuc ingressus fuisset. Illis uero querentibus quis esset iste bartholomeus. Rn̄dit q; erat amicus dei omnipotētis: & ideo illuc uenerat ut oēs deos indie euacuaret. Dixitq; eis berith oia signa eius: q; uidelicet capillos nigros & crispos habebat: oculos grandes: nares equales barbam ꝓlixā paucis canis respersam: staturam medioerē. Colobio albo & pallio purpureo induebat̄ anni. xxv. erant ex quo uestes eius & sandalia: nec ueterauerāt nec sordidauerant. Centies in die & totidem in nocte genu flectebat. Angeli dei cum eo semꝑ ambulabant: non permittentes eum fatigari nec esurire. Omnia preuidebat: omnia nouerat: omnium gentium linguas sciebar. Et q; secum loqueret̄ ipse iaȝ nouerat: & si uellet se eis ōnderet: sin autē ipm nūq̄ inuenire possēt. Rogauitq; eos: ut eū ipm inuenirēt: eū exorarēt: ne illuc accederet: ne angeli domini sibi facerent: pro ut collegi suo astaroth fecerant ipsum catenis igneis religātes. ¶ Reuertentes autem illi per duos dies omnium peregrinorum uultus & habitus solicite q̄sierunt: & ipsum minime inuenerunt. ¶ Tertio uero die quidam pleusticus qui per plures ānos a demonio fuerat uexatus: cepit clamare ad apl̄m dei bartholomeū: q; ipm ei⁹ orationes incēdebant. Quē confestim apostol⁹ silere fecit: & a demonio pleusticū liberauit.

ret. Respondit puer: q mare disposuerat coclea exiccare: & in foueam illam mittere. Cũq; hoc augustinus ipossibile esse diceret: & simplicitatẽ pueri rideret: puer ille ei dixit: q possibilius sibi esset hoc perficere: q augustino minimã partem mysteriorum trinitatis in libro suo explicare: assimilans foueam codici: mare trinitati: cocleam intellectui augustini: Quo dicto puer disparuit. Augustinus autem ex hoc se humiliauit: & librũ de trinitate oratione premissa: utcũq; potuit compilauit. ¶ Mulier quedam afflicta ad augustinum accessit: ut eius consiliũ imploraret: quem studentem inueniens salutauit: nec ille ei quicq̃ respondit: que propius accedens negocium suum ei explicauit: sed nec ille se conuertit: nec uerbũ protulit: unde mulier amplius contristata discessit. Sequenti die dum mulier augustino celebrãti assisteret: eum corpus dominicum eleuasset ipsa ante tribunal trinitatis in spiritu rapitur: ubi uidit augustinum de trinitatis gloria attentissime disputantem: dictumq; est ei q cum ad augustinum accesserat: ille sic attentissime de trinitate disputabat. Ideoq; q ibi fuisset non aduerterat: sed ad ipsum secure rediret: & salubrem ꝯsiliatorẽ inueniret. Quod illa ad se rediẽs fecit: & augustinum clemẽtissimũ inuenit. ¶ Miraculoꝝ quoq; gloria claruit. Nam in libro .xx. de ciuitate dei duo miracula de se quasi de alio loquẽs recitat. Quorum primuz est: quia cum uirginem quandam demoniacam oleo perunxisset: & pro ea orasset: ipsaz ab immundo spiritu liberauit. ¶ Pro alio etiam adolescente quem non uidit orauit: & ille continuo demonio: qui eum obsidebat caruit. ¶ Cũ quidam fistulã patiens incidi deberet. Augustinus una cũ ipso infirmo & p eo orauit: & mane sine incisione aliqua sanus repertus fuit. ¶ Anno igitur domini .44. dum uandali totam aphricam occupassent: omnesq; ciuitates deuastassent: ad hipponeñ ciuitatẽ uenerunt: & ipsam manu ualida obsederunt. Augustinus autẽ orauit ad dñm: ut aut ciuitatẽ a piculo liberaret: aut ipm ex hac uita susciperet. Qui tertio obsidionis mense febribus laborans lecto decubuit: intelligensq; dissolutionem sui corporis imminere: psalmos penitentiales sibi scribi fecit: & contra lectũ in pariete poni: quos lecto decumbens legebat: & lachrymas iuges fundebat. Et ut deo liberius uacare posset: ante decem dies sui exitus nullum ad se ingredi precepit: nisi solum medicum & cibum ei deferentem. ¶ Egrum autem quendã ad ipm uenientem & eius auxilium implorantem manu sua tetigit: & continuo sanitatem recepit. Energuminos etiam plures in ipsa sua infirmitate curauit: & plura alia miracula fecit. Nullum quoq; quanticunq; meriti docuit sine confessione & eucharistia debere transire quod ipse suo exemplo firmauit. Sicq; ad extremam horam ueniens in pace migrauit .5. calendas septembris anno etatis sue septuagesimo sexto: episcopatus uero sui ãno quadragesimo circa annos domini .400. Sepultusq; est in ecclesia sue ciuitatis hipponẽsis: donec corpus suum inde translatum est: ut habet supra in ei⁹ translatione pridie calen. martii. ¶ Eadem hora in quodam monasterio quidam monachus in spiritu raptus: uidit augustinum in nube sedentem: pontificalibus insignitum: cuius oculi quasi solis radii totam ecclesiam illuminabãt: & odor de eo nimius exhalabat. ¶ Alio etiam tempore dum eius sermões ad matutinum in ecclesia legerentur. Beatus bernardus uidit augustinum episcopum: de cuius ore tantus impet⁹ aquarum exibat: q totam ecclesiam inundabat. ¶ Opuscula uero ipsius doctoris gloriosi omnia: nullus aut uidisse: aut legisse aut se glorietur habere: cum nec inueniri queant: ultra enim millenarium numerum excessisse creduntur: de quibus pauca attingam: curiosis cetera derelinquens. De gratia & libero arbitrio librum unum. De predestinatione gratie librum unum. De trinitate libros quindecim. De ꝯfessionibus libros tresdeciz. De ciuitate dei libros uigintiduos De baptismo libros septez. Soliloquiorũ librum unum. De sermone domini in monte libros duos. Contra faustum manicheum libros triginta tres. De fide ad petrum libros tres. De concordia euangelistarum libros quattuor. De musica libros sex. Super genesim ad litteram libros duodecim. De achademicis librum unum. Contra paganos libros tres De ordine libros duos. De anime imortalitate librum unum. De ueteri testamento libros uigintitres. De origine anime ad hieronymum librum unum. De natura boni libros tres. De doctrina christiana libros q̃ttuor. De utilitate credendi librum unum. De uera religione librum unum. De decem cordis librũ unũ. De anima & spiritu librũ unum. Vtrum anima a seipsa sit librũ unuz. De anime quantitate librum unum. Contra donatũ libros duos. Contra arrianos libros octo. Contra permenianum libros tres. De uerbis domini libros duos. De penitentia librum unum. De agone christiano librum unum. De diuinatione demonum librum unum. De opere monachorum librum unum Enchiridion libros undecim. De gratia noui testamenti librum unum. De nuptiis & concupiscentia libros duos. Retractationũ librũ unum. De baptismo paruulorũ librũ

unum. De rudib⁹ cathetizandis librū unū. De .viii. principalibus uitiis libros octo. Super psalterium uolumē ingens i quo singuli .cl. ps. exponuntur. De sancta uiduitate librum unū. De sancta uirginitate li. iii. De cura pro mortuis librum unū. De uita beata li. iiii. Si quem uero hui⁹ almi preiulis noscendi operum istorū titules maior sitis exagitat gēnadium querat: qui uoluminum ei⁹ ultra .600. nomina cōmemorat.

¶ De scō hermete martyre. CXXIX.

Hermes martyr sub aureliano imperatoris comite rome passus ē. Hūc illustrissimū & rōane urbis pfectū beatus alexander romanus pōtifex & mř baptizauit cū sorore theodora & filiis: & cum .1250. seruis suis: cum uxoribus quoq; eoꝝ ac filiis: quos omnes die sabbati pasche manumissos sacri fontis unda perfudit: ut dictum est supra in passione alexandri pape .v. noñ maii. Cū aūt traianus imperator hec audiens de seleutia hisaurie aurelianum comitē ad urbem misisset: ad xpianorum persecutionē agendaȝ. Aurelianus hermetē prefectum apud quirinum tribunum carcerauit. Alexandrum uero in alia custodia in uinculis per se posuit. Qui tamē ut supra dictum est in passione quirini .3. cal. aprilis: per puerum qui saculam ferrebat de carcere noctu per fenestraȝ eductus ad domuȝ quirini tribuni: ubi hermes in custodia tenebatur ueniens: ipsum quirinum conuertit: filiāq; ei⁹ sibi ad carcerē suū delatam a strumate liberauit: & quirinuȝ cū filia & omnibus in ipsa detentis custodia baptizauit. Cum autē hec aurelian⁹ percepisset. Quirinum in carcerem trudi mandauit. Hermetem uero decollari iussit. Qui decollatus a beata theodora sorore collectus: & in uia salaria uetere non longe ab urbe sepultus ē. v. cal. septembris.

¶ De scō alexandro epō. CXXX.

Alexander episcopus constantinopolitanus claruit temporibus cōstantini magni & constantii eius filii. De quo refert sozomenus in 8o historie tripartite: q̄ duȝ constantinus imperator uenisset bizantium: que postmodum appellata ex nomine suo cōstantinopolis dicta est: a philosophis redarguebatur: q̄ xpm coleret: & q̄ nouam legē in re publica introduxisset. Cumq; imperator disputationem ordinasset: & alexandrum epm ad hoc conuocasset: ille minus philosophie peritus: cum philosophis congredi dubitauit: tamē in deo confisus ante omnia philosopho loqui uolenti: in xpi nomine silentium imperauit. Illoq; nullatenus loqui ualente: alexander uictor efficitur: & philosophi cū plurimis conuertuntur. ¶ Sed & tempore constantii dum diuti⁹ cum arrio heretico disputasset: & contentio maxima inter catholicos & arrianos esset: orante alexandro: arrius subito uentris dolore percussus iuxta forū constātini ad secreta nature secessit: ibiq; dei iudicio omnia interriora & uitam emisit: ppter qđ fides catholica ab omnibus est exaltata: beatus uero alexander gloriosus senex post laudabilem uitam annoꝝ .94. episcopatus autem sui anno .xxxiii. quieuit in pace. v cal. septembria.

¶ De scō iuliano mře de aluernia. CXXXI

Iulianus martyr apud aluerniam passus est sub crispino cōsulari. Hic ex aluernia natus ex nobilibus parentibus & xpianis: xpianus & ipse ferreoli tribuni & martyris comes erat: & uterq; deo in militari habitu seruiebat: qui & ambo apud uiēnam degebant. Cum autem furor gentilium in xpianos uiēne seuiret. Iulianus martyrium affectabat. Sed ferreoli coact⁹ precibus ex uienensi urbe clandestine discessit: & aluerniam fugit: ibiq; aliquandiu latitauit. Quem crispinus consularis ibi esse audiēs: misso carnifice precepit inuentum occidi: ille uero sponte prosiliens: & se xpianum profitens decollatur. Cuius caput leuantes milites ad scūm ferreolum portauerunt: ut nisi sacrificaret similem sententiam exciperet: qđ & factum ē: ut dicetur infra i passione ferreoli martyris 14. cal. octobris. Sicq; factū est ut caput sancti iuliani cum corpore ferreoli in eodem sepulchro uienne locaretur: corp⁹ uero iuliani sine capite aluernie recōderetur. Qui passus .v. cal. septembris.

¶ De decollatione sancti ioannis baptiste. CXXXII.

Decollatio sancti ioannis baptiste quattuor ex causis instituta fuisse uidetur: ut dicitur in libro mitrali. Primo propter ipsi⁹ decollationem. Secundo propter ossium ipsius concremationem & collectionem Tertio propter capitis ipsius inuentionem. Quarto propter digitī eius translationem: & ecclesie dedicationem. ¶ Primo celebratur hoc festum propter ipsius decollationē que hoc modo facta est: ut in scholastica historia legitur. Herodes enim antipas filius magni herodis ascalonite: romam pficiscēs: & per fratrem suum philippum trāsitum faciens: cum herodiade uxore philippi concubuit: & secreto pepigit: q̄ in reditu suo uxorem repudiaret: & ipsam assumeret. Quod uxor sua filia regis arethe damasceno cōpiens non expectato uiri reditu: ad patrem festinauit. Rediēs autem herodes herodiadē

philippo abstulit:& sibi in coniugē accepit
Cumq; de hoc a ioanne baptista argueretť:
ipsm in carcere uinculauit:uxori quoq; pla-
cere cupiens eum occidere uoluit:sed popu
lum timuit:m tamen ocgasionem inueniret:
secreto eum uxore condixit: ut herodes die
natalis sui celebrato conuiuio:puelle saltan
ti filie ipsius herodiadis quicquid peteret se
ei daturū iuramento firmaret: & ipsa caput
ioannis peteret:quod ei propter iuramentū
tribuere oporteret:sed de iuramento facto:
contristari se simularet. Ordinato igiť cum
dis principibus suis conuiuio puella coraʒ
omnibus saltat:cunctis placet: se ei quicqd
peteret daturum rex iurat: a matre monita
caput ioannis expostulat. Versipellis hero-
des se propter iusiurādum tristem simulat:
spiculatorem mittit:& ioannē in carcere de
collari fecit:caput in disco puelle datur:& a
puella matri adultere presentatur. In hac
autem die ioannes decollatus non est:sed cir
ca dies azimorum eodem die passionis chri
sti anno uidelicet precedente: sed oportuit:
ut propter dominica sacramenta minor ce-
deret maiori. ¶ Herodes autem impunitus
non abiit:sed pro hoc scelere in exilium a ce
sare lugdunum missus: miserabiliter uitam
finiuit. Habebat enim ipsum caius cesar su-
spectum:q; romano uellet imperio rebella-
re. In cuius argumentum comperuit:q; in
ciuitatibus suis haberet arma pro septuagin
ta milia armatorum. ¶ De herodiade autem
dicitur:q; dum caput ioannis in manibus re-
neret: & eidem gaudens plurimum insulta-
ret diuino iudicio caput in eam insufflauit:
& illa protinus expirauit. Filia uero eius cū
super glaciem ludens deambularet: sub ea
glacies resoluitur:& ipsa in aquis continuo
prefocatur. ¶ Secundo celebratur hoc festū
propter ipsiꝰ ossium cōcremationem & col
lectionem:que ipsa die scilicet. 4. calē. septē
bris ſm quosdam fuerunt concremata & a fi
delibus ex parte collecta:unde quasi secun-
dum martyrium patitur:cum in suis ossibꝰ
concremať. Et ideo ecclesia hoc festū quasi
secundū eius martyrium celebrat. Nā sicut
legitur in. 12. libro historie ecclesiastice: Cū
discipuli ioannis corpus eius apud sebasten
urbē palestine inter heliseū & abdiam ꝓphe
tas sepelissent:& ad eiꝰ tumulū miracula cre
bra fierent:iubēte iuliano apostata gentiles
ossa eius sparserunt:& miraculis adhuc non
cessantibꝰ collecta igne cremauerūt:& pul-
uerem per agros uētilarunt. Dū autē ad cre
mandum colligerenť: quidā monachi ex hie
rosolymis uenientes: colligentibꝰ se latenter
miscuerunt: & magnā eoꝝ partē tollētes ad
philippū epm hierosolymitanū detulerūt:
q ea postmoduʒ athanasio alexandrino epo
misit. Postmodū uero theophilus eiusdē ur
bis epūs:ea in templo serapis a sordibus pur
garo reposuit:& ecclesiam in honorem ioan
nis baptiste dedicauit. Nunc aūt eadem ossa
apud ianuam esse dicunť: & ibidem deuote
coluntť:sicut alexander tertius & innocētius
quartus pape suis priuilegiis approbarūt.
¶ Tertio celebratur ꝑpter capitis ipsius in-
uentionem: que hoc die. s. 4. calē. septembř.
facta est. Sicut enim dicitur i. xi. libro histo-
rie ecclesiastice. Ioannes in castello arabie
dicto macheronta fuit uinctꝰ & capite trun
catus. Herodes aūt caput ioannis in hierusa
lem fecit deferri:& iuxta habitaculuʒ suum
caute sepeliri:timens ne ꝓpheta resurgeret:
si corpus cum capite sepultum eēt. ¶ Tēpo
re uero martiani principis:qui cepit āno do
mini. 452. Ioannes caput suum duobus mo-
nachis reuelauit:qui illud iuxta dictum pa-
latium inuenerunt saccis ciliciinis inuolutū
Qui dum ad propria cū dicto capite remea
rent:quidam edessene ciuitatis figulus pau-
pertatē fugiens se comitem eisdem exhibuit
Et dum peram sibi creditam cū sacro capite
portaret:admonitus in somnis a sancto ioan
ne:eos fugiens edessenā urbē cum sancto ca
pite ingressus est:ubi q̄diu uixit sanctum ca
put in quodam specu uenerans prosperitatē
maximam assecutus est. Moriens autē illud
sorori sue sub fide reuelauit: & eodē modo
inuicē successores. ¶ Post multum uero tē-
poris marcello monacho i eodem specu de-
genti hoc modo reuelatur. Nā prima nocte
dormienti sibi uise sunt: q; turbe psallentes
incederent:post quos ioannes baptista duo
bus angelis comitatus ueniret: qui omnibꝰ
astantibus benedixit:& marcellum per men
tum apprehendens: osculum pacis ei dedit.
Qui eum unde uenisset illue quesiuit: illeq;
se de sebaste uenisse respondit. Sequēti uero
nocte cum de tali uisione admiratus iterum
dormiret: quidam eum subito excitauit: &
euigilans uidit in hostio celle stellam fulgē
tem:quam dum palpare uellet:in aliā partē
se transtulit: & sic in pluribus locis post eā
iuit. Tandem i loco ubi erat sanctum caput
requieuit: ubi fodiens repperit urnam:& in
ea sanctum thesaurum. Sed dum quidā hoc
non credens manum in hydriam misisset:sta
tim manus exaruit:& hydrie adhesit. Oran
tibus autem sociis manum abstraxit:sed in-
ualida remansit:cui ioannes apparuit dicēs
ut cum caput eius in ecclesia poneretur:
hydriam contingeret:& sanitatem integram
perciperet. Quod & factum est. Cum autē
marcellus hec omnia iuliano ipsius urbis
episcopo indicasset: caput de spelunca ab
eis est eleuatum: & in ipsam urbē delatum
Ex eadē die cepit in ipsa ciuitate decollatio

ioannis celebrari: quia caput eius inuentũ ẽ: scilicet. 4. cal. septẽbris. ¶ Ipm autẽ caput postmodũ ꝯstãtinopoli trãslatũ est. Nã ut i triptita habet cũ ualens impator caput sanctum uehiculo ipositũ ꝯstantinopoli transferri iussisset: cũ circa chalcedoniã uenissent uehiculũ nullatenus ulterius trahi potuit: ideoq; ipm ibidẽ dimittere coacti sunt. Sed cũ postmoduz theodosius ipm inde auferri uellet: uirginẽ quãdam custodie capitis deputatã rogauit: ut sibi illud inde portare dimitteret. Illa aũt ꝯsensit: credens ꝙ sicut alias ita etiã tũc nõ pmitteret se auferri: quod impator purpura sua opertum ꝯstantinopoli transtulit: & ibidẽ locato ecclesiã edificauit. Inde quoq; ad gallias apud pictauiã a pipino rege trãslatũ est: ubi eius meritis mortui plures suscitati sunt. Quarto pp digiti ipius trãslationẽ: & ecclesie dedicationẽ. Digitus eni ille: ut dicit: quo dñm oñdit: nunq̃ ꝯburi potuit: q a predictis monachis reptus est: ipmq; scã thecla inter alpes trãstulit: & i ecclesia sci martini collocauit: ut in scholastica habetur. Ioãnes beleth etiam dicit: ꝙ predicta scã thecla ipm digitũ de ultra marinis ptibus attulit: & in romaniã portauit. Ibidẽ q; ecclesiã i honorẽ baptiste fabricauit: quã ecclesiã hac die quidã dedicatam asserunt: & iccirco tale festũ. 4. cal. septẽbris celebrare ceperunt.

¶ De scã sabina martyre. CXXXIII.

Sabina mr̃ rome passa ẽ tempore hadriani ipatoris sub pfecto urbis elpidio. Hec fuit uxor cuiusdam preclarissimi ualentini: & filia herodis metallarii. Que a scã seraphia uirgine ꝯuersa est ad dñm. Cui⁹ ẽt corpus sepeliuit ipa sabina: ut dicet infra in in passione seraphie. 3. noñ. septẽbris. Et pᵃ martyriũ eius beata sabina anno fere itegro elemosynis & refectioni b⁹ pauperũ instuduit. Demũ a prefecto urbis elpidio ꝯprehensa cõpellebatur: ut xpm negaret: & idolis immolaret. Que cũ se soli xpo deo uero & nõ demonis sacrificaturã diceret. Iussu nequissimi prefecti decollat: & facultates eius omnes fisco applicantur. Cui⁹ corp⁹ a xpianis sepultum est in oppido uendiensi ad arcum faustini. 4. cal. septembris: ubi ipsa corpus seraphie uirginis posuerat.

¶ De sanctis sauiniáo martyre & sauina uirgine. CXXXIIII.

Sauinianus mr̃ & sauina uirgo i ciuitate trechas uenerãt. Hi nobilissimi uiri sauini: sed gentilis filii fuerunt: qui de prima uxore sauinianũ genuit: de sa coniuge sauineã procreauit. Sauinian⁹ aũt legens uersum illum. Aspges me ꝛc. & intelligere non ualens: in cinere & cilicio prostrat⁹ iacebat: dicẽs se malle mori: q̃ non intelligere sensuz uerbi. Cui appuit angelus dñi: eiq; dixit: ꝙ si baptizari uellet: niue candidior fieret: & tunc: qđ querebat intelligeret. Ex inde igit idola cõtemnẽs de ciuitate aufugit: & ad urbem tret hasinã deuenit. Et cũ ad fluuiũ sequane uenisset a presbytero xpiano baptizatus ẽ: & uoce celica cõfortatus: qa tunc qđ dudũ quesiuerat inuẽisset. Statimq; baculũ suum i terra fixit: & ꝯfesti frondes ac flores produxit. Quo uiso miraculo. 108. uiri i dumino crediderũt. Audiẽs hec aurelianus imperator ad ipm capiẽduz milites misit. Qui eũ orantẽ inueniẽtes ad eum accedere timuerunt. Misit iteꝝ plures priori b⁹: qui cũ orãte orauerũt: & ut secum ad augustũ accederet: solis precibus impetrarunt. Qui cũ uenisset & sacrificare nollet. Imperator eũ manibus ac pedibus uinctũ iussit uirgis ferreis cedi. Deinde super scamnũ eneũ ligari: & ligna ac oleum supponi: & incendio cremari. Et cum in mediu flãme illesus oraret: & hec aurelianus magie attribueret: in crastino fecit eũ ad stipitẽ ligari: & a militibus sagittari: sagitte uero a lateribus eius i aere suspendebantur: & a nulla ipaꝝ mr̃ dñi ledebatur. Et cum iperator ad spectaculũ istud accederet: una ex sagittis regem i oculo pcussit: & penit⁹ excecauit: unde iratus impator iussit eũ in carcere recipi & in crastino decollari. Sauinianus aũt orãs ut ad locũ ubi baptizatus fuerat trãsferretur: ꝯfractis catenis & aptis hostiis per mediũ militum illuc uenit. Et uidens milites se insequẽtes super aquam uiꝙ ad locũ baptismi sui ambulauit. Et cũ milites trasuadantes eũ percutere formidarẽt: eos ut se ferirent confortauit: ac ut de sanguine suo regis oculum linirent: & statim uisuz recuperaret. Percussus ergo caput suum leuauit: & passib⁹. 49. illud portauit. De cui⁹ sibi delato sanguine impator oculuz tetigit & confestim uisum recepit. Quod audiens quidam qui antea per annos. 40. lumen amiserat ad locum se portare fecit: & protinus lumen recuperauit. Cuius corpus a xpianis ibidem sepultum est iuxta flumẽ. ¶ Sauina autem cum fratrem suũ quotidie fleret: & p eo diis immolaret: tandem sibi in somnis angelus domini apparuit: & eidem iussit ut domum suam relinqueret: & fratrem suũ honoratissimũ inueniret. Que euigilans collactaneam suam eandẽ uidisse uisionẽ audiuit. Exeuntes ergo ambe i crastino recesserunt. Que romã ueniẽs fidẽ xpi suscepit: & ab eusebio papa baptizata: i uirginitate pmãsit. In urbe quoq; duos cecos illuminauit: & duos ꝯtractos sanauit: deinde post annos quinq; angelica admonitiõe cũ comite sua inde recessit: &

ad trechasinam ciuitatē deuenit. Et cum in urbe rauēna ad domū cuiusdā diuitis quasi pegrine hospitium quererem: cuius filia q̄si mortua plāgebatur: pedissequa se excusare cepit: q̄ eas recipere nō poterat: qa sua dn̄a in extremis laborabat. Sauina aūt in xp̄o ꝯfisa intrauit: & puellam per manū apprehensam sanam erexit. Cum ergo iuxta trechasã ut ei angelus dixerat ad miliare uenissent: & ambe p̄ labore qeſcerēt: uiꝝ quendā noīe licerium nobilē de ciuitate uenientē sauina interrogauit: ubi nam frēm suum sauinianum diu amissum inuenire posset. Qui ei eundem ꝓ xp̄o passum fuisse rn̄dit: & locū sepulture demōstrauit. Ipsa uero ante tumulū fratris prostrata orauit ad dn̄m: ut susciperet ī pace spiritum eius: & cōtinuo in xp̄o obdormiuit. Ad instantiā ergo prefati nobilis omnes ciues ad eam cōcurrerunt: & corpus sancte iuxta corpus germani honorifice ꝯdiderūt: iuxta quos & postmodū p̄dicta collactanea eius sepulta est: quoruꝫ festum agitur quarto calendas septembris.

¶ De sanctis felice presbytero & adaucto martyribus. CXXXV

Felix p̄sbyter & adauctus martyres passi sunt in urbe sub diocletiano & maximiano impatorib⁹ prefecto & iudice draco: qui p̄fectus dū felicē presbyteꝝ teneri fecisset: & ad deoꝝ sacrificia inuitasset: illeq; sacrificare nullaten⁹ acquieuisset: iussit illū ī equuleo leuari: & dudū torqueri: deinde extra ciuitatē uia ostieñ duci: & ibideꝫ gladio capite truncari: corpus quoq; ei⁹ inhumatū lupis & canib⁹ derelinqui. Data sentētia obuius fuit ei quidā xp̄ian⁹ hominib⁹ quidē incognitus: deo uero manifestus. Hic cū didicisset q; btūs presbr̄ iussus fuisset duci: se ex eadem lege & xp̄ianū eē publice ꝓclamauit. Mox & ip̄e ab officio ꝯprehensus: pⁱter dato sibi prius pacis osculo cum beato felice decollatus est. Hui⁹ nomen quia christiani nō inuenerunt: adauctum eum postmodum appellauerunt: eo q; sancto martyri felici auctus sit ad coronam: ipsiq; pro confessione fidei corona sit aucta: passi sunt autem tertio calendas septembris.

¶ De sanctis terentiano & flacco martyribus. CXXXVI

Terentianus ep̄s & flaccus martyres passi sunt tēpore hadriani imperatoris apud ciuitatē tudertū sub leciano ꝓconsule tuscie: qui terentianū cōprehensum & sacrificare nolentem: deosq; demonia affirmātē: lapidibus ore cōtundi fecit: & cum idola ei oblata cōminuisset: & sacerdos idoloꝝ in faciem suā cornuisset: iussit ꝓcōsul sanctum in equuleo leuari: & scorpionibus grauiter cedi: ignēq; ad latera eius apponi. Qui cū oīa patienter tolerasset: fecit linguā eius precidi & pedibus cōculcari: ille uero dū nihilominus xp̄m diserta uoce ꝯfiteref: ꝓconsul mutus efficitur: ac si eius nō sci lingua p̄cisa fuisset: & annuēs manib⁹: q; loquelā amiserat: post modicū expirauit. Luci⁹ uero & sauin⁹ ei⁹ assessores teremianū carceri māciparūt. Altera uero die cū duceref ad foꝝ occurrit ei flaccus idoloꝝ sacerdos: qui cec⁹ effect⁹ fuerat: sed diuina reuelatione monitus erat: ut ad sanctū ꝑ lumine recupando recursum haberet: quē sanct⁹ ad xp̄m cōuersum baptizauit: & illuminauit. Ambo igitur a militibus tenti sunt: & iuxta flumen secus muꝝ ciuitatis decollati. 3. calen. septembris. Quoꝝ corpora exupantius p̄sbyter & laurentia ī somnis diuinitus admonita sepelierunt octauo miliario a ciuitate tuderto: in loco qui dicitur petroso.

¶ De sancto firmino ep̄o. CXXXVII

Firminus ep̄us ambianeñ. que ab ambitu flūis ambianū dr̄: ipsi⁹ ciuitatis oriund⁹ fili⁹ fuit faustiani nobilissimi uiri: q in honorē sci firmini martyris filiū suuꝫ firminuꝫ uocauit: de quo firmino martyre habeꝫ infra. 7. calē. octobr̄. Hic bone indolis puer etate ꝓcedēte p̄ incremēta uirtutū crescens: fact⁹ est ep̄s ciuitatis: q populū uerbo & exēplo in uiā salutis direxit: & ab oī gētilitatis errore urbem purgauit: atq; supra sepulchꝝ sci firmini m̄ris ecclesiā dei genitricis ꝯstruxit. & ꝯsecrauit: in qua dū ī die scō pasche celebraret: celis aptis palmā sibi desupius illampsam aspexit: & ab eo die ab oī carnis inquinamento & motu mūd⁹ ꝑmāsit. Quieuit in pace. 3. calen. septēbris: sepultus in ecclesia supradicta: cui successerunt sācti honoratus: de quo. 17. calē. febr̄. & saluius a de quo. 3. idus ianuarii.

¶ De scō felice p̄sbr̄o & ꝯfes. CXXXVIII

Felix presbyter & confessor apud nolam ciuitatem campanie claruit: cuius pater hermias duos filios habens felicem & hermiam substantiam suam soli felici dereliquit: hermiam uero exheredauit. Felix uero omnes facultates fratri dimisit: & spiritualibus disciplinis se dedit: qui sub sancto maximo nolano episcopo officium lectoris deinde exorciste gradum accepit: ac demū per alios ordines ad sacerdotii honorem ꝑuenit. Cum autē christianoꝝ persecutio deseuiret: maximus ep̄s iam senex ecclesiā suā felici p̄sbytero cōmendauit: & ad montiū deserta secessit. Cūq; felix p̄dicationi insisteret: a paganis detinetur: & in carcerem nudus

uinculatur: atq; testarū ei fragmina subster nuntur. Nocte uero ipsi diuinitus lux effulsit: angelusq; ei astitit: & de custodia ruptis catenis eduxit: atq; ad requirēdū eius epm ad mōtana transmisit. Quē dudū requisitū a felix tandē fame deficiētem iuenit: & ex dolore tristis igemuit: quia nec unde calefaceret senē algentē habebat: nec unde aleret fame deficientē uidebat. Cui xps mox orāti subuenit: qui de spinosis sentib⁹ media hyeme uuā produxit. Cuius liquorē sup os senis expsit: moxq; ille resūptis faucib⁹ respirauit. Et postq̄ alter i alterius amplexus ruit: felix senioré i humeris suis tulit: & ad cellulā suā perduxit atq; refecit. ¶ Et eū itez progressus xpm predicaret: & gregē dñi ꝯfortaret: gentiles armati: ut eum caperēt domū eius circūdederunt. Qui egressus per medium illoz trausiuit: ita ut eū uidentes nō agnoscerent: ipmq; quasi aliū dē felice iterrogarēt. Ad macerie ergo deserte locū declinauit: statimq; aditum tela ita aranea texit: ut nullus hominū illuc ingredi potuisse quis putaret: quā du unius musce ipetum tremulus sinus aranee tele ferre nō posset. Sz post abscessū hostium felix egressus ad domū cuiusdā uidue secreto puenit: & apud ipam aliquo tempore latitauit. Et dum ex timia siccitate esti uo tēpore in eius puteo aqua defecisset: orante scō pluuia larga descendit: & puteū abundanter repleuit. Sicq; in eo ardorē fidei duplicauit: uez postq̄ ecclesie pax reddita est: ꝯfessor dñi de latebris prodiit: & populum suaui predicationis eloquio i dño confortauit. Qui deo gr̄as agebāt: q; ipm quem extinctum putabāt in persecutione conseruasset. ¶ Cum aūt maxim⁹ eps ad dñm migrasset: populusq; omnis felicem in epm elegisset: ille oīno epari recusauit: & qntū presbyterū elegi fecit. Sub quo & ipe presbyter meritis & uita laudabiliter uixit: & post lōgos agones in dño feliciter requieuit pridie cal. septembris. Cuius corpus apud nolam tumulatum iacet: & signis irradiat.

¶ De scō paulino epo & mre. .CXXXIX.

Paulinus eps treuereñ & mr elaruit tpe ꝯstantii iaptoris. Qui tēpore arriane isestatiōis a cōstantio prefato ob fidē catholicā exilio relegat⁹: & usq; ad mortē pp xpi nomē hinc inde mutādu exilia fatigatus tandē apud phrygiā defūctus btē passionis coronā pcepit a dño pridie cal. septembris. Hec ado in martylogio suo.

¶ De scō aristide ꝯfesso. CXL

Aristides ꝯfessor claruit apd athenas sub hadriano impatore. Qui philosophus eloquētissim⁹ fuit: fide sapiētiaq; clarissim⁹: & xpiane religionis pietate imbutus. Hic hadriano principi librum apologeticum pro fide nostre ratione conscripsit & obtulit: & q christus iesus solus esset deus coram ipso imperatore luculētissime perorauit: eo uidelicet tempore quo quadratus uir insignis libellū similem eidem cesari presentauit. Qui & in eadem ciuitate diem extremum in pace conclusit pridie cal. septēbris. Hec hieronymus in libro de uiris illustribus.

¶ De scō optato episcopo. CXLI.

Optatus episcopus milesitanus natione apher claruit imperantib⁹ ualentiniano & ualēte augustis. Qui fidei pugil & doctor egregius aduersus donatiane partis calūniam libros .vi. edidit: in quibus donatistarum crimē falsū in nos retorqueri asseruit. Qui & sanctitate & uita non infimus apud antisiodorū in pace quieuit pridie cal. septembris. Hec hieronymus ubi supra.

¶ Explicit liber septimus.

¶ Incipiūt capitula libri octaui.

¶ Explicíũt capitula octaui libri.

¶ Incipit prologus libri octaui.

Octauus liber p̄sētis catalogi ptinet gesta & passiões illoꝝ scōꝝ quorū festiuitates occurrūt infra tp̄s quo repñtat ecclesia propagationem filioꝝ qui fuerunt ipsius ecclesie conseruatores: quales fuerunt scī ꝯfessores. Hoc aūt tēpus ē a calē. septēbris usqꝫ ad cal. octobris. Et hoc sub figura sanctoꝝ: Iob: Tobie: Esdre: Iudith: & Hester: quorū tunc gesta recolunt: ꝯfessoꝝ patiētiā & sanctitatem denotantia: qui ī tribulatiōe positi mundū carnem & diabolū triūpharunt. Ad ipsius igit̄ tp̄is festa pertractanda trāseundum est. ¶ Et notandum q̄ q̄a oēs iudices israel: qui fuerunt post moysem ante reges generaliter ī catalogo scōꝝ ueteris testamēti ī diuina scriptura ꝯnumerant̄: & duorum ex ipsis solummodo: uidelicet iosue filii nun & gedeonis: festum in cal. septēbris recolitur: quo uidelicet die ipi ambo diuersis temporibus quieuerunt: ut hieronymus scribit: reliquoꝝ aūt predictoꝝ scōꝝ dies dormitionis necubi reperiunt̄: iccirco grā duoꝝ p̄dictorum gesta ēt reliquoꝝ iudicum: qui oēs sancti fuerūt ī cal. septembris ꝯscribere uolui: ut gesta eoꝝ: quoꝝ dies icertus habet̄: historiis ꝯsocioꝝ: quoꝝ dies hic agit̄: merito copulentur. Acta etiā quorūdā alioꝝ eisdē iudicibus ꝯtemporaneoꝝ: quoꝝ similiter festiuitates certos dies ñ habēt: ut raab: caleph: & ruth: prefatis iudicū historiis inserendo.

¶ Incipit liber octauus a cal. septēbris usqꝫ ad calendas octobris.


¶ De scō iosue propheta & duce. Ca. I.

Iosue propheta & dux populi israel filius nun alio noie dictus iesus filius naue de tribu effrai moysi prophete: & duci eiusdem populi in ducatu successit: de quo dicet̄ ifra in eius festo pridie noñ septembris. Hic moyse defuncto cum populus esset ultra iordanē ꝯtra hiericho: loquente sibi dño mādauit populo ut p̄pararent se ad transeūdū iordanē. Misitqꝫ duos exploratores de sethim in hiericho: qui sub simulatione fatuitatis explorauerunt terram: & ad domum raab meretricis declinauerunt: quos illa abscōdit a facie nuncioꝝ regis hiericho querentium eos: & per muꝝ nocte dimisit: ut dicet̄ infra in eius legēda. Reuersis ergo exploratoribus ad iosue: tribus transactis dieb⁹ precepit iosue sacerdotib⁹: ut tollerent arcam dei: & intrantes cū ea iordanē: omnē populum precederent. Cūqꝫ intrassent sacerdotes aquam quā penitus immeabilem iuenerant: eo q̄ plus solito excreuisset: steterunt aque descendētes ad instar montis intumescentes usqꝫ ad locum q̄ dicit̄ sarathan: inferiores uero aque in mare mortuū descēderunt: sicqꝫ siccato fluuio omnis populus per arentē alueū ptransiuit. Tulitqꝫ iosue. xii. lapides de alueo ī siccum: & alios. xii. de sicco in alueū reportauit in miraculi testimoniū. Et cū trāsisset populus reuerse sunt aque ad locū suū. Deinde iosue filios populi: q̄ erāt incircumcisi: dei mandato circūcidi iussit in galgalis. Et fecerunt fase. 14. die mēsis primi ī cāpestrib⁹ hiericho: & comederunt de fructib⁹ terre: eo q̄ sibi māna defecisset: quo p̄ desertuꝫ aliti fuerāt. 40. ānis. Post hec iosue mādauit arcam dei. 7. dieb⁹ circūduci circa muros hiericho: precedētib⁹. 7. sacerdotib⁹ & clangētib⁹. 7. tubis: oiqꝫ populo armato subsequēte. Septimo uero die post septimā circuitionē: uociferātib⁹ cūctis: muri hiericho funditus corruerunt: & intrauit quisqꝫ p̄ locum q̄ contra se erat: & interfecerunt oēs uiuentes in ea: & ꝯbusserunt eā: & omnē supellectilē eius: sola raab cū domo sua reseruata. Mandauerat aūt dñs p̄ iosue ut nemo aliquid de hiericho tolleret: sed oia uelut anathemata igne ꝯsumeret. Achor aūt filius carmi de tribu iuda: latēter tulit regulā aureā & chlamydē coccineā ꝯtectā auro: & abscōdit humo. Cū aūt misisset iosue tria milia uiroꝝ ad expugnādā ciuitatē hahi: ꝑcussi sūt a uiris hahi & ceciderūt ex eis. 36. uiri. Cōtristatusqꝫ iosue orauit ad dñm. Cui dñs rñdit q̄ non eēt cū populo donec mūdaretur anathema. Iussitqꝫ hoc sorte scrutari. Iosue autē omni populo ꝯgregato sortes misit. Et primo p̄ tribus inuenit sors tribū iude: deinde p̄ familias inuenit familiā zare: deīde per domos domū carmi: deinde per capita caput achor: Qui confessus peccatum suū ab omni populo est lapidatus: & omnis domus eius interfecta: omnisqꝫ substantia eius exusta. Quo facto iosue de mandato dei ascendit cōtra ciuitatem hahi: ptemqꝫ exercitus in insidiis collocauit post ciuitatē. Cuꝫ reliqua uero pte ciuitatē agressus ē. Et cū aliq̄diu pugnassent populus cū iosue terga uertentes: arte simularunt fugā. Rex aūt hahi cū oī populo egressus eos insecutus est. Et cū eos lōgius traxissent ab urbe: surrexerunt: q̄ erāt in insidiis: & ingressi ciuitatē nemine resistēte eā incenderunt. Iosue uero retrocedente & insidiis ciuitate egressis: hostes ex utraqꝫ pte ꝯclusi interfecti sunt. Omnisqꝫ populus

inuentus fo urbe decisus est: & ciuitas igne
ↄsumpta: omnia quoq; bona ciuitatis popu-
lo in predā diuisa sunt. Rex etiā ciuitatis ha
bi in patibulo suspensus interiit. ❡ Gabao-
nite uero uidentes quod fecerat israel de du
abus ciuitatibꝰ: timuerunt ualde: & missis
ad iosua & populū nunciis inierūt cū eis fe
dus: quibus filii israel iuramento ↄfederati
sunt. Et facti sunt gabaonite eoꝝ serui ligno
rum cesores & aque portitores in perpetuū
❡ Adonisedech aūt rex hierusalē audiēs ga
baonitas ↄfederatos filiis israel: conuocatis
secū quattuor regibꝰ amorreoꝝ obsedit ga-
baon. Quod audiēs iosue collecto exercitu
repente irruit super eos: & uersi sunt in fugā
per descensum bethoren. Misit deus grandi
nem sup eos: & plures occidit grādo q̄ gla-
dius. Vidēs aūt iosue solē descēdētē ad occa
sum: & lunam ascendentē: timens ne benefi-
cio noctis hostes euaderent: p̄cepit soli ↄtra
gabaon & lune cōtra uallē habilon ne mo-
uerent. Steteruntq; sol & luna spatio unius
diei: nec fuit ante & postea tam longa dies.
Tunc quoq; reges se absconderunt in spelūca
maceda. Ad quoꝝ custodiam iosue uiros di
misit. Cesis quoq; & deletis oībus aduersa-
riis: iosue quinq; reges ꝑductos in patibulis
suspendit. Eodem quoq; die percussit mace
dan i ore gladii: postea uero uastauit lebnā
& lachin: eglon: & hebron: & dabit: & reuer-
sus est ad castra in galgala. ❡ Iabin aūt rex
asor ↄgregatis. 24. regibꝰ cū turmis suis ha
bentibus secū. ccc. milia armatoꝝ & . ii. mi-
lia curruum pugnauit cū iosue & populo
israel: sed deuictꝰ est iabin & oēs sui occisi p̄
ter eos qui se receperunt in urbes & castra
munitissima. Fecerāt enim chananei plures
munitiones perualidas a die qua audiuerāt
egressum israel de egypto aduersus eos: nec
eas nisi longo tempore & graui labore obti
nuerunt hebrei. Vastauit tamē iosue uniuer
sam circa regionem nulli etati parcēs aut se
xui: & ditatꝰ est israel supra modū ex hostiū
preda. Quintus aūt annus iam transierat: &
iosue transtulit a galgalis locū tabernaculo
rum in silo: & illuc transtulit tabernaculū
cum oī ornatu suo pro loci opportunitate.
Et inde ꝑcedens in sichem cōstituit in mon-
te ebal altare dño de lapidibus impolitis:
offerens sup illud holocausta: scripsitq; sup
eo deuteronomium: quod quidā intelligunt
mandata deuteronomii: deinde rediit i silo.
❡ Post hec ↄcessit iosue tribui iuda monta-
na ad meridiem: que iam acquisierāt: sed nō
dū sorte tradidit. Effraim quoq; cōcessit mō
tana ad aquilonē: inter utrūq; ponēs dimidi-
am tribū manasse. His tribꝰ tantū cōmisit ter
ram aliis in castra manentibꝰ: tum qa belli-
cose erant: tum qa digniores. Sciebat eni iu-

de regnū esse ꝓmissum: & manasse & effraim
benedixisse iacob ꝓ beneficio ioseph patris
eoꝝ. Dedit aūt effraim extra sortē agrum si-
chem: quem dederat iacob singulariter io-
seph filio suo: & sepeliuit in eo ossa ioseph:
que attulerat de egypto. Ipse eni iosue effra
teus erat. Dedit etiā caleph filio iephone he
bron in possessionem: & quieuit terra a p̄liis
❡ Iteꝝ aūt cōuocauit iosue populū in silo:
& assumpsit de singulis tribubus tres uiros
ad ↄsiderandū terrā: ut eam sorte diuideret:
deditq; eis singulis. 10. uiros metiendi p̄itos:
mandans ne ꝯm quantitatē terram metirent
sed ꝯm estimationē felicis terre. Qui circūe
untes terram & mēsurantes septimo mēse re
uersi sunt ad eum in silo: Proiectisq; sortibꝰ
Prima sors inde egressa est. Secunda symeo
nis. Tertia beniamin: que sors angustissima
fuit ꝓpter terre fertilitatē. Quarta effraim.
Quinta medie tribui manasse. Sexta isachar
Septima zabulon. Octaua aser. Nona nepta
lim. Vltima dan. Ruben autē & gad & dimi
dia alia tribus manasse uiuente moyse in sor
tem habuerant terrā galaad trans iordanē
Sed & leuitis separauit. 48. ciuitates ad inha-
bitādū. Filii aūt ruben & gad & dimidia tri
bus manasse transeuntes iordanē in locū sor
tis hereditatis sue: edificauerunt iuxta iorda
nem ad tumulos altare mire magnitudinis:
quod iosue & alii qui citra iordanē erant au
dientes: uoluerūt eos dispdere: & insuꝑ gere
ↄtra eos: putantes q altare erexissent: ut sup
eo uictimas īmolarent: quod nō licebat nisi
sup altare tabernaculi. Sed p nuncios suos
eisdē missos inuenerunt: q altare fecissēt: nō
in sacrificiū sed in testimoniū: ne uideret al-
ter populꝰ: eo q trans iordanē esset ex locu
diuisus. Et sic inueniētes eos rectā habere i-
tentionē ad dūm: reuēti sunt & laudauerunt
eos. ❡ Cū āt iosue una cū populo iteꝝ i silo
ↄgregatu cū dño sedꝰ uisset: omiaq; recte di
sposuisset: cū eēt annoꝝ. 110. in pace requieuit
Nā annoꝝ. 44. accessit ad moysē: & . 40. ānis
eidē in deserto seruiuit: & sic p ānos. 26. po
pulum rexit: q & i dño obdormiuit calē. se
ptēbris: & sepultus est in tamnatbsara: que
sita est in monte effraim. Hic eni uti uir san-
ctissimus ecclesiastici. 46. cap. & . 2. macha.
2. cap. inter ueteris testamēti scōs spēali lau
de predicat: & i aliis plerisq; diuine scriptu
re locis cōmendat. Hec de libro iosue: & ex
chronicis iosephi & hieronymi: & petri co-
mestoris: atq; guilelmi.

❡ De scō caleph. H



Aleph filiꝰ iephone de tribu iu
da uir sanctꝰ: q ecclesiastici. 46.
cap. & . 2. mach. 2. inter scōs pri-
sci tēporis cōnumerat. Hic fuit
unus ex. 12. exploratoribꝰ: quos

moyses de deserto pharam misit ad explorã
dum terrã ,pamissiõis. Qui una cum iosue fi-
lio nun de tribu effraim populũ rediẽs ɔfor
tauit: ut ad terrã ipam pgerẽt obtinẽdá. Ce-
teris pauore formidátib⁹: & filios israel de-
terrẽtibus. Et murmuráte ni populo. Iura-
uit dñs: q nemo illoꝝ qui ex egypto egressi
fuerát a. 20. ánis supra ad terrá ipam introi
rent: pter duos pnoistos uiros caleph: uide-
licet & iosue: Quod & ita cõtigit: populo in
deserto. 40. ánis morá trahẽte: donec oĩs na-
tio illa mortua est. Propter hoc meritum ca
leph non solũ meruit reseruari: ut ad terraꝫ
intraret promissam: sed i hebron possessionẽ
sps lẽ obtinuit. In quam ascendens tres filios
enach pcussit. Et ciuitatẽ dabir que pri⁹ uo-
cabat cariathsepher. i. ciuitas lraꝝ obsedit.
Quá cũ inuenisset munitá: promisit: ut q pri
mus eá capet: daret ei filiá suá in uxorẽ. Et
accepit eã othoniel filius cenes fris caleph
minor: qui & post iosue prim⁹ iudex fuit in
israel. Cui caleph natã axan in ɔiugẽ dedit:
& urbẽ in possessionẽ cum agris irriguis sb
utraq; pte. Et post multos ãnos caleph in se
nectute bona quieuit: & sepult⁹ est in hebrõ
Hec unde supra.

De scã raab meretrice. III

RAab meretrix cui scitas iacobi e-
pistola 2o. ca. & ad hebr. xi. ɔme
morat: i nũero scãꝝ mulieꝝ uete
ris testamenti ex ipo euangelio
math. i. ca. ɔnumerat. Ad hui⁹
domũ declinauerũt uespe duo exploratores
quos iosue misit ad ɔsiderãdũ ciuitatẽ hieri-
cho: ut supra dictũ ẽ i gestis iosue. Hec erat
meretrix: ad quã ɔfidentius: q̃si ad miscendũ
secũ: exploratores ingredi potuerũt: domus
q eius iũcta erat muro & porte ciuitatis. Cũ
aũt rex hiericho de missis exploratorib⁹ au-
disset: & q ingressi eẽnt domũ raab ɔpisset:
misit ad eã: ut eos educeret. Que abscondit
eos in stipula lini quã siccabat supra murũ
mẽtiẽs eos egressos dũ clauderet porta. Di
xitq; nũciis ut eos p uiã iordanis psequeren
tur: Tunc ascẽdẽs ad exploratores narrauit
que dixerat nũciis regis petẽs ab eis: ut quã-
do deus tradetet eis hiericho cũ p iẽdã ɔser-
uarent eam. Quod exploratores mulieri p-
miserũt cũ iuramento. Tunc dimisit eos mu-
lier de fenestra p murũ cũ fune coccineo. De
ditq; eis signũ funẽ ipm in fenestra ligatũ: ut
cũ caperetur ciuitas: ex signo populus cogno
sceret domũ illã eẽ seruãdã. Et dimissi nun-
cii ad iosue redierũt: & ei: que gesta fuerát:
narrauerũt. Iosue uero & maiores populi p
missionẽ exploratoꝝ ratã habuerũt: unde &
capta hiericho atq; deleta: sola domus raab
cũ omnib⁹ suis i promissis ɔseruata est. Quã
processu tpris salmon princeps tribus iude
duxit i uxorẽ: ex qua genuit booz: & ex qua
dei filius ẽm carnẽ est ,ppagatus. Et hec i co
louiã iudeoꝝ trãsiẽs laudabili fine quieuit.

De scõ othoniele iudice. IIII.

OThoniel iudex fili⁹ cenes fratris
caleph supradicti de tribu iuda:
primus post iosue i israel iudica-
uit. Nã cũ iosue mortuo surrexis
sent alii in filiis israel: qui nõ ui-
derant uirtutes dñi: quas fecerat i dieb⁹ moy
si & iosue: fecerũt malũ in conspectu dñi: &
seruierũt baal: & astaroth: & diis terre: ɔtra
xeruntq; ɔiugia cũ alienigenis. Quãobrem
idignata diuinitas nõ deleuit gẽtes de medio
eoꝝ: ut eẽnt eis i scandalum & laborẽ. Tradi-
ditq; eos deus in manus chusan rasathaꝫ re
gis mesopotamie & syrie: seruieruntq; ei. 8.
annis: & clamauerũt ad dñm: qui suscitauit
eis liberatorẽ othonielẽ: & fuit dñs cũ eo: &
pugnauit aduersus chusan rasathaim: & op-
pressit eum: & liberauit populũ. Quieuitq;
terra p annos. 40. quib⁹ othoniel iudicauit
populũ. Et mortuus ẽ othoniel i pace.

De scõ haioth iudice. V.

HAioth filius gerra filii gemini de
tribu effraim ẽm guilelmuꝫ: ẽm
uero comestorem de tribu benia
min: ẽs iudex post iosue i israel
iudicauit: mortuo etiã othoniele
eglon rex moab adiunctis sibi filiis amon &
amalech: trãsiẽs iordanẽ pcussit filios israeli
& posuit idola sua i galgalis: ubi solebat eẽ
tabernaculũ: fecitq; sibi domũ i urbe palma
rum. i. hiericho: & seruierũt ei filii israel. 18.
annis: & clamauerũt ad dñm: qui suscitauit
eis haioth: qui utraq; manu pro dextera ute
batur. Miserũtq; filii israel munera eglon re
gi p manũ haioth: qui fecit sibi gladiũ anci-
pitem longitudinis palme unius man⁹: & ac
cinctus est eo i femore subter chlamydem.
Erat aũt eglon crassus nimis. Cũq; obtulis-
set ei munera & discessisset ab eo cuꝫ sociis:
reuersus iteꝝ solus ait ad regẽ: q uerbũ ha-
beret ei secreto explicandũ. Egressisq; omi-
bus qui cũ rege erát extẽdit haioth manum
sinistrá: & tulit siccam de dextro femore: & i
fixit in uentrẽ ei⁹: nec eduxit eá: sed dimisit i
corpore. Clausisq; hostiis p posticum egres
sus fugit. Serui uero regis post longã morá
intrátes inuenerunt regẽ mortuũ iacentẽ. Ve
nitq; haioth i sarath: & insonuit buccina in
mõte effraim & ɔgregatus israel: descẽderũt
cũ eo ad iordanẽ: & uolẽtes transire moabi
tas pcusserũt ex eis decẽ milia: et humiliat⁹
ẽ moab sub manu israel. Et quieuit terra. 80.
ánis: quib⁹ haioth iudicauit: q & i pace mor
tuus ẽ senex: & post hec de philisteis uolen-
rib⁹ itrare israel: quidã saugar occidit ex eis
sexcentos uomere uno: nec tñ inter iudices

computatur: quia eodē anno uitam finiuit.

¶De scā delbora prophetissa. VI

Delbora ꝓphetissa de tribu effraim & uir ei⁹ barach siue laphidoth de neptalim tertii post iosue in israel iudicauerūt. Cum eni post mortē haioth filii israel fecissent malum in ꝯspectu dñi: tradidit eos domin⁹ in man⁹ iabin regis chanaam: qui regnabat in aser: & habuit quendā sisaram ducē exercitus sui. Ipse autē habitabat in aseroth gentium: qui oppressit filios israel per annos uiginti: & clamauerunt ad dñm. Erat aūt delbora ꝓphetissa: que habitabat in monte effraim sub palma: & ascendebant ad eam filii israel ad querēdū iudicium. Que uiꝝ suū aduocans ex precepto dñi dixit ei: ut duceret exercitum in montē thabor cōtra sisarā ducem exercitus iabin. Qui assumptis pugnatorib⁹ decē milia đ nepthalim & zabulon cū ipsa delbora iuit in montē thabor. Sisara uero exercitum ꝯgregauit ad torrentem cison ccc. militū armatoꝝ. Descēdēteq; barach de monte cū suis stante delbora in monte ad orationē: perterruit dñs multitudinem sisare uero grandine niue & pluuia: que cadebāt in facies eoꝝ: ita ut arcus & fundibule inutiles fierent: & plurimi de equis & currib⁹ excussi conterebant. Sicq; cōuerso i fugam exercitu sisare: ipse de curru exiliens fugit ad domum cuiusdā mulieris noie iabel: que habitabat in ualle senam iuxta cedes: que fugientem rogantēq; ut ipm celaret suscepit: & petenti poculum dedit lac: ut grauius obdormiret. Dormienti uero clauū ꝑcussum malleo per utrūq; tempus īmisit: & in terram cōfixit: & barach post paululū uenienti ostendit. Barach uero exercitū ducēs usq; ad asor quiū sibi regem iabin interfecit: & ciuitatē euertit. Et sic quieuit terra hebreoꝝ per annos quadraginta: quibus iudicauerunt delbora cum uiro suo barach: qui & in pace sepulti quieuerunt in terra effraim.

¶De scō gedeone iudice. VII

Gedeon iudex filius ioas de tribu manasse: quart⁹ post iosue filios israel iudicauit. Cum eni israel in ꝯspectu dñi deliquisset: tradidit eos de⁹ in manu madian septē annis. Cumq; clamassent ad dñm. Venit angel⁹ dñi: & sedit super quercus: que erat in effra. Ager autē pertinebat ad ioas patrem gedeonis. Gedeon aūt timens aduentum hostium: excutiebat frumenta i torculari: ut haberet uiaticum ad fugam. Quē angelus salutauit: ipmq; ex pte dei misit: ut percuteret madian. Cumq; gedeon hedū coxisset: posuit carnes & azymos panes coram āgelo: qui tetigit ea summitate uirge quā tenebat: & ascendens ignis de petra oia ꝯsumpsit: & angelus euanuit. Timentiq; ualde gedeon dñs apparuit nocte: mandās ut aram baal quā pater suus erexerat destrueret: & lucū qui erat circa eā succideret: & dño deo tauꝝ septē annoꝝ immolaret. Gedeon uero timens patrē & ciues nocte oia ꝯpleuit cū .io. ex seruis suis: inde dict⁹ est hieroboal quasi fortitudo baal: qa fortis ꝯtra eū fuit. Cumq; gedeon ꝯgregasset de tribubus manasse aser zabulon & neptaliz .xxxii. milia uiroꝝ: petiit a dño signū uictorie in uellere in area posito: si nocte illa uellus ꝯpluetet: area sicca remanente: & factū est ita. Sequenti nocte petiit signum in ꝯtrariū ut area roraret: & uellus siccū eēt: quod factū est. Venit autē gedeon cum suis ad fontē arad: & de mandato dei oēs formidolosos licentiauit: & reuersi sunt de populo .xxii. milia: & tātum .x. milia remanserūt. Adhuc gedeon mādato dei populum duxit ad aquas: & oēs lābentes aquā lingua & manu sicut canes assumpsit tāq̃ magnanimos: reliquos aquam ore sumentes uti delitiosos dimisit: & inuenti sunt cum gedeone tantum ccc. uiri: in quib⁹ dñs predixit se traditurū madian in manu gedeonis: ne forte multitudo sibi subpe uictoriā ascriberet. quib⁹ assūptis & cibariis ꝑ numero & totidem tubis gedeon ad certamen ꝑperauit. ¶Eadem nocte gedeon cū solo puero descendens ad castra madiā: audiuit duos uigiles secū loquētes: unūq; narrantē q̄ uidisset somniū: panē uidelicet hordeaceū in castra madian descendētē: & ea subuertentē. Aliū uero ipm somnium interpretantē: q̄ panis hordei eēt gladius gedeonis: qui uilis inter filios israel reputabatur: in cuius manu de⁹ castra madian tradidisset. His auditis gedeō animosior effectus tulit trecētos uiros: & in dextris cornu posuit tubas: & in sinistris lagenas uacuas: & in medio lagenaꝝ lampades: & ingressi ꝑ gyꝝ in tres partes diuisi circa hostiū castra in uigilia noctis medie fregerunt hydrias & lampades in sinistris tenentes clāgebant tubis: quibus omnib⁹ sonitus terribilis audiebat. Quo subito excitati hostes & turbati: nec se cognoscētes inuicē mutuis uulnerib⁹ se cedebant: aliis in fugā conuersis usq; bersith. Viri autē qui ex .x. milib⁹ remanserant: eos persequebant. Effraim quoq; descendit in occursu fugiētium: & occupauit iordanē & occidit duos reges madian oreb in petra quadam: & zeb in torculari: & portauit effraim capita regum ad gedeon. Transiuitq; gedeon iordanē cū .300. uiris. Zebee aūt & salmana in ualle quiescebant: nihil aduersū suspicātes .xv. rātum de suo exercitu cesis. Gedeon autē repēte irruit sup eos: & turbato exercitu eoꝝ duos reges ꝯphēsos occidit

Et reuersus ē cum uictoria magna. Et cū populus eū uellet dnz ꝯstituere noluit gedeō: sed soli deo gratiā attribuēs dn̄m sup israel dn̄aturū eē dixit. Ipse autē per. 40. annos populū iudicauit: quib⁹ terra quieuit. Et dormiuit gedeon in senectute bona cal. septembris. Et sepultus ē in sepulcbru prīs sui i effra. ¶ Post cui⁹ mortem abimelech eius filius spurius occidit. 70. filios legitimos gedeōis: & dolo atq; tyrānide occupauit regnū israel. Solusq; ex oīb⁹ iudicib⁹ se regem nominari fecit: qui & pugnās aduersus urbem sichem oppressus a muliere que fragmē mole de muro proiecit: pessima interiit morte. Ideo & nomē eius de catalogo iudicū scōꝶ deletum ē: pp fratricidii & tyrānidis crimē.

¶ De scō thola iudice. VIII.

Thola iudex fili⁹ fuha de tribu isachar: qui⁹ post iosue filios israel. iudicauit annis. 23. Qui licet nihil notabile fecisse legat: inter sā̄ctos tñ iudices ꝯnumerat: i cui⁹ tpre populū hebreoꝶ pace fruitū esse credēdum est: eo q̄ scriptura nulli⁹ belli mentionem facit. Et fuit māsio thola i oppido sanir: ubi & quiescēs i pace sepultus ē.

¶ De scō iahir iudice. IX.

Iahir galaadithes de tribu manasse iudex sextus post iosue iudicauit israel annis. 22. hic habuit. 30 filios: quos fecit principes. 30. ciuitatū: quas noīe suo uocauit hauothiahir. i. oppida iahir. In cui⁹ ēt tpe terra israel pace gaudebat: nec legūr hebrei ab aliq̄ natiōe psecutionē pertulisse. Ex quo ēt scitas iudicis argui pōt: qui feliciter populū gubernās ad scelera ꝯsueta ruere nō permittebat: qui & in pace sepultus ē.

¶ De scō iepthe iudice. X.

Hester regina claruit i ciuitate susa: que postmoduz edessa dicta ē tempore assueri siue artaxerxis regis persarum: qui regnauit ab india usq; ad ethiopum supra. 127. prouincias. Qui tertio anno imperii sui fecit grande conuiuium cunctis principibus & magnatib⁹ prouinciarum: qđ durauit. 180. diebus in domo sua mirabili: cuius colūne erant argētee: tectum uero instar firmamēti habens gēmas diuersi coloris: in figura siderum & signorum dispositas. Post hos dies conuiuiu inuitauit omnē populū qui erat in susis: & discubuerunt extra domū. 7. diebus in uestibulo horti delitiarum: qđ mira pulcbritudie decoratum erat. Vasti quoq; regina fecit conuiuiū feminarum i palatio ubi rex manere consueuerat. Die aūt. vii. precepit rex. 7. eunuchis: ut introducerent reginā in apparatu suo: ut ostēderet oibus pulchritudinē eius. Que ad imperium regis uenire contempsit. Et iratus rex de consilio. 7. sapientum qui sibi semp astabāt mandauit: ut ultra uasti non ingrederet ad regem: sed altera melior regnaret pro ea: ut per hoc discerent omēs mulieres non parui pendere mandata maritorum suorum. Igit̄ ad suggestionem puerorum regis: ceperūt iquiri uirgines in omni regno eius: & tradi aggeo eunucho ad custodiam: & acceperūt cultus & ornamenta ad libitum suum: ut quecunq; oculis regis placeret ipsa regnaret pro uasti. Erat tunc i susis iudeus nomie mardocheus de tribu gemini: qui descenderat de transmigratione iechonie. Hic erat nutritius filie fratris edesse: que alio nomie dicebatur hester: quam orbatam utroq; parente: mardocheus adoptauerat in filiam. Her iter ceteras puellas tradita ē eunucbo: que non indicauit populum suuz sicut ei mādauerat mardoche⁹. Inuenitq; hester gratiam in oculis eunuchi: & tradidit ei ornamēta pulcbriora &. 7. puellas que excolerent eā. Porro uirgines per ordinem ingrediebantur ad regez: & que ab eo egressa fuerat: non poterat ad eum redire nisi eam ex nomine uocaret. Mardocheus āt uersabatur circa domum regis curas babēs salutis filie. Tādem ex ordine uenit dies: quo hester ad regem ingressa est in ornatu specioso. Et inuenit gratiam apud regem: & fecit eam regnare pro uasti. 7. anno regni eius: & celebrauit nuptias integro mēse: donaq; largitus est occasione nuptiaruz: iuxta eius magnificētiam regalem. ¶ Eodem tempore irati sunt duo eunuchi regis ianitores: & machinati sunt in mortem ei⁹ qđ mardocheum nō latuit. Qui indicauit hester & illa regi ex nomine mardochei: quesitumq; est & inuentuz & appensus est uterq; in patibulo. Et traditum est scripture in annalibus regis: in quibus reges accidentia sui temporis registrabant. ¶ Post hec assuerus exaltauit aman amalechitem de stirpe agag: fecitq; eum p⁹ se primum in omni regno suo. Et adorabant eum omnes serui regis preter mardocheus: qui propter patrias leges corā eo genua nō flectebat. Quod attendens aman indignatus est: & accipiens eum esse hebreum: cogitauit omnes hebreos perdere q erant in regno assueri: ueteri motus odio: quia iudei perdiderant amalechitas. Duodecimo igitur anno assueri missa est sors in urnam coram aman: quo die & quo mense gens iudeorum interfici deberet. Et exiuit sors. 14. die mēsis duodecimi. Aman autem suggerēte regi: q gens iudeorum nouis legibus uteret & regis iussa contemneret: pacemq; regni turbaret: decreuit: rex ut gens illa omnino periret. Cumq; aman promisisset impendere decem milia talentorum argenti in gazophilacio regis ex bonis iudeorum: concessit rex omne illud argentum aman: & q de populo illo ageret ut sibi placeret. Tulitq; rex anulum quo utebatur: & dedit aman: ut scriptas litteras ex nomine regis anulo suo signaret. ¶ Tunc scripsit aman nomine regis litteras anulo regis signans: ut occiderentur iudei a paruulo usq; ad senem & bona eorum diriperentur. 14. die. xii. mēsis. Statimq; in susis pependit edictum. Quod cum audissent iudei fleuerunt. Hester quoq; hoc audiens accersiuit mardocheum: qui omnia ei per eunuchum significauit: & exemplum edicti ei misit: mandans ut ad regem itraret & ei pro suo populo supplicaret. Et quāuis hester iuxta legem regis non auderet ad eum ingredi nisi uocata sub pena mortis: tamē in domino confisa exposuit se periculo: & mandauit mardocheo ut omnes iudei pro ea orarent & triduo ieiunarent. ¶ Die autem tertio premissa oratione induta regalibus: stetit in atrio contra basilicam regis cum duabus puellis. Qui cum respexisset eam toruo uultu: timens hester collapsa est. Quod cernens rex & ei compatiens: quia ipsam pre omnibus diligebat: surgens uenit ad eam: & cepit hortari ne timeret: eo q tali legi que pro subditis facta erat ipsa ut pote regina non tenebatur. Illa uero surgens de angustia regem osculata: inuitauit eum & aman ea die secum ad prandiū. Et cum secū ambo comedissent: obtulit rex hester ut peteret quicquid ab eo uellet. Que iterum eos duos uidelicet regem & aman tācum p die sequēti ad conuiuiū inuitauit: & tūc ab eo peteret quod optabat. Egressus ē itaq; aman letus. Et uidens mardocheum sibi nō assurrexisse indignatus ē: & uocatis amicis indicauit eis omnē gloriam suam: addēs

q ipsum solum cum rege hester ad conuiuium inuitasset. Verumtamen nihil se habere putabat dum uiueret mardocheus. Sed amicis consulentibus iussit trabem excelsam parari: ut regi suggereret: quatenus mardocheum in ipsa appenderet: & sic letus ad conuiuium intraret. ¶ Noctem illam rex duxit insomnem: iussitque sibi deferri annales & legi. Et uentum est ad locum: ubi erat scriptum: q mardocheus nunciasset ei facinus eunuchorum. Cumque rex interrogans audisset: q ex hoc mardocheus nihil premii consecutus fuerat: quesiuit quis esset in atrio: & responderunt ei q aman. Ipse enim intrauerat: ut regi suggereret de morte mardochei. Cumque uocatus intrasset: interrogauit eum rex: quid fieri deberet uiro: quem rex desiderabat honorare. Qui cogitans pro se dictum: respondit: q indutus regalibus & coronatus super equum regis per totam ciuitatem deberet circunduci: tenente habenas primo de principibus regis. Statimque iussit rex: ut quicquid aman dixerat: mane faceret mardocheo: nihil omnino pretermittens. Quod cum fecisset consternatus redijt domum. Et ecce nuncii regis compulerunt eum ad conuiuium regine uenire. ¶ Finitoque conuiuio dixit rex hester: ut peteret quicquid uellet. Que petiit sibi donari uitam & uniuerso populo suo: cum per omnes prouincias ab aman mandati fuissent occidi. Quod aman audiens timuit. Rexque iratus surrexit: & hortum intrauit: & cum post horam redisset: inuenit aman super lectum regine corruisse: in quo ipsa iacebat: ut ei pro anima sua supplicaret: putansque q eam opprimere uellet exclamauit. Et cum ab eunuchis audisset: q trabem ad suspendium mardochei parasset: iussit eum in ipsa imediate appendi: & dedit hester domum aman. Auditoque ab ea q mardocheus patruus suus esset: dedit ei anulum suum quem receperat ab aman. Qui de mandato regis scripsit nouas litteras: regis anulo signatas prioribus contrarias ad principes prouinciarum: ut occiderentur iudei: imo illos qui parati erant ad interfectionem ipsorum iudei interficerent: & manus principum esset cum eis. Et factum est nomen iudeorum celebre. ¶ Igitur precedenti die ante diem qua iudei occidi debebant: uidelicet decimatertia die mensis duodecimi percusserunt iudei hostes suos plaga magna per omnes prouincias ad septuaginta quinque milia. In susis uero interfecerunt sexcentos uiros. Die uero decimaquarta solennitatem domini celebrantes conuiuia magna fecerunt. Deinde regis mandato suspensi sunt decem filii aman: & omnis eius progenies deleta est. Et constitutus est mardocheus loco aman princeps primus post reges. Hester quoque regina domino seruiuit omnibus diebus: & genuit regi filium nomine artaxerxem: qui post regem assuerum in regno successit. Mortuo quoque assuero regina hester cum filio suo annis pluribus imperium tenuit. Et post hec in pace dormiuit Sepulta in susis in sepulchro regali. Hec ex libro hester: & aliis uoluminibus quibus supra.

¶ De sancto nicomede presbytero & martyre. LXXXII

Nicomedes presbyter & martyr passus est rome sub flacco comite. Hic discipulus beati petri apostoli eiusque in predicatione adiutor in christi nomine miracula faciebat. Cui ut castissimo uiro beatus petrus ad passionem pergens: petronillam suam filiam commendauit. Cum autem flaccus comes petronillam in suum coniugium requisisset: & uirgines ac matronas: ut ipsa requisierat: ei misisset: ut eam ad domum ipsius associarent: ipsaque diuinis sacramentis ab eodem nicomede presbytero perceptis expirasset: ut supra in gestis petronille dictum est pridie calendas iunii. Turba mulierum: que ad eius nuptias celebrandas uenerat: exequias sancte uirginis celebrarunt: quam beatus nicomedes sepeliuit. Et dum postmodum uerbum domini predicaret instanter: tentus est a flacco comite tempore domitiani: pro eo potissime q feliculam uirginem ab eodem comite passam sepelisset: ut supra dictum est idibus iunii: Quem tentum dictus comes fecit adduci ad sacrificandum. Quod cum facere recusaret: iubente flacco tam diu plumbatis cesus est: donec spiritum exhalauit. Corpus autem eius in tyberim precipitatum est xvii. calen. octobris. Hec marcellus petri discipulus scripsit.

¶ De sancto ualeriano martyre. LXXXIII

Valerianus martyr unus fuit ex numero illorum quinquaginta: qui temporibus antonini ueri imperatoris apud lugdunum in carcere missi fuerant cum sancto photino episcopo. Ex quibus christianis ipse ualerianus una cum marcello martyre patefactis ianuis ab angelo dimissus est: ut habetur supra in passione dicti marcelli pridie non. septembris. Quo quidem marcello per martyrium assumpto: dum ipse ualerianus in cellula secretissima latitaret: & multos ad christi fidem conuertisset: peruenit ad castrum teuocium in territorio cabilonensi: ubi sanctus marcellus passus fuerat: ubi a militibus prisci presidis captus: & cum sacrificare noluisset stipiti appensus: & grauiter exungulatus tandem in christi confessione persistens in eo loco: ubi nunc corpus eius sepultum colitur:

gladio animaduersos est. Qui in eios agone ut olim prothomartyr stephanus uidit celos apertos: & christum ei coronam ostendere preparatam. Passus est autem. xvii. calendas octobris.

¶ De sancta euphemia uirgine & martyre. LXXXIIII.

Euphemia uirgo filia senatoris philophronis i ciuitate chalcedonia passa est tépore diocletiani imperatoris sub proconsule prisco. Qui prio in ipsa ciuitate. 49. xpianos iuuenes detentos una cu3 eupheoiis uirgine cum nollent deo marti sacrificare per dies. 20. in carcere macerauit. Deinde ipsos eductos alapis io faciem cedi: deinde grauiter flagellari fecit: ipsosq; uinctos iterum in carcere imperatori ponendos reseruauit. De quibos dicetur infra. 8. calen. octobris. Quos beata euphemia cum eis pariter detenta uiriliter hortabat. Propter qd ante proconsulem adducta: cum sacrificare nollet alapis diu cesa est: deinde in carcerê remissa. Quã iudex secutus ex libidine opprimere uoluit: sed subito manus eios exaruit. Qui se incantatum putans: prepositum domus sue ad eã direxit: ut eã faceret pserire. Sed ille carcerê clausũ: nec clauib⁹ apire: nec securib⁹ frãgere potuit: donec a demonio arreptus seipm dilaniãs uix euasit. Deinde educta posita est sup rotam: cuius uectes carbonibus pleni erant: & artifex intra rotam signum trahentibus dederat: ut quando sonũ faceret simul traherent: & sic exeunte igne: uectes corpus uirginis dissiparent. Sed nutu dei ferrũ quo rota temperabatur manu decidens sonum fecit: & continuo trahentib⁹ illis rota artifice3 pminuit: & euphemiam illesa3 suauit. Tunc parentes artificis supposito igne: ipam rote alligatam: simul cu3 rota comburere uoluerunt. Angelus autem domini de celo descendit: & rota combusta euphemiam intactam eduxit: ministros quoq; omnes paralysi percussit. Tunc iussit eam proconsul in fornacê ardentem mitti: cuius ignis latitodo. 45. cubitis extendebat. Sed signo crocis edito: inde illesa educitur: & io loco excelso stare cõspicitur. Apelianus autez procoosulis assessor: eidem consuluit: ut eam decollari faceret: dicens uirtutem christianorum: oon nisi ferro uinci posse. Erectis ergo scalis cum sostbenes & oictor ad eam feriendam missi essent: uidentes eam angelorum & uirgioum choris circumdatam: & imeoso lumine circũfusam: conuersi sunt ad christum: & reoersi eam percutere noloeruot: ut supra in eoru3 passione actum est. 4. idus septêbris. ¶ Post hec priscus eam per capillos sospendi fecit: sed imobilem permanêtem negato cibo: terom diebus. vii. in custodia maceraoit. Illa uero ab angelo qootidie refecta. vii. die educta: subter quattuor magnos lapides posita est: quatenus sicut oliua confringeretur. Ad cuius orationem lapides ut puluis comminuti sunt. Quod cernens priscus ipsam in pfundam foueam proiici iussit: ubi tres erant bestie immanissime que omnem homine3 deuorarent. Que statim uirgini blandientes iũctis caudis: ei quasi cathedram ad sedendu3 feceront: & uirginem illesam de fouea eduxeront. Priscus confusos ut eam uel dolo occideret: fecit gladios & palos acutos configi & obscure ac terra modica operiri ut illa ex improoiso io ipsos incideus moreretor. Gladiis uero & palis ab angelis alibi transpositis: euphemia ueniens ad locum nil lesionis pertulit: ministri uero incidentes interfecti sunt. Que omnia dum priscos magie attriboeret: iussit eam uirgis cedi. Et cum nec sic superari posset: mandauit eam serris membratim diuidi: & in sartagine membra torreri: uerom angeli domini serras confregerunt: & ignem sartaginis extinxerunt: uidês apelian⁹ proconsulem angustiari. Iussit uirginem i harenario mitti: & bestias ei laxari. Et laxati sont ei duo leones & due urse. Et com bestie ei procidentes: uestes eius oscularentur orauit euphemia: ut deus eam tali martyrio dignaretur assumere. Sicq; una ex ursis cursum arripiens: morsum corporis eius solummodo infixit: liuorem tamen nullum ei fecit. Sicq; uoce celica ipsam uocante spiritum emisit. Coius corpus parentes rapuerunt: & miliario uno a ciuitate chalcedonia sepelierunt decimosexto calêdas octobris. Cuius meritis omês iudei & gentiles eiusdem urbis io domino crediderout.

¶ De sanctis lucia & geminiano martyribus. LXXXV.

Lucia uidua & geminianus martyres passi sunt io ciuitate mendula in prouincia sicilie posita tempore diocletiani & maximiani imperatorom. Fuit autem beata lucia oobilis in urbe roma: que annis. xxxvi. mansit uidoa: & ãnis septuagintaqnq; pmãsit in hac uita. Quam filius eius euprepius diocletiaoo accosauit: q; esset christiana. Qoam imperator detentam: & ante se adductam: cũ ooo posset inducere ad sacrificandũ: iussit in carcerem recludi. Subitoq; fũdaméta carceris pmota sunt: & odor suauissimos fragrauit: uoxque de celo lapsa ipsam io domino confortauit. Deinde christus ei in somnis apparuit: & celestia regna promisit. Post dies quattuor tyberis fluuius inundauit: & pars maxima murorum urbis corruit. Pala

tium quoq; diocletiani impetus aque funditus euertit. Imperator uero qui urbe tunc exiuerat: hoc audito rediit: & ueniens ad carcerem: ubi lucia detinebatur: ipsum apertum inuenit: & lucem maximam irradiātem aspexit. Eductam ergo sanctam extra urbem: & deos adorare recusantem: nodosis fustibus cedi fecit. Et ecce qui eam cedebat: factꝰ est lapideus: manus uero carnea remansit usq; in presens: unde & locus ad manum carneā uocatur. Imperator uero pene totus aridus factus est. Sed oranti pro eo sancta sanitati ē restitutus. Et cum ad templum iouis accederet ad gratias diis exoluēdas subito templū corruit: & omnia idola cōminuta sunt. Tunc iratus diocletianus iussit ollam eream adduci & picē: plumbum: ac resinam in eā liquefieri: & luciam nudam in olla deponi: & per triduū ignē subter ministrari. Quarto uero die lucia a ministris ex olla egressa: ac oīno illesa inuēta ē. Quod audiens impator iratꝰ mandauit ipsam ferro & plumbo oneratam per totam ciuitatē duci: & deinde ī equuleo torqueri. Que dum ducerēt: puenit ante domum hominis prepotentis nomine geminiani: in cuius domo .ccc. simulacra erant. Et ecce subito columba niuea de celo descēdit: & sup caput geminiani tertio crucem figurans resedit. Qui respiciēs uidit celum apertum: & sedem dei omnipotentis. Et statim relictis omnibus cucurrit ad locum: ubi iam sancta dei torquebatur: & prostratus pedibus eius: se christianum asseruit: & baptismum expetiit. Qui statim detentus una cū lucia carceri mancipatus est. Sacerdos autē quidam protbasius nomine per noctē ab angelo monitꝰ ad carcerem accessit: & apertis hostiis: luceq; de celo profusa: ac odore aromatum refragrante: fonte quoq; de terra erumpēte. geminianum baptizauit: quem lucia de sacro fonte suscepit. ¶ Post tertiū diē ambo de custodia educuntur: & iterum penis afficiuntur: sed ab angelo coronis de celo sibi impositis laureantur. Cum autē eos imperator iter; ī carcere reclusisset: & extra urbē equitaret: dū puenisset ad pontē gallatium: iudicio dei pons cecidit: & multis ī fluuio necatis: ipse uix cū paucis euasit. Cuiꝰ prefectus nomine pyrrhopogon pamphilꝰ natione: luciam & geminianum nolētes diis immolare ceruicibus contundi fecit. Et statim facto nimio terremotu camera fori corruit: & prefectum cum quadraginta ex ministris oppressit. Lucia uero cum geminiano illesa permansit: quos tumultus populi ereptos liberauit. ¶ Post ānum uero sancti martyres ab angelis in siciliam insulā perducuntur: & in mōte tauromenio dimittuntur: indeq; uenerunt ad predium alesinum: ubi filiam cuiusdam eucarpionis a spiritu immundo decennio uexatam liberauerunt. Altera uero die peruenerunt ad fluuium psimiphum: & cum nimium inundaret: oratione facta aqua stetit: & sancti super undas siccis pedibus transierunt: & peruenerunt ad mendulam ciuitatem: ubi multos infirmos curabant: & demonia clamantia eiiciebant: eosque omnes ad christum conuertebant. Quod audiens iudex nomine aprophasius iussit omnes qui cōuersi fuerant decollari ✝ numero septuaginta quinq;: qui mox ut domum redibat ex equo colapsus & mortuus est. Tunc magasius iudex hoc comperto a syracusana ciuitate uenit mendulam: ut sanctos interficeret. Orante uero lucia mons crepuit: & sanctos suscipiens triduo occultauit: deinde sitientibus illis fontis aqua scaturiit: eosq; refecit. Orauitq; lucia ad dominum: ut eius in pace susciperet spiritum: & statim in domino obdormiuit. Geminianus uero post duos dies egressus: ut corpus eius sepeliret: a carnifice inuentus gladio pcussus est. Et cum odor maximus de monte fragraret: christiana quedam ad odoris sensum montem intrauit: & in sepulchris marmoreis ibidē ab angelis preparatis sanctorum corpora reperta sepeliuit: atq; in montis uertice ecclesiam eorum nominibus fabricauit. Qui passi sunt decimo sexto calen. octobris.

¶ De sancto lamperto episcopo & martyre. LXXXVI

LAmpertus episcopus & martyr passus est tempore pipini francorum regis. Hic eni genere nobilis ex oppido traiectēsi oriundus ab annis puerilibꝰ sacris litteris eruditus: diotardi episcopi discipulus fuit: a quo & ecclesiasticos ordines usq; ad diaconatum accepit. Qui pro sui sanctitate adeo ab omnibus amabatur: ut mortuo diotardo magistro suo traiectēsi ecclesie in episcopum ab omni populo mereretur promoueri. Quē hydricus rex pre omnibus episcopis suis charꝰ diligebat. Quo mortuo iudeorum malitia ciues eius impii ipsum sine causa de episcopatu eiecerunt: & feramundum in eius cathedra statuerūt. At lampertus ad monasterium: quod dicitur scabolaū: declinauit: & p septem ānos ibidē in penitētia & optima conuersatione stetit. ¶ Quadam uero nocte ad orationem surgens in pauimento per ignorātiam casu sonitum fecit. Quod audiens abbas mandauit: ut quisquis esset ille: qui sonitum illum fecisset: statim ad crucem: que erat in campo sub diuo usq; post matutinū moraturus accederet. Credens q aliquis ex fratribus strepitum stu-

diose fecisset. Tūc lampertus illico nudis pedibus & cilicio indutus ad crucem cucurrit acsi tali obedientie tāquam unus ex monachis esset astrictus: ibiq; usq; post matutinum perseuerauit: donec abbas in matutino omnib⁹ uisis fratribus: eū deesse cognouit. Et audito q̄ ille fuisset qui ad crucem iuisset: eum introduci fecit: quem totum capite cum byems eēt horrida: niue perfusum & pene frigore extinctum aspexit: & ab eo cum monachis ueniam postulauit. ¶ Post .vii. annos autem iubente pipino rege feramundus expellitur: & lampertus in sedem suam reducitur. Et cum ipse sicut prius uerbo & exemplo polleret duo germani fratres maligni isurgentes i eum grauiter persequi ceperūt. Quos puidem amici episcopi eo inscio occiderunt. Eodemq; tēpore lampertus pipinum de quadam eius concubina plurimum increpauit. Dodo autem consanguineus occisorū & frater ipsi⁹ meretricis aule regie domesticus: occasione accepta cōgregauit exercitū: & domum episcopi: que erat in uico leodin nocte circundedit: uolens occisorum necem in sanctum uindicare lampertum. Quod cū uir domini puero nunciante didicisset: gladium quem tenebat abiecit: suosq; constanter admonuit: ut peccata sua confiterētur: & patienter mortem sustinentes in domino confortarentur. Cum autem hostes domum eius undiq; inflammassent in sanctum martyrem irruerunt: & ipsum orantem iaculis & gladiis peremerunt. Quibus abeuntibus: quidam ex episcopi famulis euadentes: corpus ei⁹ ad ecclesiam suam nauigio perduxerunt: quod traiectensi cū multa ciuitatis mesticia sepulture dederunt: passus est .xv. calē. octobris circa annū dn̄i .610.

¶ De scō tharrasi confessore. LXXXVII.

Tharrasis confessor grecia ut creditur oriundus: eo q̄ de uita ipsius nihil certum habetur: confessione christi & penitentia clarus apud constantinopolim eremi incola angelicam uitam duxit: ubi in pace quieuit. Corpus autem eius in spelunca repertū est: in qua & penitentiam egisse putatur: cum titulo in tabula scripto. Hic requiescit corpus sancti tharrasis confessoris. Quod inde leuatum tempore alexii imperatoris: intra urbis regie ambitum honorifice sepulture traditum est. Processu uero temporis inde translatum fuit uenetias ab ipsi⁹ patrie ciuibus: atq; in monasterio sancti zacharie depositum quiescit. Cuius translatio facta est .xv cal. octobris. Nam & de eo quo tempore fuerit: quo ue die ad christum migrauit aliter reperiri non ualuit.

¶ De sanctis emiliano & hieremia martyribus. LXXXVIII.

Emilianus diaconus & hieremias martyres apud cordubam hispanie ciuitatem passi sunt. Qui pro confessione fidei xp̄iane detenti: & diuersi afflicti supplicüs: tandem gladio decollati sunt .xv. cal. octobris hec ado in martylogio.

¶ De sanctis uictore & stephana martyribus. LXXXIX.

Victor & stephana martyres apd siciliā passi sunt sub persecutiōe antonini imperatoris agente duce sebastiano. Qui militē uictorem captum hortabatur: ut diis sacrificaret. Quod dum r̄cusaret: iussit dux confringi digitorum eius articulos: donec ossa de corio suggregarētur. Et cum in his gratias ageret: iussit eum mitti in caminum ignis ardētis. Orauit autem uictor ad dominum: & ignis eum non tetigit: sed post triduum dux ip̄m illesum inuenit. Tunc mādauit uenena preparari: & ea in carne uinci & ei dari. Et continuo manducauit: nec aliqd mali sensit: uenenarius autem acriores uenenorum stimulos porrexit. Et cum comedisset iterum sanus stabat. Statimq; magus ille conuersus: omēs codices suos combussit: & fidē xp̄i suscepit. Post hec iussit dux neruos corpis ei⁹ dirūpi: & oleum decoqui: & partib⁹ occultiorib⁹ corporis infūdi. Ac demū i equuleo suspēdi & lāpades ei ardentes applicari. Que cū oīa ꝯfortatus a dn̄o superasset: fecit acetū & calcē in os eius īfundi: deinde ip̄m exoculari: & sic uersis pedib⁹ suspēdi: donec ex ei⁹ naribus sanguis distillaret. Dimisso igr̄ eo triduo in illo suspēdiculo: carnifices eū mortuum existimantes accesserunt ut uiderēt: & statim excecati sunt. Sed orante uictore tā ipse q̄ illi uisum perceperunt. Iratus autem sebastianus hoc audito mandauit eum decoriari. ¶ Tunc uxor uni⁹ militis nomine stephana annorū circiter .xvi exclamare cepit: & sanctum martyrem beatificare: uiditq; duas coronas ab angelis de celo deferri: & maiorem uictori: minorem uero sibi dari. Et cum hec omnia coram cūctis enarrasset: & xp̄m dominū confessa fuisset. Iussit dux arbores duas palmarum ad se inclinari: ita ut se tangerēt: & in utrisq; ligari manib⁹ ac pedib⁹ beatā stephanā: & simul arbores ad naturalē erectionē reuertētes dimitti: sicq; dirupta ē stephana i duas partes & a xp̄ianis occulte sepulta. Sanctū aūt uictorem iussit dux decollari. Percussoq; illo ex ei⁹ corpe sanguis & lac emanauit. Cuius corp⁹ a xp̄ianis sepultū ē in sarcophago: qd ipse sibi ꝑpauerat i ciuitate sua. Passi sūt aūt sci mr̄es .xiiii. cal. octobris.

¶ De scõ methodio epõ & marty. LXXXX

Methodi⁹ martyr primo olympi lycie eps & postmodũ tyri fuit. Qui nitidi compositiq; sermonis adversus porphyriũ libros luculẽtos composuit. Itẽ symposiũ .x. virginum. Item de resurrectione cõtra origenez opus egregium. Et adversos eundẽ de phytonissa & de arte georgioꝝ. In genesim quoq; & in cãtica canticoꝝ cõmẽtarios edidit. Et multa alia que vulgo legunt: q ad extremũ novissime persecutiõis sub diocletiano: vel ut alii affirmant sub decio & valeriano in chalcide grecie martyrio vitam finivit. Cui i carcere existenti facta est revelatio plurimoꝝ de tpe advent⁹ antixpi: que sců martyr scripture cõmẽdavit: passus est. 14. calẽ. octobr. Hec hieronymus de viris illustribus.

¶ De scõ fereolo martyre. LXXXXI

Fereolus martyr & iulianus civa comes in alvernia nati deo in militari habitu serviebant: ut dictũ ẽ supra in passione iuliani mris. 5. calẽ. septẽbr. Cũ aũt persecutores sanctũ iulianũ apud alverniã decollassent: & caput ei⁹ viẽne ad fereolũ detulissent: a tribuno consulari tali cõditione missi: ut aut fereolus sacrificaret: aut simulẽ sniam acciperet: cũ eis assentire nollet: cõfestim in xpi cõfessiõe capite cesus est. Cui⁹ corp⁹ una cũ capite sãcti iuliani in ipsa civitate in eodẽ tumulo sepultum est. 14. calẽ. octobr. ¶ Post multos aũt ãnos cũ mamert⁹ eps viennẽ corp⁹ sci fereoli trãsferre vellet: invenit caput sci iuliani inter man⁹ fereoli: & utrũq; ipsoꝝ ita itegrũ & illesum ac si ea die fuisset sepultum.

¶ De scõ flocello martyre. LXXXXII

Flocell⁹ mr puer decennis passus est apud urbẽ augustodunẽ tẽporib⁹ antonini iperatoris sub valeriano pside. Cũ eni pses audisset: q flocellus scõs martyres in eoꝝ passionib⁹ cõfortaret: iussit eũ teneri: & suspensum in equuleo diutius flagellari. Deinde carceri una cũ leone recludi: ut ab eo devoraret. Orante vero puero leo subito morit. Statimq; 7. lucerne eũ cãdelabris ei psentãt: quaꝝ lumine tenebre carceris repellunt. Quod audiẽs gẽtilis qdã filiũ suũ cecũ surdũ & mutum ei obtulit: cui sanctus martyr cõfestim visum auditũ & loquelã restituit: & ipm eũ patre ad xpm cõvertit. Que dũ pses audisset ipm in ignẽ maximũ extra urbem mitti fecit. Sed puer ab angelo sibi a dextris assistente hortatus ignẽ ingressus est Et cõtinuo tempestate & imbre valido ingruente ignis extinct⁹ est. Quẽ pses iussit ligna & palmis clauis cõfigi. Et dum nihilominus xpm cõfiteret: stola indutus linea feris in platea exponitur: & ab eis discerptus martyrio coronatur. 14. calend. octobris.

¶ De sãctis ianuario episcopo & sociis martyribus. LXXXXIII

Ianuarius eps & socii ei⁹. i. fest⁹ sosius & proculus diaconi: desiderius lector: acaci⁹ & eutychea passi sunt apud civitatẽ puteolanam sub persecutiõe diocletiani agente preside timotheo. Qui preses missus a cesare ad civitatẽ nolanã campanie ad xpianos exterminandos. Sosium ecclesie messenateñ & pculum puteolane ecclesie diaconos & eutychetẽ & acaciũ cives nolane urbis laicos xpianos in carcerem clausit. Ianuarium vero epm beneventi ei de xpianitate delatum teneri: & sibi psentari mandavit. Quẽ cũ ad deorum sacrificia: nec blanditiis: nec minis inclinare posset. Iussit caminũ ignis p triduuz incendi: & ianuariũ interim custodie detẽtũ inter flãmas immitti: qui orone fusa cũ angelis decantãs in medio ignis deãbulabat illesus. Quod dũ milites timotheo psidi nũciassent: iussit caminũ ignis apiri. Et erũpẽs flãma plurimos paganoꝝ circũstãtes pemit. Ianuarius sũt ex camino psiluit: ita ut nec capilli ei⁹: nec vestimẽta exusta i aliquo apparerent. Quod dũ preses magicis artib⁹ attribuisset: iussit eũ in custodia detineri. Die vero sequẽti ante se adduci: & nervos de corpore ipsius separi: deinde iteꝝ in carcerẽ recipi: ut interim nova supplicia excogitaret. Ad quem venientes festus diaconus & desiderius lector beneventane civitatis: & eius suppliciis condolentes: iussu eiusdem presidis detinentur: & una cum ianuario vinculis mancipãtur. ¶ Post hec dum timotheus ad civitatem puteolanam transire vellet iussit omnes martyres prefatos catenis vinctos ante currum suum protrahi ad exemplum christianorum: ipsosq; cũctos in amphitheatrum eiusdem urbis introduci: & ursos eisdem laxari. Sed mansuefacte fere quasi oves ad pedes martyrum procidebãt. Quod cernens preses dictata sententia iussit eos omẽs capite cedi. Statimq; lecta sentẽtia: cum sancti ad decollationem ducerentur: cecus effectus est preses. Ianuarium quoq; mox revocatum rogavit: ut pro se ad deum suum oraret. Et cum pro illo orasset: confestim lumen oculorum recuperavit. Quo viso miraculo fere quinq; milia gentilium conversi sunt. Preses vero in malõ obstinatus hec videns: ianuarium ad martyrium una cũ ceteris remisit: quẽ senex quidam rogavit: ut de vestibus suis aliquid pro reliquiis acciperet. Cui episcopus post decollationẽ suã orarium suuz ei se datuꝝ promisit. Decollati sunt ergo sãcti martyres. I. ianuari⁹ eps

festus & procul' diaconi: desiderius lector
& acacius: & eutyches. Sosius uero diacōus
qui inter alios promptior appuerat in carce
re est seruatus: donec postmodū ab eodem
preside passus est: ut dicet infra i eius passio
ne. 9. cal. octobris. Ianuarius aūt post mar-
tyrium suū semi appuit: & orariū suum san-
guine pfusum quo decollādus oculos rexe-
rat: eidem tradidit. Quē senex militibus ab
eoꝝ occisione redeuntib': i testimonium mi
raculi ostēdit. Eadem aūt hora qua sci capi
te cesi sunt: timotheus a demonio arreptus
diuq; uexatus infeliciter expirauit. Mater ue
ro sancti ianuarii ipsa hora in urbe beneuē
tana sōnium uidit: q; filius ei' p aera ad ce-
lum uolaret. Et diē & horam notans inuenit
ipm tunc palmā martyrii suscepisse. ¶ Cum
uero martyr dñi decollaret: & orariū ante
oculos teneret: digitus ei' una cū capite ab
scisus excidit. Sed dum xpiani corpus ipsi'
& ceteroꝝ martyꝝ nocte sepelire uellēt: ap
paruit eis ianuarius: eos admonēs: ut digitū
simul cum capite pcisum requirerēt. Quod
illi facere curauerunt: & scoꝝ oium corpo-
ra honorabiliter iuxta ciuitatē sepelierunt.
Qui passi sunt. i3. cal. octobris.

¶ De scō goderico epō. LXXXXIIII

GOdericus eps claruit apud me-
tensem ciuitatē tpre theodeberti
regis frācoꝝ. Qui aqtania exor-
tus: primo quidē miles egregi'
cuȝ multas ɔtra barbaros uicto
rias obtinuisset: & corā deo & hōibus famo-
sus esset: oculoꝝ cecitatem incurrit: nūq̄ tñ
ipm patiētia defuit. Eodē āt tēpore scūs ar-
nulph' metēsi ecclesie presidebat. Goderic'
autē ab angelo monitus ad ciuitatem meten
sem uenit: & ibidē in ecclesia scī stephani p-
tomartyris: ut monit' fuerat: ad deū deuote
orauit: & lumē qd dudum amiserat recupe-
rauit. Arnulph' aūt ei carne propinqu' ipm
in domū suam suscepit: & diuina iussione p-
sbyterum ordinauit. Deinde solitariā uitam
eligens epatui resignauit: & successorem sibi
godericū reliquit: & eremū petiit: ut supra i
eius gestis dictū est. i7. cal. septēbris. Gode
ricus aūt ecclesie metensi: exēplis & doctri-
nis laudabiliter prefuit. ¶ Cū autem corp'
sci arnulphi defuncti ad ecclesiā suā cum ci
uibus deferret: deuenit ad uillam hōis im-
pii: ut illac transitum haberet: quē uidelicet
scūs arnulph' sepius in uita sua monitū: non
poterat a sceleribus reuocare: dumq; uille
appropinquarent omnes imobiles facti: ul-
tra procedere nō ualebant: eo q; sanctū cor-
pus illac transire nolebat: sed dū omnes p-
pter hoc hesitarēt: & sol iam occasui festina-
ret: occurrit eis uir fidelis: qui eos ad uillaȝ
suam aliam inuitauit. Ad quā cuncti cum tan
ta celeritate uenerunt: ut uolasse potiusque
measse putarent: ubi dum uinū nō reperiret
modicuȝ ceruisie scō episcopo oblatū: adeo
multiplicatuȝ est: ut nocte illa cūctis ad po
culum abundaret. Quieuit autē in pace ui
domini. xiii. cal. octobris: & tumulat' iacet
in ecclesia metensi.

¶ De sanctis peleo & nilo episcopis & mar-
tyribus. LXXXXV.

PEleus & nilus epi apud palesti-
nam martyrio claruerunt. Qui
tempore psecutionis in xpianos
seuiēns: pro ɔfessiōe gloriosi no
minis xpiani: cum plurimis cleri
cis detenti: & ignib' ɔsūpti: imortaleȝ a dño
coronam percipe meruerunt. xiii. cal. octo-
bris: ut ait ado in martylogio.

¶ De scis felice & ɔstantia mr. LXXXXVI.

FElix presbyter & constantia mar
tyres tēpore persecutionis nero
nis impatoris apud nuceriam ci
uitatem passi sunt. Qui rabie di-
cti cesaris i xpianos crassāte: duȝ
xpm ɔfiteri nō dubitassent: gladio capite ce
si martyrium consumauerunt. xiii. cal. octo
bris. hec ado.

¶ De scis fausta & euilasio mr. LXXXXVII

FAusta uirgo & euilasius marty-
res apud cyzicum ciuitatem pas
si sunt: sub maximiano impato-
re. Cum enim fausta eēt infantu-
la annorum. xui. filia gemelli p
rectoris ciuitatis: parentib' ambobus orba
ta: xpm dominum clara confitebatur uoce.
Missus est igitur euilasius preses annoꝝ. 40.
a maximiano augusto ad cyzicum ciuitateȝ.
Qui puellam detentam fecit radi: & ad tur-
pitudinem decaluari. Sicq; in equuleo suspē
di & torqueri. Statimq; coruscationibus fa-
ctis: multi ministrorum occisi sunt. Deinde
in loculis missa: dum ab hora prima diei us
q; ad sextam serra ferrea secaretur: nec i ali
quo ledi posset: predicame uirgine gloriam
christi: euilasius preses conuersus ipsam di
misit: & baptismum suscepit. Deinde maxi-
mianus hoc audito misit alium presidem no
mine cracum: quem iurare fecit ne unq̄ cre-
deret in christum. Qui euilasium & faustam
iussit comprehendi: & euilasium in equuleo
suspēdi & torqueri. Faustam uero sicut cre-
pidas capite: frōte: facie: pectore: totoq; cor
pore clauis configi. Cum autem illesa per-
mansisset: mandauit eam cum euilasio in sar
taginem mitti: & plumbo bulliente ollā re-
pleri. Quibus orantibus & psallentibus:
plumbum sicut aqua tepida refrigeratum
est. Sancti uero quasi in balneo iacētes: uo
ce ipsos de celo uocante spiritum emiserūt
xii. cal. octobris.

¶De sancto priuato episcopo & martyre. LXXXVIII

PRiuatus episcop⁹ & martyr passus est in territorio gaualitane ciuitatis temporibus ualeriani & galieni imperatorum sub persecutione allemanorum: qui ab occidente aduersus rempublicam cum tege ipsorum herode pueuientes: transmisso rheno gallias infestabant. Veneruntq; ad montem gedronem i solo gaualitane ciuitatis positum: ad quem gaualitam ciues quasi i presidium confugerāt: quem ipsi hostes per biennium obsederunt. Sed beatus episcopus cum populo suo in ipso monte non erat: eo q in alio sibi monte cellam construxerat: ut ibi lectioni & orationi insistebat. Cum igit hostes episcopum ibidem esse comperiuot: ad eum accedūt: & sperantes per hoc populum obsessum flectere: priuatum capiunt: & ut suos ciues ad se tradendum hostib⁹ induceret compelluot. Recusantem uero hoc facere: fustibus grauissime cedunt: & ducentes illum ad gaualitanam quam ceperāt ciuitatem: cum nec ipsum ad immolandum idolis compellere possent: in ignem miserunt: Sed cum inde illesus euasisset: lanceis & cultris pluribus ipsum plagis confoderunt. Redeuntes aūt ad gedrooem montem: populo libertatem egrediendi concedunt: illisq; exeūtibus: & ad episcopum suum semiuecem recurrentibus: germani oppidum capiunt: & totaliter uastaueruot. Sanct⁹ autem martyr malitribus persecutorum attritus: inter omnium suarum mao⁹ post dies modicos emisit spiritum. ix. calen. octobris. Sepultusq; est in subterranea crypta propter persecutionem paganorum: qui nec sanctorum cadaueribus indulgebant.

¶De sancto eulogio p̄sbr̄o. LXXXXIX

EVlogius presbyter qui i uitis patrum habetur: in eremo de scythi egyptiorum claruit. Qui cogitationes hominum cogooscēs: cum quosdam aliquādo indigne uelle cōmunicare uideret: singulos remouebat: & eorum eis cogigationes detegebat: donec omnes per penitentiam purgabant. Et sic illos ad cōmunionē admittebat: Quiescit autem io eremo de scythi duodecimo calen. octobris.

¶De sancto mattheo apostolo & euangelista. C

MAttheus apostolus & euāgelista ex tribu leui progenitus: a qua & secundū nomen assumpsit: ex publico aūt teloneario ope publicanus appellatus ex publicanis a dn̄o ad penitentiā uocatus: & in apostolatum translatus est. Hic primus in iudea patria lingua .i. hebrea scripsit euangelium: quod q post modū in grecū transtulerit: non satis claret Io quo quidem euangelio: ut hiero⁹ asserit. Vbicūq; euangelista ueteris scripture testimoniis utit: non sequit septuagiota interp̄tum auctoritatem: sed hebraicam ueritatē. ¶Qui post ascensionem dn̄i primū in egypto p̄dicauit: deinde ad ethiopiam transiuit & ueniens in ciuitatē eo⁊ regiam: que dicit natoaber: i qua rex egippus regnabat: inuenit ibi duos magos ooie zaroen & arphasath qui ita homies suis artib⁹ dementabant: ut quoscūq; uellent sensuū ac mēbro⁊ officio & sanitate priuare uiderent: unde & se quasi deos ab hoibus adorari faciebāt. Mattheus autem apostol⁹ in eandē ciuitatē ingressus: & apud candacis eunuchū regine: quē philipp⁹ diaconus baptizauerat hospitans. Ita mago⁊ p̄stigia detegebat: ut qcqd faciebāt hoib⁹ in pniciē: ipse cōuerteret i salutē. Oēs quoq; iofirmos ad se delatos quacūq; infirmitate curabat. Eunucho aūt apostolū interrogante: quō tot linguas loqueret: & itelligeret. Exposuit ei matthe⁹: quō i mūdi principio unica lingua hominū p supbiā turriς babylonis edificare uolētiū ꝯfusa in. 72. linguas diuisa fuit. Et quō sp̄ūscō descendente omniū lingua⁊ sciam recepissent: ut sicut illi q p turrim factā usq; ad celū edificare uolebant: p̄ ꝯfusione lingua⁊ ab edificio cessauerunt: sic apostoli per omniū lingua⁊ noticiam turrim oon de lapidib⁹: sed de uirtutibus ꝯstruerent: per quas credentes celum ascenderent. ¶Tunc superuenit: q diceret magos illos cum singulis aduenire dracoolb⁹ qui ignē sulphureū ex ore & narib⁹ euomētes: hoies occidebāt. Apostol⁹ aūt signo crucis se muniēs ad eos secur⁹ exiuit: candace per fenestrā cū pluribus spectante: quē mox ut dracones uideruot: ante pedes ei⁹ obdormierunt. Cum aūt instante mattheo: ut eos magi excitarent: & ipsi eos suis artibus excitare nō possent. Dixit apostol⁹ eis: q nisi xp̄m rogasset: dracoōes omnē furorem suū in magos exacuissent. Et cū omnis popul⁹ ꝯuenisset: precepit illis apostolus: ut in noie iesu nullum ledentes abirent. Et cōtinuo sine cuiusq̄ lesione māsuetissimi per portam urbis egressi sunt. ¶Cepit autē apostolus de gloria paradisi terrestris magnum sermonē cōtexere: asserens illum cūctis montibus eminere: & ꝓximū celo fore: spinas uel tribulos ibi non esse: lilia nec rosas eius marcere senectutem non euenire: angelorum ibidem organa resonare: aues aduocatas continuo obedire. De hoc autē padiso terrestri dixit hominē etectū ꝓpter peccatū fuisse: sed per xp̄i natiuitatem & passionē ad paradisum ce

lestem meliorem reuocatũ ascendere. Et cũ hec populo loqueret: ecce subito tumultus exorit: in quo regis filius euphron mortu⁹ plangebat. Quē cum magi illi funeri aduocati suscitare non possent: suaserũt regi q̧ in deoꝝ ꝯsortium raptus eẽt. Ideoq̧ illi simulacrũ & tēplum ꝯstrui opoereret. Predict⁹ autē eunuchus magos custodiri faciēs: istante regina euphenissa noie apl̃m aduocauit. Qui oratione fusa iuuenē protin⁹ suscitauit. Quod cernēs rex egipp⁹ per uniuersas prouincias suas edictũ misit: ut oēs ad eũ conuenirent: & deum i effigie hois latentē uiderēt: uenerũt aũt cum coronis aureis et sacrificar uolentes. Quos mattheus ꝯpescuit: seq̧ non deum sed xp̄i seruũ ꝯprobauit: & sua predicatione plusq̄ sexaginta milia hominum ad xp̄m ꝯuertit. Regē quoq̧ cum uxore & filio suscitato & oi familia baptizauit: & iphigeniam eius filiã uirginē sacro uelamīe ꝯsecrauit: eamq̧ plusq̄ ducentis uirginib⁹ prefecit. ¶ Populus aũt de auro & argēto apostolo oblato: ipo iubēte ecclesiã fabricauit: quã infra dies. 30. ꝑfectã apostolus in noie resurrectionis xp̄i scē dedicauit. Totamq̧ egyptum & ethiopiã ad fidem xp̄i ꝑduxit. Ipe autē i ecclesia ꝯstructa annis. 35. sedit: & multos ꝑsbyteros & diacones ordinauit. ¶ Defuncto aũt rege egippo: hyrtaeus rex crudelissim⁹ regnũ uiolenter accepit: & euphronen egippi filiũ eiecit. Obtento aũt regno: iphigeniã uirginem ꝯcupiscēs: dimidiũ regni sui apostolo promisit: si eam in suum ꝯiugium faceret ꝯsentire. Cui apostol⁹ dixit: ut iuxta morem ꝑdecessoris sui: die dn̄ico ad ecclesiã eōueniret: & presente iphigenia eũ suis uirginibus: q̄ bona sint iusta ꝯiugia ab eodē audiret. Quo rex cũ gaudio festinauit: putãs mattheum uelle iphigenie ꝯiugiũ suadere. Apostolus autem uirginib⁹ & omni populo congregatis: de bono matrimonii diu locutus: a rege plurimũ est laudatus: credente q̧ hoc ideo diceret: ut ꝯsensum uirginis ad coniugium inclinaret. Deinde imperato silentio sermonē repetiit dicens: q̧ si regis sponsam aliquis seruoꝝ usurpare presumeret: nō solũ regis offensam: sed mortē incurreret: non qa uxorem duxisset: sed quia sponsam dn̄i sui cōtra matrimonii federa uiolasset. Ita & rex hyrtaeus sciēs iphigeniam regis eterni sponsam effectam: & sacro uelamine consecratã: non poterat potētioris sui sponsam tollere: & suo coniugio copulare. Quod audiēs rex admodum pre ira insaniēs: furibũdus abscessit. Apostolus autem omnes ad patientiam & constantiam confortauit: & iphigeniã coram se timore prostratam: cum ceteris uirginibus benedixit. ¶ Post missaꝝ autem solēnia rex spiculatorem misit: qui apostolũ iuxta altare stantem ubi corp⁹ xp̄i ab eo cōfectum fuerat: expassis manibus orantem: a tergo misso gladio iterfecit: & martyrem domino cōseruauit. xi. cal. octobris. Quod populus uidens ad palatiũ regis incendendũ properabat: sed a presbyteris & diaconibus uix detenti: apostoli martyrium celebrarũt Corpusq̧ eius in montibus parthoꝝ honorifice condiderunt. Quod processu temporis inde translatum apud salernum digna ueneratione quiescit. Zaroes autem & arphaxath ex ea die qua mattheus regis filium suscitauit in persidam fugerunt: sed eos apostoli simon & iudas ibidem uicerunt: ut dicetur infra in eorum passione. v. cal. nouēbris.

¶ De sancta iphigenia uirgine. CI.

IPhigenia uirgo filia fuit regis egippi & discipula beati matthei apostoli. Quam idem apostolus baptizauit: & christi uirginem sacro uelamine consecrauit. Cũ autem hyrtacus rex apostolum occidi mandasset: ut supra in eius proxima passione actum est iphigeniam uirginem cepit de suo coniugio appellare: & per matronas missas ac magorum prestigia propulsare. Et cum eius animum nullatenus immutare posset: totam domũ eius igne copioso uallauit: ut eam cum ceteris uirginibus concremaret. Apostolus autem cum angelo eidem apparens: omnem ignem ab eius domo excussit. Et erumpens flamma regis palatiũ inuasit: & uix solo rege cum filio euadente: cuncta consumpsit. Statimq̧ filius regis a demonio arreptus patris crimina propalans: ad sepulchrum apostoli properauit. Rex autem turpis leprosus effectus: cum curari non posset se manu propria interemit: populus autem euphronem ab apostolo baptizatum: regē constituit: qui annis. 70. regnauit: & christi cultum ampliauit: totamq̧ ethiopiam ecclesiis repleuit. Iphigenia autem ducentarum & amplius uirginum mater existens in sancto proposito perseuerans in pace quieuit. Cuius historia merito magistri sui passione subiicitur: quia dies dormitionis eius ignoratur.

¶ De sanctis alexandro episcopo & herculano martyribus. CII.

ALexander ep̄s & mr̄ cum herculano martyre rome passus ē sub antonino impatore. Qui dũ clareret miraculis inter cetera lucesum quendam gentilem mortuũ suscitauit. Illeq̧ surgens parentibus enarrauit qualiter i carcere obscurissimo posit⁹ erat: q̄dã uero iuuenis splēdidissim⁹ ad eũ accesserat dicēs: q̧ alexãder episcopus ipm̄ uocabat: unde stati ipse ad corp⁹ redierat. Qua

propter tam ipse laceius q̄ pentes cum aliis ias. ad dominum conuersi sunt: & ab alexandro episcopo baptizati. Hoc audiens antoninus alexandrum per cornelianū presidem fecit teneri: & uinctū romā adduci: quē crescentius p̄sbyter & bonifacius ac uitalis diacones secuti sunt. Et dū imparori presentat⁹ xp̄m ꝯfiteretur: primo fustib⁹ ceditur: deinde carceri mancipatur: datis ei quattuor dieꝝ induciis ad resipiscendū. Cum aūt p̄sbyter crescentius comes ei⁹ ip̄m sub arbore defleret: nūciatur ei ab angelo alexādꝝ de carcere fuisse solutum: quod ille ita factū esse cōperit. Et cū xp̄m iteꝝ p̄dicaret: & signis clareret. iteꝝ captus & imparore antonino iubente in equuleo suspēsus est: ungulisq; toto corpore laceratus: atq; lampadibus ad latera appositis adustus. Deinde ad templum apollinis adduct⁹ est: ut sacrificaret. Sed cum pars templi eius orōne corruisset: bestiis exponitur: sed intact⁹ permanens in fornacem mittitur: moxq; diuina uirtute ignis extinguitur: & herculanus miles hoc uiso ad xp̄m conuertitur: statimq; ambo ipsi ab impatore decollari iubentur. Cum aūt alexāder ad martyriū duceretur: quedam uidua ei petenti orarium cōmodauit: quod ipse sibi remissum promisit. Quod audiētes milites uidue illudebāt: & orarium amissum dicebant. Sanct⁹ autem martyr uia claudia uigesimo ab orbe miliario duct⁹ est: qui orario oculos texit: sicq; gladium cum prefato herculano suscepit: & ꝯtinuo facto terremotu uicus & therme corruerunt. Orarium autē per angelum uidue restitutum est: quod ipsa militibus redeuntibus ostendit. Crescentius aūt p̄sbyter & alii qui eum fuerant secuti corp⁹ ipsius sepelierunt in loco: ubi ignē fornacis extinxit. xi. cal. octob. Sꝫ postmodū papa damasus cryptam fabricauit: & ibidem ip̄m deposuit.

¶ De sanctis mauritio & sociis militib⁹ martyribus. CIII

Mauritius dux sacratissime legionis thebeoꝝ cum sociis suis: exuperio: cādido: inocētio: uictore: uitali & ꝯstantio signiferis: ac reliqs eiusdē legionis sanctis militibus sex milib⁹ sexcētis & sexagintasex passi sunt sub maximiano imparore i gallus ciuitate sedunensi in loco: qui dicitur auganum. Hi thebei dicti sunt a ciuitate eoꝝ: que thebea nuncupatur: que est in partibus orientis ultra fines arabie. Cum enim diocletian⁹ & maximianus impatores fidem xp̄i cupientes penitus extirpare: epistolas ad diuersas mūdi partes direxissent: ut christiani aut sacrificare cogerentur: aut diuersis penis perimerentur: pluresq; ciuitates in quibus iam xp̄iani dominabantur nuncios uacuos remisissent. Imperatores ira cōmoti per omnes prouincias mandauerunt: ut omnes bellicis armis apti romam uenirēt: ut omnes rebelles romano imperio subiugarent. Litere autē ad populum thebeorum delate sunt: qui electam legionem sex miliū sexcentoꝝ sexaginta sex ad imperatores miserunt: ut eos i bellis iustis iuuarent: non autem contra christianos pugnarent. ¶ Huic sacre legioni dux erat inclytus beatus mauritius. Diocletian⁹ autem maximianum contra gallias cum infinito exercitu misit: eiq; legionem thebeorū sociauit. Hi a sācto marcellino papa exhortati sunt: ut ante gladiis interirent q̄ fidem quam acceperant uiolarent. Cum ergo uniuersus exercitus alpes transmeasset: & octodoꝝ aduenissent: iubet impator omnes: qui secum uenerant idolis immolare & contra christianos unanimiter coniurare. Quod audientes sancti milites septem miliaribus ab exercitu discesserunt: & in loco ameno: qui dicitur auganum circa rhodanum consederunt. Quibus maximianus missis militibus mandauit: ut ad deorum sacrificia cum aliis festinarent. Quod illi se non posse facere responderunt: utpote quia fidem christi haberent. Tunc cesar ira succensus missis militibus iussit: ut aut eos diis sacrificare compellerent: aut decimum quēq; eorum quē sors contingeret: ad ceterorum exemplum protinus decollarēt. Sancti igitur cum gaudio unus ante alterum festinabant: & ad martyrium peruenire certabāt. Quos sanct⁹ mauritius dux eorum assurgens sacra contione confortabat. Nunciis quoq; imperatoris dixerūt: iam christi mandatum adimplere parati erant: qui petro dixerat: ut mitteret gladium i uaginam. Nam ꝑ christo mori omēs parati erant: nullamq; utpote christi milites defensionem facere cupiebant: eo q͡ ad defensionem reipublice tantum arma susceperant. Cum hec imperator audisset: iussit ut iterū decimum quēlibet trucidarent. Quo facto exuperius signifer accinctus inter commilitones stans: eos ad passionem gloriosa locutione exhortatur: & ut omnes arma proiiciant suadet: & uirtutibus solis armentur. Dixitq; nūciis augusti: ut hec imperatori referrent: q͡ licet milites essent sui serui tamē potius erant christi. Cesari debebant militiam sed christo innocentiam: ab imperatore laboris stipendium acceperant: a christo uite eterne premium peroptabant. Tunc imperator insaniens iussit omnem suum exercitum totam legionem circundare: ita ut nec unus posset euadere. Vallantur ergo sancti milites christi a militibus diaboli: nefandis manib⁹ trucidantur: pedibus equorū ꝯculcantur: & xp̄o preciosi martyres ꝯsecrantur.

¶ Dei autem uirtu q̄ plures euaserunt: ut ad
regiones alias uenientes xp̄m ꝑdicarēt: & i lo
cis aliis gloriosius triūpharent. Ex quib⁹ fuis
se dicunt ✝ Solutor ✝ Auentor & ✝ octa
uius apud taurinum ✝ Alexāder apud ber
gomum ✝ Secūdus apud uintimiliū ✝ cō
stantinus ✝ uictor & ✝ ursus & alii q̄plu
res. Cū ergo carnifices predā diuisissent & i
simul ꝯuiuarent: quēdam iuuenē noie uicto
rem illac cāu trāseuntē: ad serū ꝯuiuādum i
uitauerunt. Ille aūt eoꝝ crudelitatē detestās
requirere cepit: quomodo inter tot milia oc
cisoꝝ possent cū gaudio epulari. Cūq; audi
uisset q̄ pro fide xp̄i mortui essent: suspirans
ille beatum se dixit si cū illis fuisset occisus.
Cū autem illi ꝯpissent q̄ xp̄ian⁹ esset: ipm̄ ꝑ
titus trucidarunt. Quoꝝ martyrū corpa a
xp̄ianis i ipso loco sepulta sunt: & ecclesia eo
rum noie fabricata. Sed post aliqd̄ tēp⁹: cor
pus innocentii martyris in unda rhodani im
mersum: inundatione ipsius fluminis ad terrā
euectum est: & ab eiusdē loci ep̄is cū aliis in
ecclesia sepultum. ¶ In dedicatiōe aūt ipsius
ecclesie faber quidā gentilis die dñico opus
suum exercebat: qui a scōꝝ exercitu rapitur
cedit: & q̄ die dñico laboraret redarguit.
Sed correct⁹ ad ecclesiā cucurrit: & xp̄ianū
se fieri postulauit: passi sunt aūt sci martyres
x. cal. octobris: circa annos dñi. 280.

¶ De scō siluano episcopo. CIIII.

Serapion ep̄s apud antiochiam uir eruditissimus fuit: & fide clarissimus atq; uirtute mirabilis: q ut scribit hieronymus libro de uiris illustribus. xi. cōmodi imparatoris anno antiochie ep̄s ordinat⁹ est. Hic fidei ꝯfessione insignis scripsit epistolā ad carinum & pontium de heresi montani eam ualenter impugnans. Aduersus manicheū etiā uolumen scripsit egregiū. De titulis psalmorum aliud. Epistolas insuper ad diuersos utiles ualde. Et sub ꝯstantio principe sanctitate norabilis humanitatis debitum soluit. Sepultus antiochie. 5. calē. nouēbris.

¶ De scō leontio ꝯfessore. CXXIII

Leontius ꝯfessor apud taracinam ciuitatē cāpanie tēpore claudii imperatoris a scō cesario martyre ꝯuersus est: ut dicet infra in eius passione calē. nouēbris: qui ab eodem sacri fontis unda ꝑfusus: mox ut a sācto iuliano p̄sbro diuinā cōionē accepit: spiritum emisit. Sepultusq; ē i eodē oppido ab uxore & filiis. 5. calē. nouēbris.

¶ De scō marcello martyre. CXXIIII

Marcellus martyr apud ciuitatem tingitanā passus est. Qui cū eēt centurio sub agricolao agēte uices p̄fectoꝝ pretorio: & de xp̄ianitate ab eius militibus accusat⁹ fuisset: & xp̄m dn̄m ꝯfiteri nullatenus dubitasset. Iubente nequissimo agricolao: capitis abscisione martyrium ꝯsumauit: sepultusq; est in eadem ciuitate a fidelibus. 5. calen. nouembris: hec ado.

¶ De scō germano ep̄o capuano. CXXV

Germanus ep̄s capuan⁹ sanctitate uite mirifica claruit: de quo refert greg⁹. 2. dialog. cap̄. xxxi. q dū seruandus quidā diacon⁹ abbas monasterii: quod in campanie p̄tibus a liberio quondā patricio urbis rome ꝯstructū fuerat: ad beatū benedictum ad monasteriū cassinēse uisitationis grā uenisset. Horaq; iā quietis existeret in cuiusdam turris superioribus benedict⁹: in inferioribus uero seruandus se collocauit diacon⁹. Quo uidelicet in loco inferiora superioribus puius ꝯtinuabat ascensus. Cū uir dn̄i benedict⁹ adhuc quiescentibus fratrib⁹ instās uigiliis ad fenestram dn̄m deꝑcaret: subito intēpesta noctis hora respiciens: uidit fusam lucē desup noctis tenebras effugasse: tantoq; splendore clarescere: ut diē uinceret lux illa: que inter tenebras radiasset. Omnis etiā mund⁹ uelut sub uno solis radio collect⁹ ante oculos ei⁹ adduct⁹ est. Qui uenerabilis pater dū intētā oculoꝝ aciem in splēdore lucis infigeret: uidit germani aiam ep̄i capuani i sphera ignea ab angelis in celū deferri. Tunc tanti sibi testem uolēs adhibere miraculi. Seruandum abbatē bis terq; eius noīe cū clamore uocauit. Qui insanti uiri insolito clamore turbatus: ascendit: respexit partēq; iam lucis exiguam uidit. Cui ex hoc stupenti uir dei: que gesta fuerant: enarrauit. Statimq; in cassinū castꝝ theoprobo mādauit: ut ad capuā sub eadem nocte transmitteret: & qd de germano ep̄o ageret: agnosceret. Factūq; ē. Et is q missus fuerat: sanctū uiꝝ germanum ep̄m iā defunctū reppit: & requirens agnouit: eadē hora fuisse illius obitū: quo uir dn̄i benedictus eius cognouit ascensum. Quieuit autē in pace. 3. calē. nouēbris s̄m usuardū.

¶ De scō quintino martyre. CXXVI

Quintin⁹ martyr genere nobilis & ciuis romanus apud ambianum urbē sub rictiouaro p̄side passus est tēporibus diocletiani & maximiani imperatoꝝ. Cum eni quintin⁹ cum lusciano & uictorico & crispino & crispiniano: & aliis plurib⁹ a roma discessisset & ꝑfitus deuenisset: dū singuli illoꝝ loca: in quib⁹ p̄dicarent: elegissent. Quintinus predicando circuiēs: & miraculis pollēs ambianū uenit. Eodem quoq; tēpore rictiouarus p̄ses tantam cedem in xp̄ianos exercuit: ut in ciuitate treuerēsi sanguis martyꝝ in flumen mosselle decurreret: & colorē aque in suū uerteret. Rictionar⁹ igitur quintinum detentum in carcere clausit: die uero sequenti produci mandauit: & dum xp̄m ꝯfiteret: iussit extendi: & fustibus grauiter cedi. Sed uoce de celo ip̄m exhortāte cedentes corruerunt in terrā. Quē p̄ses iteꝝ in carcerē recipi iussit: angelo uero illum soluēte: mane in medium urbis iuit: & ibi populo p̄dicauit: unde rursum captū: iussit illū p̄ses ad trocheas adeo torqueri: ut uincula eius a iuncturis soluerent: deinde testiculis ferreis illum cedi p̄cepit: posteaq; oleū bulliēs ac picē & adipem feruētia dorso ei⁹ infundi: & lampades ei ardentes applicari. Et dū liberius idola ꝯtemneret: & p̄sidem ꝯfutaret: mandauit i os eius

acetum & salem ac sinapim liquafacta lactari ut sic taceret. Qui dum magis adhuc xp̄s callaudaret: iussit illum apud uirmandū adduci: & duos maximos clauos siue taringas a ceruice usq; ad crura cōfigi: & .x. alios clauellos intra ungulas & carnem digitis manuum imitti. Et sic confossum decollari. De cuius collo columba niuea exiens celum aduolare uisa est. Qui passus est pridie cal. nouembris. Corp⁹ autem eius fluuio sequane demersum a preside adiectione terre plūbi & limi ceno sepultum est: ne a christianis inueniretur. ¶ Sed post annos .lv. a quadam matrona romana eusebia nomine taliter reptum est. Cum enim ipsa mulier ceca esset: angelus ei tertio apparuit: eamq; admonuit ut in galliam ad corpus sancti quintini martyris requirendum accederet: sicq; uisum recuperaret. Que dum locū ignoraret: angelico ductu illuc tandem deuenit: & de corpore a multis requirens nihil omnino inuenire ualuit. Dum autem orasset ad dominum: corpus ex una parte de flumine: & caput ex alia enatauit: & usq; ad manus mulieris accessit. Quod illa accipiens omnino incorruptum nimioq; odore fragrans: ad uirdandum castrum portare disposuit. Sed dū ad radices montis peruenit corpus omnino imobile factum est: ubi diuina cognita uoluntate eusebia corpus tumulauit: & cōtinuo eius tactu lumen recuperauit. Plurimi quoq; infirmi a diuersis langoribus in eius inuentione sūt curati. ¶ Post decursum autem annoꝝ .320. dum corpus sancti martyris iterum esset incognitum: sancto eligio nouionensi episcopo reuelatur. Qui post ieiunium triduanū: dum locum sibi ostensū ubi latebat effoderet: nocte lux de celo tanta circunfulsit: ut dies orta a pluribus crederetur: odoris quoq; suauissimi fragrantia erupit. Corp⁹ ergo sancti reptum ac leuatum: honorifico ac precioso locello condidit: ecclesiamq; & monasterium ibidem edificauit. Anno dūi .657. ubi ad presens sanctum corpus requiescit: signisq; mirabilibus refulget.

¶ De scō natale cōfessore. CXXVII.

Natalis confessor tēpore zepherini pape rome claruit. Qui dum sanctis operibus polleret: deceptus ab asclepio & theodoto collectariis: q ambo discipuli erāt cuiusdam coriarii apostate: ab ecclesie cōmune deiecti: acquieuit ut episcopus illius heresis nominaretur acceptis pro salario .150. nūmis menstrue prestationis. Sed admonit⁹ sepius a domino ut resipisceret: dum amore turpis lucri recusaret: nocte quadam in somnis ab angelis diris uerberibus flagellatur. Mane autem liuores & uulnerum cicatricea in scapulis reperiens: ac si uigilans corporaliter passus esset: territ⁹ ad papā zepherinū adiit: & uisionem narrauit. Quem ille penitētem benigne suscepit: & dignitati renunciāti satisfactionem imposuit. Natalis uero uitā in melius cōmutans: laudabilius finiuit: & eiusdem pontificis tempore post modicum in pace quieuit pridie cal. nouembris.

¶ Explicit liber nonus.

¶ Incipiunt capitula libri decimi.

Expliciunt capitula libri decimi.

¶ Prologus libri decimi.

Decimus liber huius catalogi cōtinet in se passiones & gesta illorum sanctorum: quorum festiuitates eueniūt infra tēpus: in quo representat ecclesia propagationem illorum eius filiorum: qui fuerunt ecclesie eiusdem augmētatores: quales fuerūt sancte uirgines. Hoc autem tempus est a calendis mensis nouembris usq; ad aduentum domini. Et hoc sub figura sanctorū prophetarum: quorum tunc uaticinia & prophetie leguntur. Hi enim: ut plurimū carnali spreto coniugio: in corporis & mentis integritate domino seruientes: aduentum xpi & futura tempora per spiritum predixerunt: & populū domini suis uaticiniis a uitiis & erroribus reuocare: & ad uiam ueritatis reducere studuerunt. ¶ Ad huius igitur temporis plurimi festa pertractanda ueniendū est.

¶ Incipit liber decimus a calendis nouembris usq; ad aduentum.

¶ De festiuitate omnium sanctorum. Ca. I.



Estiuitas omniū sāctoꝝ: quattuor de causis īstituta fuisse uidet: primo ꝓpter cuiusdam tēpli dedicationem: sc̄o propter omissorū supletionem: tertio ꝓpter negligētiaꝝ expiationē: quarto ꝓpter faciliorem orationem nostrarum impetrationē. ¶ Primo ergo instituta ē ꝓpter cuiusdam templi dedicationē: uidelicet templi qd̄ pātheon antea dicebat: qd̄ rome fuit constructū in honorem cybeles: que mater dicitur omnium deoꝝ: & omnium eius filiorum. Quod templū postmodū bonifaci⁹ papa 4⁹ ecclesie dei a phoca cesare donatū cōsecrauit i honorem dei genitricis: & omniuꝫ martyrum xp̄i. 5. idus maii. Et tūc ipsa die instituit in urbe roma celebrari festum beate marie uirginis & omniū scōꝝ. s. martyꝝ: qa adhuc festa confessoꝝ nō celebrabantur. De hac materia supra dictū est. 5. idus maii. Et est illud tēplum: qd̄ hodie uocat scā maria rotunda. Veꝝ processu tēporis: quia ad hoc festum multitudo maxima ꝯfluebat: & propter defectum uictualiuꝫ celebritati uacare non poterāt. Ideo gregorius papa 4⁹ hoc festum in cal. nouēbris esse constituit: qn̄ celebratis messibus & uindemiis: maiorē uictualium copiā eē conspexit: ac ꝑ uniuersum mūdum hūc diē in honorem generaliter omniū scōꝝ solenniter celebrari decreuit: additis festiuitatib⁹ confessoꝝ. Et sic solennitas que solum rome de solis mrīb⁹ celebrabat: ꝑ totū mundum de oib⁹ sanctis ad pn̄s recolitur. ¶ Secūdo instituta est propter omissoꝝ supplectioneꝫ. Multos enim scōs omittimus de quibus nullū festum siue memoriā facim⁹: tum ꝓpter scōꝝ multiplicitatē: quia quasi Infiniti sunt: tū pp nr̄am infirmitatē: qa ifirmi & debiles sumus: nec ad hoc sufficere possumus: tū pp tēporis breuitatē: qa etiā totum tempus longissime uite uni⁹ hominis nō sufficeret: ut semel tantū in uita sua: quis singulorum scōꝝ festa celebraret. Ideoq; ecclesia rationabiliter ordinauit: ut quia oium scōꝝ festa facere nō possumus: saltē oēs generaliter isimul honorem⁹. ¶ Quare aūt institutū est: ut scōꝝ festa in terris agamus: magr̄ guilelmus in sūma de officio ponit. vi. ratiōes. ¶ Prima ē pp honorē diuine maiestatis. Cū eim scis honorē impendimus deū in ipsis honoramus: quia qui scis honorem tribuit illum honorat: qui eos scificauit. ps. Laudate dn̄m in scis eius. ¶ Secunda ē propter auxilium nr̄e infirmitatis. Quia eni per nos salutem habere nō possumus: Ideo scōꝝ intercessionibus indigemus: a quib⁹ ut adiuuari mereamur: merito ipsos honorare debemus. ¶ Tertia ē propter augmētū nr̄e securitatis ut. s. propter scōꝝ gloriam: que nobis in eorum festiuitate proponit: nostra spes & securitas augmētetur. Si enim mortales homies nobis similes potuerūt ita ꝑ sua merita sublimari: cōstat quia nos similiter poterimus: cum man⁹ dūi abbreuiata non sit. ¶ Quarta est propter exēplū nr̄e imitationis. Cū eni eoꝝ festiuitas recensetur: ad eoꝝ imitationē ꝓuocamur: ut. s. eoꝝ exēplo terrea ꝯtēnentes celestia desiderem⁹. ¶ Quinta est pp debitū mutue uicissitudis. Scī eni de nobis festum faciūt i celo: quia gaudiū ē angelis dei & aiabus scis sup uno peccatore pn̄iam agēte. Iustum est ergo ut nos de ipsis festū agamus in terris. ¶ Sexta ē ꝓpter ꝓcurationem nr̄i honoris & exaltationis. Cū eni scōs honoramus nr̄aꝫ rē agim⁹: & nr̄m honorē procuram⁹: quia eoꝝ festiuitas ē nr̄a dignitas. Nā euꝫ honoram⁹ frēs nr̄os: honoram⁹ nosipos: charitas eni omnia cōia facit. ¶ Tertio istituta ē pp negligentiaꝝ expiationē. Licet enim paucoꝝ scōꝝ festa agam⁹: adhuc tū illa pauca sepe negligenter agimus: & multa ibidem per ignorantiam omittim⁹. Siquid igitur i aliis solennitatibus scōꝝ: quas egimus: neglexerimus: in hac generali solennitate supplere possumus: & de negligentia nos purgare ualemus. Hec ratio tangitur in sermone: qui hac die per ecclesias recitatur: in quo sic dicitur. Decretum est ut hac die scōꝝ omnium memoria habeatur: ut quicquid humana fragilitas per ignorantiam: uel negligentiā: uel occupationem rei secularis in solennitatib⁹ sanctorum minus ꝑegisset: i hac sancta obseruatione soluatur. ¶ Notandum autem est q̄ octo sunt ordies sanctoꝝ quos hodierna die insimul ueneramur: ut eis: qd̄ negligenter fecimus: suppleam⁹: qui notantur per octo conditiones siue status beatoruꝫ: qui in euāgelio huius festi a christo exprimuntur: & eorum perfectiones contra octo uitia capitalia diriguntur: & reducuntur ad. 8. conditiones siue status diuersoꝝ ministerioꝝ hominū: qui constituūt politicum regimē ciuitatis: eo q̄ ecclesia triumphans ciuitati assimilatur apoc. xxi. uidi ciuitatem sanctā hierusalem nouam &c. ut enim tractatur in libro de regimine ciuitatum: ad hoc ut ciuitas bene regatur: & in suo statu pacifico conseruet: necesse est: ut habeat: cōsiliarios seu iudices regi assidētes: officiales siue uicarios

in diuersis castris regis uicem gerentes. Pre
cones siue notarios regis decreta scribẽtes.
Famulos seu nuncios regis mãdata exequen
tes. Milites siue pugiles pro regis honorẽ pu
gnantes. Nobiles siue primarios regem con
tinue comitãtes. Mercatores siue operarios
diuersa operantes & uendẽtes. Et electas do
minas reginam iugiter associantes. ¶ Prim⁹
ordo: qui est iudicum siue consiliariorum re
gi assidentium est ordo apostolorum: qui tã
ꝗ iudices & regis assessores a christo electi
sunt: ut cum christo ad iudicium uenturo su
duodecim thronis sedeant: & uniuersum or-
bem cum eo iudicare debeant: de quib⁹ can
tat ecclesia: Vos seculi iusti iudices &c. Ad
hoc autem ut iudices iuste iudicent. debent
a mente sua omnem cupiditatem excludere:
& paupertatem diligere. Vnde merito: quia
tales fuerunt apostoli: qui omnia tempora-
lia a mente sua abdicarunt: de ipsis dicitur:
Beati pauperes spiritu. Et hec paupertas spi
rit⁹ dirigitur contra auaritiam. Premiũ au-
tem quod rex ꝯsueuit suis iustis dare iudici-
bus: est ipsum regnum: quod eis una secum
facit esse cõmune: ut ipsi quodãmo reges ap
pellentur: & sibi conregnent: unde & de apo
stolis dicitur: Quoniam ipsiorum est regnuꝫ
celorum: sicut & christi. ¶ Secundus ordo:
qui ẽ officialium siue uicariorum: est ordo
pontificum & sacerdotum: qui christi uices
& auctoritatem exercent in ecclesia militan-
te: & eius ꝑsonam in omnibus representant
per diuersa loca. Officiales autẽ siue uicarii
regis: debẽt semp optare iustitiã: ut ius suũ
unicuiqꝫ tribuant: unde & de istis: quia tales
fuerunt: dicit: Beati qui esuriunt: & sitiũt iu
stitiam. Et talis esuries dirigit ꝯtra gulam.
Premium autẽ hoꝝ officialium esse ꝯsueuit:
ut de cẽsu regis sibi i uite necessariis proui-
deat: unũ & de põtificib⁹ & sacerdotib⁹ dicit:
Quoniã ipsi saturabunt. ¶ Terti⁹ ordo: qui
est ꝑconũ & notarioꝝ: est ordo ꝓphetarum
qui regis eterni mandata in ecclesia scripse-
runt: & ea populis denũciauerũt. Tales aũt
semp debẽt eẽ in ꝯtinuum exercitio & labore.
ut quasi uita eorum sit in fletu ꝑpter regis
amorem: unde quia tales fuerunt propheter
de eis dicitur: Beati qui lugent: & talis luct⁹
laboriosus dirigitur ꝯtra accidiam. Premiũ
autem horum scribarum & preconum eẽ cõ
sueuit: ꝙ rex eis gratias liberaliter cõcedẽs:
multis illos beneficiis consoletur: unde & de
ipsis additur: Quoniam ipsi consolabũtur.
¶ Quartus ordo: qui est famulorum & nun
ciorum: est ordo angeloꝝ: sub quo omẽs eo
rum ordines colliguntur: qui regis celestis
mandata fideliter exequuntur: uelut eius fa-
muli & nuncii ab eo directi. Tales autem de
bent eẽ humiles: ut regis iussa obediẽter ad-
impleant: unde quia tales fuerunt angeli bo
ni: qui in humilitate ꝑstiterunt: nec superbie
illorum qui de celo corruerunt ꝯsentire uo
luerũt: merito dicit de eis: Beati mites. Et ta
lis mititas contra superbiam dirigitur. Pre-
mium autẽ illoꝝ nunciorum consueuit esse:
ut rex illis ꝑdia & possessiones largiatur: unũ
& de ipsis addit: Quoniam ipsi possidebunt
terram. Nam & angelis de⁹ regimen terreno
rum commisit. ¶ Quint⁹ ordo: qui ẽ militũ
siue pugnatoꝝ: ẽ ordo martyꝝ: qui ꝑ regis
honore usqꝫ ad effusionẽ sanguinis decerta-
runt. Tales autẽ multas ꝑsecutiones hostiuꝫ
pati consueuerunt: unde merito de martyri-
b⁹ dicit: Bti qui ꝑsecutionẽ patiuntur pro-
pter iustitiam. Et talis passio contra inanem
mundi gloriam dirigitur. Premium autem
militum regis eẽ consueuit: ut rex eis omnia
sua liberaliter ꝯmunicet: adeo ꝙ inter ipsos
& ei⁹ assessores nulla differẽtia sit: unde & de
ipsis additur: sicut & de apostolis: quoniam
ipsoꝝ est regnuꝫ celorum: quia & martyres
xp̄o conregnare putantur: & reges appellã-
tur: coronas regias in capite deferẽtes. ¶ Se
xtus ordo: qui ẽ nobilium siue primarioruꝫ
est ordo confessorum: qui ꝑ iugẽ contẽplati-
onẽ regẽ celi continue comitantur: & ei⁹ so-
cietati quodãmodo deputantur. Tales autẽ
nobiles ciues debẽt sup omnia ad pacẽ uigi-
lare: & ut concordia sit inter ipsos affectare:
unde quia tales fuerunt cõfessores: de eis di-
citur: Beati pacifici. Et talis pax contra iram
dirigitur. Premium autẽ horum eẽ ꝯsueuit:
ut rex tales nobiles adeo diligat: ꝙ ipsos quo
dãmodo filios suos appellet: unde & de istis
additur: Quoniã filii dei uocabuntur. ¶ Se-
ptim⁹ ordo: qui est mercatoꝝ siue operarioꝝ:
est ordo patriarchaꝝ: qui opib⁹ misericordie
intẽti: quãdãmodo merces celicas xp̄o uede
bant: cẽtuplũ recepturi. Hi aũt mercatores
debẽt eẽ misericordes: ne lucris pecunialibus
nimium intẽti efficiantur deceptores: unũ qa
tales fuerunt patriarche: dicit de eis: Bti mi-
sericordes. Et talis misericordia ꝯtra inuidiã
dirigit. Premiũ autẽ mercatoꝝ eẽ ꝯsueuit:
ut de suis negociationib⁹ lucꝝ ꝑcipiãt: unũ &
de istis addit: Quoniam ipsi misericordiã ꝯse
quẽt. ¶ Octau⁹ ordo: qui est dñaꝝ: ẽ ordo
uirginũ que reginã celi cõtinue associãt: &
ei iugiter assistunt. Tales aũt dñe debẽt esse
munde & pudice: ut etiam regi assistere pos
sint: unũ qa tales fuerũt uirgines dr̃ d̃ illis: Bti
mundo corde. Et talis mundicia cõtra luxu
riam dirigit. Haꝝ aũt dominaꝝ ꝑmiũ eẽ so-
let: ut regis faciẽ uideant: & ei⁹ specialẽ ami
citiam habeant: unde & de istis addit: Quo
niam ipsi deũ uidebũt. ¶ Quarto & ultimo
institutũ est istud festũ: ꝑpter onus nr̃aꝝ
faciliorẽ ipetrationẽ: ut sicut ecclesia di hac

die omnes scõs uniuersaliter honorat: sic & ipsi pro nobis omnes insimul intercedant. Hec ratio i oratione tangitur: cum dicitur. Desideratam nobis tue propiciationis abundantiã multiplicatis intercessorib⁹ largiaris. Quod autẽ omnes sci i hoc festo pro nobis uniuersaliter ad intercedẽdum conueniant: ostensum ẽ in quadã uisione: que sequẽti anno ab huius solẽnitatis institutiõe contigisse narratur. ¶ Cũ eni custos ecclesie sci petri i urbe omia altaria circuisset: & oium scõrum suffragia iplorasset: ad altare sci petri rediẽs in spiritu rapit. Et ecce uidit regem regum in sublimi solio ꝯsidentẽ: & omnes angelos circũstantes: deinde regina in diademate fulgente cum dñaꝝ multitudie aduenit: cui rex assurgens eam iuxta se sedere fecit. Post hec uenit quidã uestitus pilis cameloꝝ: quem sequebat multitudo uenerabiliũ senioꝝ. Deinde aduenit alius in papali habitu decoratus quem plurimi i pontificalib⁹ sequebantur. Postea processit innumerabilis militie multitudo. Post quos aduenit turba diuersaruꝫ gentium infinita. Hi oẽs ante regem aduenerunt & eum flexis genibus adorauerũt. Angelus autẽ qui custodem ducebat eidem uisioné exposuit. Asserens reginam matrẽ dei esse: dñas uero uirgines & ꝯtinẽtes: pilis cameloꝝ uestitum ioãnem baptistam seniores patriarchas & ꝑphetas. Papali habitu ornatũ petrũ apostolũ: pontifices apostolos omnes: milites martyres: turbã reliquam cõfessores. Qui ideo ante regẽ regum xp̄m uenerant: ut ꝑ honore ipsis hac die exhibito gratias agerent: & pro orbe uniuerso exorarẽt. ¶ Deinde dictus custos ad locuꝫ aliũ duct⁹ uidit utriusqꝫ sexus homines: alios imensis diuersis delitiis gaudẽtes: alios inopes & famelicos mẽdicantes. Dixit autem angel⁹ hũc locum purgatoriũ esse: abundãtes uero animas illas eẽ quib⁹ ab amicis ꝑ suffragia subueniebatur: egẽtes uero quaꝝ cura nullatenus habebat. Iussit igit ut oia uisa sũmo põtifici intimaret: ut post festũ oium scõꝝ dieꝫ statueret aiaꝝ: ut saltẽ generalia suffragia illa die pro illis fierẽt: qui specialia habere nõ possent: propter qd ꝯmemoratio defunctoꝝ sequenti die ordinata est.

¶ De scis cesario & iuliano mr̃ib⁹. II.

Cesarius & iulian⁹ martyres: apd taracinã campanie ciuitatẽ passi sunt sub claudio iperatore. Erat enim firminus quidam pontifex taracine ciuitatis: qui per singulos annos talem cerimoniã pro salute reipublice & principum romanoꝝ fieri suadebat. Iuuenem eni per .7. aut. 8. menses in delitiis enutritum faciebat calendis ianuarii porcũ imulare: & deinde ipm iuuenem armarũ mõtem armũ ascendere: & inde se precipitio dare: cuius corp⁹ sũmo honor collectum in tẽplo apollinis comburebatur: & cineres pro reliquiis recondebantur. Eodẽ tempore cesarius diaconus ex aphrica ad predictam ciuitatem deueniens: & cal. ianuarii hec uidẽs & abhorens ac redarguẽs: de xp̄ianitate suspectus tentus est a firmino pontifice: & a luxurio primario ciuitatis. Et post dies .8. traditus est leontio consulari. Quo iubente mudatus ante templum apollinis aductus est. Dum autem orasset templum corruit: & firminum pontificem interfecit. Clamante autẽ populo: cesarium innocentem leontius eum in custodia nudum detinuit per menses .xxi. Post hec autem inde eductus: sed ab angelo capillis suis subito crescentibus indutus: dũ peteret se modicum relaxari: & dimissus orasset: lux ipsi de celo nimia effusa est. Que cernens leontius cõuertitur: & a cesario baptizatur: & a iuliano presbytero sacra communione sanctificatur: ut dictum est supra de eo .5. cal. nouembris. Postq̃ uero sanctus leontius obiit: luxurius cesarium & iulianũ detinuit: & in sacco uinctos in mare simul ꝓcipitari fecit. Quoꝝ corpora a mare ad litt⁹ iactata eusebi⁹ collegit: & ea ꝯdigno honore sepeliuit cal. nouẽbris: luxurius uero p⁹ dies modicos a serpente percussus interiit.

¶ De sancto benigno presbytero & martyre. III.

Benign⁹ presbyter & martyr passus est apud castrum diuionum sub aureliano imperatore. Qui cum ipsius augusti tempore cuꝫ andochio presbytero & thyrso diacono: a sancto episcopo policarpo ioannis euangeliste discipulo ad predicandum i galliam missus esset: ad portum massilie deuenientes: ciuitatem eduam adierunt: ubi a fausto quodam senatore iam uoto christiano licet occulto honorifice suscepti sunt. Quẽ eum filio symphoriano adolescente & omni familia baptizauerunt. Ad cuius etiam preces ad ciuitateꝫ lingonicam accesserunt: leonillam fausti sororeꝫ christianam fieri cupientem cum tribus eius nepotibus: quorum ipa auia erat: scilicꝫ speusippo eleusippo & meleusippo unda sacra perfuderunt: & in christi fide docuerunt. De quibus supra ieorum passione dictum est .xvi. calen. februarii. Deinde benign⁹ presbyter diuionum redit. Ibiqꝫ predicare cepit. Aurelianus ergo imperator illuc deueniens: benignum cõprehensuꝫ & sacrificare recusantẽ: neruis durissimis cedi fecit: & inde ad trocheas extẽsum carceri mãcipauit: ubi ab angelo ꝯfortat: & uulnera ei⁹ sanãt: die sequẽti ipatori exhibetur: cuius iussione ad tẽplum ducit

& immolare suadet. Sed oratione ab eo facta idola sicut fumus euanuerunt. Quem aurelianus iratus mandauit in carcerem mitti: & in saxo perforato pedes ei⁹ includi: & sudes in digitis manuū affigi: atq; per dies septem oēm ei cibū potumq; negari: canes quoq; famelicos secum recludi: ut carnes eius lacerarent. Cum aūt sanct⁹ diebus sex in oratiōe perseuerasset: canes adeo mitigauit: ut nec uestem eius lederent. Die uero septimo a praecustodia benignus illesus inuētus est: & a sudibus & cippo solutus. Tuncq; iubēte imperatore: uecte ferreo in collū cōtusus: & lancea ꝯfossus expirauit: uisa quoq; est columba niuea ex ore ei⁹ progredi: & usq; ad celos euolare. Corp⁹ autē remansit nimio fragrās odore: quod a xpianis in eodē castro sepultū est calē. nouēbris.

De scā maria uirgine & martyre. IIII

Maria uirgo & martyr apud ciuitatem nicomedie passa est. Que dum eēt ancilla cuiusdā tertulli principalis: & a domino suo propter natalē filii hostie diis imolarentur: illa a ꝯserua domine delata: ꝙ de sacrificiis: utpote xpiana gustare noluisset: uerberibus diris afflicta est: & a tertulio duro carcere mancipata: ibiq; diebus decem fame cruciata est. Quibus a romano preside compertis mariam sibi presentari fecit: eamq; sacrificare nolentem: ungularum laniatione uexari precepit. Sed clamore populi innocentem uirginem protestantis: eam ad carcerem duci mādauit. Que dum duceretur: manus se tenentium euadens & fugiens ab ipsis insequitur. Dumq; ad saxum collis deuenisset: saxum diuina uirtute scinditur: & uirginem intra se recipiens confestim concludit: & persecutores excluduntur: ac in testimonium miraculi frusta aliqua ex uestibus uirginis: extra petram ꝯcisa dimittūtur. Quod illi cernētes: territi saxum circueunt: nec aditum ullum inuenire possunt. Audiens hec ꝓses populum ad saxum concidendum aduocat: ut inde maleficam educant. Sed tonitrua & fulgura maxima continuo eruperunt: eqtesq; duo equis igneis insidentes de celo aduolauerunt. Populi uero pauentes ad tēpla deorum recurrerunt: uerum erumpētes fulmina duo milia gentilium interfecerunt. Idula quoq; plurima in puluerem redegerunt. Que uidentes multi alii paganorum numero tria milia ad christum conuersi sunt. Preses autem a fulgure interemptus est. Maria uero saxo inclusa migrauit ad dominum. Postea quoq; aperto saxo: corp⁹ illius a xpianis repertum: dignoq; honore conditum ē calendis nouembris.

De sancto uigore epo. V

Vigor epūs claruit tēpore childeberti regis francoꝝ: apud oppidum baiocense: qui attrebatense ciuitate nobilibus & fidelib⁹ parentib⁹ natus: intra sci uedasti monasteriū habitabat. Dum autē parentes illū inde retrahere uellent: ut ipm haberēt in eoꝝ hereditate superstitem: ille assumpto puero theodemiro seculum reliquit: & nesciēs quo pgeret: pegrinari cepit: atq; ad regionem baiocem deuenit. ubi ab angelo in somnis admonitus ad uicum redeuerum perrexit: illicq; edificato monasterio ieiuniis & orationibus deo seruiebat: multosq; ad dūm cōuertebat.

Dum autē filium paruulū mulieris xpiane cōuersum baptizasset: illeq; subita febre mortu⁹ eēt: mater pueri cadauer in lectulo suo reposuit: & ad uigorem accedens: mortem filii cum lachrymis nunciauit. Pro quo sanct⁹ uir orationē effudit: & matrem ad domum reuerti mandauit: que iussu illius redēens filium sibi uiuum occurrentem recepit. Propter quod miraculum multi languētes ad eum accedebāt: & tactu illi⁹ sani redibāt: plurimiq; ad fidem ꝯuersi in xpm credebāt.

Hic de possessione uiri cuiusdam serpētē 40. pedes in longitudine habentē: q solo flatu hoies & pecora occidebat: orario suo ut catulum mansuetum ligauit: & uinctū theodemiro mistro suo tradidit: quē ille ipm sequentē iussu magri ad mare ligatū deduxit: & in undis demersit. Alium quoq; serpentē de loco: qui dicitur ceila: & tertium de loco: qui dicitur cammorum: similiter eiecit.

Defuncto uero epo baiocēse a clero & populo in epatu elect⁹ ē. Cū aūt comes bathyldus possessionē quandā epatus a se occupatam arari faceret: de equo subito corruens: expirauit. Sanctus autem uir multis clarus uirtutibus senex & plenus dierum in pace qeuit calen. nouembris. Sepultusq; est in ecclesia baiocensi.

De scō maturino ꝯfes. VI

Maturin⁹ ꝯfessor apud senonēsē ciuitatē tpe maximiani imperatoris claruit. Qui ex pr̄e marino eiusdē ciuitatis nobile ac gētile ꝓgenitus: qui ex precepto maximiani christianos ꝓsequebatur: ipse etā cu ium anno solo christianus existens: pro parentum salute ad dominū exorabat. Audiuitq; a domino: ꝙ ei ab eo postulata darentur. Et post dies paucos mater eius ad christum conuersa: dum patri eandem conuersionē suaderet: ille ei respondit: ꝙ in nocte precedente ꝓ ulsum acceperat: ꝙ filio suo in custodiā data fuisset ouium multitudo. Vnde ipse marinus cum uxore & filio maturino annorū uiginti a sancto pulicarpo episcopo baptizati sunt.

¶ Cum autẽ diabulus filiam maximiani īpatoris oppressisset: & per os puelle clamaret se a nullo hominū nisi a maturino senonensi eiiciendū: populū quoq romanū a clade epidemie: quam incurrerat eiusdem meritis liberandum. Imperator ad senonen̄ ciuitatem misit: & maturinum ad se accersiuit. Qui romam cū multo honore ꝑductus: prius a comitibus iuramentū accepit: ut si eum rome aut in uia mori ꝯtingeret: corpus ei⁹ ad propriam patriā reportarent: ueniens ergo maturinus romā: īpatoris filiā a demonio liberauit: populo quoq salutē a pestilētia suis orationibus impetrauit. Et post hec ibidem in pace quieuit cal. nouēbris. Cuius corpus dum in quodā tumulo posuissent: die sequēti exhumatū inuenerūt. Recordati aūt ꝓmissionis & iuramēti: corpus roma ad galliam trāsportarūt: & ibidē illud iussu imꝑatoris digno honore ꝯdiderunt apud senonis ciuitatem: ubi & miraculis claret.

¶ De scō marcello episcopo. VII

MArcellus eṗs parisioꝝ fuit q apudeandē urbē meritu scitatis nō modico claruit. De quo illud memorabile repitur: ꝙ exn̄s adhuc iuuenis: ut dign⁹ mōstraret futur⁹ antistes: eius merito tūc aqua ī uinum: tunc uero mutata ē ī balsamū. Hic etiā inter alia uirtutum ei⁹ miraculosa īsignia: puellam a morte corporis suscitauit. Qui apud eandem urbem parisiensem: scitate clarus in pace quieuit cal. nouembris ibidem sepultus.

¶ De cōmemoratiōe omniū mortuoꝝ. VIII

COmmemoratio oīum fideliū defunctoꝝ sequēti die a festo oīum scōꝝ fieri ab ecclesia instituta ē: uidelicet. 4. non̄. nouēbris: ut generalib⁹ aliqn̄ suffragiis adiuuētur: q specialia habere nō possum: sicut ī q̄dam reuelatiōe mōstratū ē: de qua dictū est supra in legenda oīum scōꝝ calē. nouēbris. Circa quā ꝯmemorationē tria uidēda sūt. s. ipsoꝝ purgandoꝝ ꝯditio futura: ipsoꝝ defunctoꝝ purgatio dura: & ipsorum expiādorum subuētio secura. ¶ Quantū ad ꝯditionē futuram sciēdū est: esse locū purgatorii: ī quo sic purganꝭ quorūdā morientium de quib⁹ inferius dicetur: & hoc probaꝭ. ¶ Primo ꝑ locū a sufficiēti diuisione. Nā sicut dicit augusti⁹. Oēs qui de hac uita decedūt: aut sūt ualde boni: & hi statim euolāt ad paradisum: aut sunt ualde mali: & hi descendunt ad infernum: aut mediocriter boni & hi uadunt ad purgatoriū: suffragia autē facta ꝓ ualde bonis sunt gr̄aꝝ actiones: nec debēt fieri sciēter: quia ut ipse dicit. Iniuriā facit martyri: q orat ꝓ mr̄e: sed ubi ignoranter fierēt ad meritum exorantis cederent. s̄m illud. Oratio mea in sinu meo ꝯuertetur. ¶ Suffragia aūt facta pro ualde malis: sunt uiuoꝝ qualescū ꝙ ꝯsolationes: pro quib⁹ si de ipsoꝝ dānatiōe ꝯstaret: nulla suffragia fienda essent: ut dicit augustin⁹. Si scirem patrē meū esse in iferno non plus orarē pro eo q̄ pro diabolo. Sunt autē quidā mediocriter bōi: qui plenā penitentiā nō perfecerūt: qui nec adeo boni sunt quin suffragiis nō egeāt: nec adeo mali quin eis prodesse non ualeāt: pro quib⁹ suffragia facta sūt expiationes. ¶ Secūdo ꝓbatur ꝑ locum ab auctoritate. Cū eni xp̄s dicat: ꝙ qui peccauerit in spiritūsanctū nō reminetꝭ ei neꝙ in hoc seculo neq in futuro: ꝯcludiꝭ ꝙ in futuro seculo peccata aliqua dimittūtur: sꝫ hec non ī ꝑadiso: quia nihil sordidū nihil intrabit in eo coinquinatū apoc. xxi. neq in inferno in quo nulla est redēptio: igiꝭ est dare tertiuꝫ locū ī quo dimittanꝭ. s. purgatoriū. Tertio probaꝭ ex ipsa diuina pietate. Cū eni sit impossibile: ut homo nō peccet. Iuxta illud. Septies in die cadit iustus: quomodo esset diuine pietatis: ut quis subitanea morte ꝑuentus sic dānaretur de homicidio: sicut & de uerbo ocioso. Nō enim euolāt statim cuꝫ decedunt: nisi tria genera hominū: qui significantur ꝑ illos tres quibus celū apertū ē. s. pueri baptizati aut etiā adulti: dūmodo decedāt anteq̄ actualiter peccēt: hi significanꝭ per xp̄m baptizatū cui celuꝫ apertū est luc. 4. Item sci mr̄es qui denotanꝭ ꝑ stephanum lapidatū: qui uidit celos aptos actuū. 8. Itē uiri perfecti exn̄tes sine ullo peccato etiā ueniali: hi denotantur ꝑ ioānem ꝑfectissimum qui uidit hostium aptū ī celo apoc. 4. Quantū ad purgationē duram tria uidēda sunt. s. q sūt illi q purganꝭ: & ubi purganꝭ: & q̄to tempore purganꝭ. ¶ Circa primū sciēdum est: ꝙ purganꝭ illi qui satisfactione sibi iuncta nondum ꝯpleta decedūt: uerūtamē si haberent tantā ꝯtritionem: que sufficeret ad delendū peccatū: liberi ad uitā transirent: etiā si satisfactionē minime ꝯpleuissent: quia apud deum non tam ualet mēsura tēporis q̄ doloris. Qui aūt non adeo ꝯteruntꝭ: & ante expletionem moriūtur: igne purgatorii grauissime puniunꝭ: nisi forte eoꝝ satisfactio ab aliquib⁹ eoꝝ charis assumaꝭ ꝑficienda: & hec debet fieri auctoritate sacerdotis: qui penitētiam iposuit: & in casu extreme necessitatis: ubi per illū ꝑfici non possit: & debet perfici pro eo ab homine exn̄te ī charitate: & ꝙ minor pena ꝯmutetur in maiorē: quia pl⁹ deo satisfacit pena propria q̄ aliena. ¶ Scd̄i qui purganꝭ: sunt hi: qui satisfactionē quidem iniunctam ꝯpleuerūt: sed tn̄ illa pena ignorantia uel negligentia sacerdotis sufficiens non fuit. Nā nisi magnitudo ꝯtritionis suppleat isti talea in purgatorio cōplebunt qd̄ ī hac

uita defecerũt: uñ si penitẽtia iposita est maior: tũc illud plꝰ cedit ei i augmentũ glorie Si equalis sufficit ad diminutionẽ totius culpe. Si minor: tunc illud quod restat: supplebit ex uirtute diuine iustitie. ¶ Tertii q̄ purgant: sunt illi: qui lignũ fenũ & stipulã secũ ferunt. s. affectiões carnales: quibꝰ dediti sũt Ita tñ ut nil deo p̄ponant. Isti eni illis tribus significant: q̄ fm suos amãdi modos: uel diutius ut lignũ: uel minꝰ ut fenũ: uel minimũ ut stipulã cremabunt. ¶ Circa secundũ. s. ubi purgant: sciendũ est: q̄ est purgatorium generale & spẽale. Generale est in eodẽ loco quo & infernꝰ: & eodẽ igne dãnati cruciant: & saluandi purgant: sicut idẽ ignis ligna cõsumit: & aurũ purificat: q̄ quidẽ ignis est miro mõ grauis: cũ excellat oẽm penã: quã unq̄ q̄s passus fuerit i hac uita: licet martyres mirabilia passi fuerint tormẽta. ¶ Habent tñ illi: qui sunt i purgatorio triplex remedium: quibꝰ dãnati carent. Primũ: q̄a certi futurã gloriã p̄stolant: habent eni certitudinem de gloria: minorem q̄dem q̄ existẽtes i patria: sed maiorẽ q̄ existentes in uia. ¶ Secũdum: q̄a a demõibꝰ nõ cruciant: nõ eni ẽ cõueniẽs: ut quoq; in hoc mũdo extiterunt uictores: eos hẽant in purgatorio penarum illatores. ¶ Tertiũ: q̄a ab angelis bonis sepiꝰ uisitãt: q̄ eos in spe certa future glorie cõfirmant: & bona: que p̄ eis in hoc mundo fiunt: illis annunciant. ¶ Spẽale uero purgatoriũ ẽ illud quod deꝰ in diuersis locis plutibꝰ aĩabꝰ purgandis sepius deputare creditẽ: Quod q̄dem facit deꝰ p̄pter qnq; rõnes. Primo p̄pter earũ lenẽ punitionẽ: sicut aliquibꝰ fm gregorium reuelatũ est: aĩas quasdã i umbra punitas ẽẽ ¶ Secundo p̄pter earũ celerẽ liberationẽ: ut s. possint suas idigentias aliis reuelare: & sic eorũ suffragia petere: & p̄ cõsequẽs de pena celerius exire. Sicut legit de scõ theobaldo: q̄ eius piscatores in autũnu frustũ glaciei pro pisce p̄ndiderũt: q̄d dũ pedibꝰ epi podagra laborantis p̄ eiꝰ refrigeriu supponeret: audiuit uocem de glacie dicẽtis: se aĩa3 ẽẽ unꝰ peccatoris: qui in illa glacie purgabat: q̄ liberari posset: si. xxx. missas p̄ eo cõtinuatis diebus celebraret. Quas dũ sanctꝰ bis incohasset: & diuersis causis demone hoc agente intermisisset: tertio missas cõtinuauit: & frusto glaciei dissoluto aĩa peccatoris ad celos ascẽdit. ¶ Tertio p̄pter nostrã istructionẽ: ut. s. magnã penã infligi peccantibꝰ in uita futura cognoscamus: sicut appet i quodã scholari qui dũ post eiꝰ obitũ magistro suo cũ capa de p̄gameno plena sophismatibꝰ appauisset: eãq; plusq̄ turrim sibi ponderare diceret: & magister penã illã leuẽ iudicaret. Ille guttã unam sui sudoris in palmã magistri cadere dimisit que manũ eiꝰ sicut sagitta p̄forauit: & cruciatum mirabilẽ sensit: unde magister territꝰ seculu renuncians religionẽ intrauit. ¶ Quarto p̄pter culpe in loco p̄petrationẽ sicut legit. 4. dialog. q̄ p̄sbr̃ p̄pter corporis sui necessitatẽ balneũ frequentans: semp inueniebat unũ sibi ibidem ministrantẽ. Cui dum uice quadã p̄ mercede panẽ benedictũ offerret: audiuit ab eo: q̄ fuerat aliq̄n dñs loci illius: sed p̄ culpis suis ibidẽ post mortẽ fuerat deputatus: rogãs ut p̄ se panẽ illum deo offerret: & sic expiari posset: q̄ dũ p̄sbr̃ per dies. 7. p̄ eo celebrasset: & ad balneũ redisset: illum minime ampliꝰ inuenit. ¶ Quinto p̄pter alicuiꝰ sci orõnẽ: sicut legit de sancto patricio ep̃o: ad cuiꝰ orõnem deꝰ in hibernia purgatorium unũ cõstituit: de quo dictũ est supra in eiꝰ legẽda. 16. calẽ. aprilis. ¶ Circa tertium. s. quãto t̄pe purgant: sciendũ ẽ: q̄ tẽpus debet culpe correspõdere. Deꝰ enim q̄ modos & mensurã peccatorũ & penarũ nouit: penã cum culpa cõmensurat: uel tẽporis diuturnitate: uel pene acerbitate: ut si uerbi grã: quis peccatũ cõmisisset: p̄pter quod p̄ annũ in purgatorio stare deberet: & usq; ad diẽ iudicii nõ nisi mẽsis unꝰ restaret: q̄a tunc purgatorium finiri oportet: deꝰ tunc p̄pter tẽporis breuitatẽ aggrauaret pene acerbitatem. ¶ Quantũ uero ad subuẽtionẽ secundã quatuor uidenda sunt. s. quibus subuenit. Per quos subuenit. Per que & qualiter subuenit. ¶ Circa primũ sciẽdũ: q̄ dãnatis nullo mõ subuenitur: neq; quo ad liberationem: ut. s. ab ipsis penis liberent: nec quo ad mitigationẽ: ut. s. i eis diminuant: nec quo ad suspensionẽ: ut. s. ad tẽpus etiã minimũ eorum pena suspendat: nec quo ad fortificationem: ut. s. ad tolerandũ lenius roborent. Quãtũ eni ad aliquod horũ in inferuo nulla est redẽptio. Subuenit autẽ illis: qui in uita sibi meruerunt: ut eis talia p̄desse possint: uidelicet illis qui in statu grẽ decedentes aliqua secũ purganda tulerunt: de quibus supra dictũ est. ¶ Circa secundũ sciendum: q̄ debet istis subueniri p̄ hoies qui sint in tali statu: quali & illi decesserunt. s. in statu grẽ. Alioquin si suffragia fiant p̄ defunctis existentibꝰ i mortali: nihil aiabus p̄sunt: sicut nec sibiipsis p̄desse possunt. Hoc aũt fallit in duobꝰ casibꝰ ¶ Primo cũ quis decedens in charitate ordinat sibi de p̄priis facultatibꝰ p̄ aliquẽ subueniri: q̄uis enim talis uoluntatẽ defuncti exequens sit in peccato mortali: p̄sunt tñ illi tales elemosyne: q̄a fiunt in p̄sonã existẽtis in statu grẽ. ¶ Secũdo cũ quis defunctis subuenit in p̄sonam ecclesie: ut si sacerdos exñs in mortali etiã sponte celebret p̄ defunctis: quia eni hoc facit in p̄sonã ecclesie: p̄sunt defunctis illa suffragia: quia noie ecclesie fiũt: que semp sine macula cõsistit: & oia p̄ spiritũ

sanctum operaſ. ¶ Circa tertiũ sciẽdũ q̃ suffragia p defunctis: quedã sunt realia sicut elemosyne & oblatiões: quedã psonalia: ut ieiunia & peregrinatiões: quedã uero mixta: ut ecclesie oratiões & potissime missaꝝ celebrationes. ¶ Quod aũt primũ .s. elemosyne psint p defunctis: patet ex eo qđ legiſ secũdo maccabeoꝝ .xii. Quoniã uir fortissimus iudas collatiõe facta .xii. drachmas argenti misit hierosolymã offerri p peccatis mortuorũ ꝛc. ¶ Quod uero ſm .s. ieiunioꝝ obſuatio & oratio eis psit gregori⁹ pbat i .4. dialogoꝝ p multas auctoritates & exẽpla que cã breuitatis omittuntſ. ¶ Quod aũt tertiuʒ scilicet missaꝝ celebratio eis psit: pbat ideʒ in eodem libro: q̃ dũ quidã frater mortuus esset: & .3. aureos habere reptus fuisset: iussit eũ gregori⁹ i sterquilinio sepeliri: & pro eo usq̃ ad dies .30. missam celebrari: qb⁹ expletis aia illius cuidã fratri appuit: & se ppter talem missaꝝ celebrationem a purgatorio liberatum eẽ dixit. ¶ Circa q̃rtum uero .s. q̃liter subuenit: sciẽdum ẽ q̃ suffragia aut fiunt pro mortuis generaliter: & tũc generaliter prosunt: aut spaliter: & tunc spaliter prosunt illis pro quib⁹ fiunt: si indigẽt: si aũt nõ indigent ſm diuinã dispensationẽ illis q̃ magis indigẽt attribuuntſ. Et hoc itelligas q̃tũ ad expiationẽ. Nã suffragia mortuoꝝ habẽt ultra expiationẽ uirtutem i penis confortãdi. Et hoc oib⁹ equaliter prodest siue fiãt generaliter siue spaliter: sicut patet exẽplum i candela: que accẽsa pro uno exñte i carcere sic aliis lucet: ac si pro singlis accẽsa fuisset.

¶ De scõ iusto martyre. IX.

IVstus martyr apud tergestinam ciuitatẽ aquileie puincie passus est: tẽporib⁹ diocletiani & maximiani impatoꝝ sub manatio prefecto. Qui dũ ad prefatã urbẽ deuenisset. Iustũ ꝓprehendi fecit: & sibi pñtaro cepit suadere: ut diis sacrificaret. Qui cũ domino iesu xp̃o se sacrificare diceret: iussit eũ in carcerẽ trudi. Cũq̃ tota nocte i oratione pseuerasset: mane eductũ & imolare recusantem: fecit eum matiatius extẽsum neruis crudis cedi: sed cũ illũ oĩno iuictũ cerneret: mãdauit in collo ei⁹ & manib⁹ ac pedib⁹ plũbi pondera ligari: & sic i profundum maris demergi. Qui quasi ad epulas iuitatus ipe sibimet pondera plũbi deferebat: & uale dicens fratrib⁹ festinãdo ad littus pgebat. Sicq̃ ad locum ducitſ: & plũbo ei alligato in scapha modicissima ponitſ: ductusq̃ in altũ pelagus oratione fusa i mare demergitſ: ut aũt spiritum deo reddidit: mox funes ei⁹ cum plũbo dirupti sunt: & corpus ad litt⁹ tergestine ciuitatis ab undis deductũ est ante solis occasum. Eadẽ nocte appuit scũs martyr cuidã presbytero noĩe sebastiano: in bẽs ut corpus eius tolleret: & cũ indulgẽtia sepeliret. Qui ꝯuocatis plurib⁹ xp̃ianis: corp⁹ ipsius in litore inuenerũt: iuxta ipm locum honorifice tumularũt. Qui passus ẽ .4. noñ. nouẽbris.

¶ De scã eustochio uirgine & martyre. X.

EVstochiũ uirgo & martyr apud tarsum cilicie passa ẽ sub iuliano impatore. Qui cũ ibidẽ existens cũ oĩ populo diis gentiliũ sacrificasset. Eustochiũ sacrificare nolẽtem primo neruis bubalinis cedi fecit: deinde tormib⁹ capreolaꝝ ungulari p̃cepit: ptbusq̃ carnes ei⁹ ꝯcidi. Deinde caput eius cũ capillis excoriari & clauos infigi. Et cũ hec oĩa ꝯstantissime tolerasset: & ĩpator sentẽtiã protulisset: ut mẽbratim ꝯcisa i sartagine torreretur orans ad dñm emisit spiritũ. Sepultaq̃ ẽ a matre propria in abditissima crypta .4. noñ nouembris.

¶ De scã eustochio uirgine. XI.

EVstochiũ uirgo sacratissima paule nobilissime romanorũ filia & beati hieronymi discipula fuit. De qua idẽ testatſ hieronym⁹ q̃ i scis locis uirginitatis & ecclesie mõile p̃ciosissimũ fuit. Cũ uero mater ei⁹ oĩ relicto seclo & mũdanis diuitiis ac filiis cũctis: ex urbe roma pgressa hierosolymã deo fautura nauigaret: hec sola eius propositi & nauigatiõis comes extitit: sicut supra actũ ẽ in uita paule .vi. cal. februarii. Et cũ eadem eius matre apud oppidũ bethleẽ cenobium ꝯstruxit: & cũ eadẽ & aliis scis femis sub btĩ pr̃is hieronymi disciplina: deo deuote seruiuit: atq̃ post dormitionẽ genitricis .30. & eo amplius puellaꝝ mater extitit. Cui beatus doctor regulã deo uiuẽdi cõstituit & dictauit. Ipa aũt ieiuniis & oratiõib⁹ sacrorũq̃ libroꝝ studiis intẽta solicite: post agones plurimos pro xp̃o supatos in uirginitatis ppo sito in pace quieuit. Sepulta apud bethleem .4. noñ nouembris.

¶ De scõ uictorino ep̃o & martyre. XII.

VIctorinus pictauẽsis ep̃s sub diocletiana psecutione martyriũ passus est: qui sciẽtia & doctrina clarus opuscula nõ nulla sacre fidei putilia ꝯpilauit. Cõmẽtarios enim edidit in genesim: Exodũ: Leuiticũ: Isaiam: Ezechielẽ: Abbacuch: Ecclesiastẽ: Cantica canticoꝝ: & apocalypsim. Aduersum oẽs fere hereses libros plures ꝯscripsit: & multaq̃ alia grandiorib⁹ sensib⁹ q̃ cõpositione uerboꝝ neq̃ enim eque latina ut greca lingua pollebat. Sub prefato tandẽ principe p ei⁹dem defensione fidei: martirio uitã apud eandẽ urbẽ finiuit. Ibiq̃ tumulat⁹ iacet passus est aũt .4. noñ nouẽbris. Hec hieronym⁹ libro

de viris illustribus.

¶ De sanctis alcindino pygasio & anepothisto martyribus. XIII

Alcindin⁹: pygasi⁹: & anepothist⁹ apud psidam passi sunt sub sapore rege plage: qui eidem regi delati q̄ xp̄m colerent: & multos cōuerterēt: inuēti sunt in cella orantes: & a ministris regis capti educti sūt. Dum aūt xp̄m cōfiterent: primo uectib⁹ durissime cesi sunt: mutatis sup singulos eoꝝ incedendo .io. uiris. Rex uero cecidit q̄si exanimis: tandem ad se rediēs: eos sursum appēdi: & deorsum extēdi: ac ignē subterponi fecit. Sci uero xp̄o eis apparente illesi ab igne pmanserunt: & a uinculis absoluti sūt. Rex aūt mutus effect⁹ est: & ministri q̄si amentes erant: ita ut nec nutibus eum intelligere possent. Post hec apparuit scis martyribus exercitus angeloꝝ: quibus orantib⁹ lingua regi restituta est. Tunc mādante rege sci sup lectos ferreos sternunt: & carbones subtermittuntur: sed a uoce celica cōfortantur: plurimi ad dn̄m cōuertunt. Deinde pluuia maxima inundāte: & angelis eis in albis de celo aduolantibus ignis extinguit: & sanctoꝝ uincula dirumpunt. Cūq; eis rex blandiret: ut sacrificarent: eosq; in curru suo leuasset: & ad tēplū iouis adduxisset: i orōne fuderūt ad xp̄m Statimq; facto terremotu magno idolum cecidit: & rex territ⁹ fugit. ¶ Iteꝝ quoq; scōs martyres detētos nudos & catenis obligatos rex mitti fecit in cacabos plūbo: resina: & pice bulliētibus plenos. Veꝝ orōne ad deū fusa: sanctoꝝ catene cōfracte sunt: & cacabi uacui sunt repti: ac oīno tepefacti. Quod cernens miles quidā noīe ✝ antoninus cōuersus est: & in xp̄i cōfessione a rege decollatus: atq; a fidelibus sepultus. Deinde mādauit sapor martyres coriis tauroꝝ includi: & in mare iactari. Et cōtinuo sanct⁹ martyr antonin⁹ eis cū tribus angelis apparuit: & coria scidit: sanctosq; illesos sup undas maris ambulantes ad littus pduxit. Quo miraculo ✝ .28. gentiles ad fidē xp̄i cōuersi sūt. Sed irat⁹ rex scōs mrēs unacū p̄fatis .28. nup cōuersis in ignem copiosū mitti p̄cepit. Qui solas aīas xp̄o reddentes corporib⁹ iustis oīno pmanentibus ipsi multis cernētibus ab angelis in nubib⁹ suscepti sunt: odorq; mir⁹ ex corpib⁹ refragrauit. Qui passi sunt .4. non̄. nouēbris.

¶ De scō theodoro ep̄o. XIIII

Theodor⁹ ep̄s cyrie ciuitatis a cyro cōdite nō solum uerbis sed et rebus & uirtutib⁹ extitit coronatus. Qui multa uolumia scripsisse dr̄: sed de pluribus paucoruꝫ istoꝝ ad nos notitia puenire potuit: ut gēnadius de uiris illustribus testat. Naꝫ scripsit de incarnatiōe dn̄i aduersum eutycen presbyteꝝ & dioscorum alexandrinū ep̄m dicta fortia. Itē ecclesiastice historie libros imitatus eusebium: & a fine multoꝝ ei⁹ incipiens usq; ad leonis senioris tēpora deduxit. Sub quo & apud laodiciā ciuitatē in xp̄o quieuit .4. non̄. nouembris.

¶ De sancto ambrosio abbate. XV

Ambrosi⁹ abbas monasterii agaunensis prius apud lugdunū ciuitatē monasterii insule barbate p̄fuit: & magnis illic uite ac sanctitatis uirtutibus clar⁹. Cū ad dictum cenobium agauni ob egregie religionis normā translatus fuisset: btō fine in dn̄o requieuit .4. non̄ nouēbris. Cui⁹ corpus apud idē monasteriū sepulrū iacet: & signis atque miraculis gloriose refulget: ut dicit ado.

¶ De sancto quarto discipulo. XVI

Quartus discipulus ex .72. a xp̄o electis un⁹ fuit: qui sub disciplina postmodū .12. apostoloꝝ claruit ut abbas dorothe⁹ tradit: de hoc etiam apostolus ad roma .16. mētionem facit. Hic ep̄s beryti ab apostolis cōstitutus extitit: & officio p̄dicationis se exercitans apud eandem ciuitatem quieuit tertio nonas nouembris.

¶ De sanctis martyrib⁹ qui dicuntur massa candida. XVII

Martyres sci: qui dicūt massa candida: fuerunt innumera martyꝝ multitudo i ciuitate cesaraugusta hispanie puincie sub daciano preside p xp̄o passuꝝ. Cū eni p̄fatus preses in ipsa urbe .18. martyres interfecisset cū uirgine cugra: de quib⁹ dictū ē in eoꝝ passiōe .16. calē. maii. Videns: q̄ quanto plus conabat xp̄ianos extinguere: tanto magis coꝝ multiplicabat fides: & collegiū augebat: simulata pace ecclesiis reddita: misit edictū ficte: ut xp̄ianis lateotib⁹ liceret suis legib⁹ uti. Quib⁹ ad publicū pdeūtibus: & xp̄m laudantib⁹ eoꝝ multitudine i p̄dicta ciuitate cōueniente: cōgregauit exercitū paganoꝝ: ianuasq; urbis claudi iussit: ne quis eorum euaderet. Omnes quoq; christianos ibidem repertos armati gentiles ex abditis exeuntes gladiis trucidaruot. Corpora uero in aceruos maximos collecta combusserunt & cineres in uentum disperserunt. Qui propter eorum innumerabilem multitudinem massa candida appellātur: ut dicit frater uincentius. Quorum passio recolitur .5. non̄ nouēbris. Sunt & alii .300. martyres: qui massa candida dicuntur: de quibus supra dictū est .9. calē. septembris.

¶ De sanctis germano & sociis martyribus. XVIII

GErmanus: theopolus: cesarius: & uitalis martyres apd cesareã cappadocie sub psecutiõe decii cesaris optime duxerũt mrium. Quo tẽpore: ut scribit hieronymꝰ: uoti erat xpianis pro xpi noĩe pcuti: uez etiã callidus hostis tarda ad mortẽ supplicia ꝗquirens animas cupiebat iugulare non corpora & ut ipe qui ab eo passus ẽ cyprianꝰ ait: uolentibus nõ permittebaẽ occidi. Quo tẽpore passi sunt illi duo iuuenes de quibus in uita sci pauli primi eremite dicit: ut supra dictũ est in eiꝰ uita. 4. idos ianoarii. Passi sunt prefati sci mres germanꝰ & socii. 3. noñ. nouembris. Hec hieronymꝰ in martylogio suo.

De scõ chenelmo martyre. XIX.

CHenelmꝰ martyr ĩ anglia passus ẽ. Hic fuit filiꝰ cenulphi merciorum regis. Quẽ ille moriẽs drydẽ sorori sue tunc septẽnem ꝯmisit alendum. Illa uero mortuo rege falso sibi regnũ presagiẽs infantulũ occidendum satelliti: qui eius erat allũnus tradidit: preciũqz promisit. Qui puez uenatũ ducens inter frutecta obtrũcauit. Hoc autẽ celatum in anglia statim diuinitus inotuit. Nã columba de celo aduolãs sup altare sancti petri rome descẽdit: & mẽbranã anglicis elementis scriptam detulit: atqz in altare deposuit: cuius tenor necẽ pueri mris: & sepulturam per ordinẽ prodidit. Que a quodaz anglico interpretata ẽ. Statimqz papa p epistolam regibꝰ anglie directam ꝯpatriotã martyrem idicauit: unde frequẽti cultu corpus inocentis de loco ubi iacebat solenniter leuatum est. Cum aũt ferretur uincelcũbã clericis & laicis canentibꝰ: dryda parricidialis e fenestra cenaculi caput extulit. Et forte psalteriom legens peruenerat ad ps. Deus laudem meam ne tacueris: quẽ a fine nescio quo presagio retrograde dicens: ottebaẽ cãtantes infringere. Tunc uirtute diuina oculi illius a capite euulsi uersum illũ: hoc opus eoz qui detrabunt mihi ꝛc. cruore polluerunt. Et in ipo libro usqz hodie extat cruoris isignia immanitatẽ mulieris & ultionem dei spirantia. Passus est aũtẽ scũs martyr. 3. noñ. nouembris. Hec gutlelmus.

De scã alpaide uirgine. XX.

othonis imperatoris uigesimose
cundo: dum adhuc esset iuuencu
lus annoꝝ sedecim: quo nascen-
te dunstanus archiepiscopus cantuariensis
audiuit uocem de celo anglice dicẽtem. Pax
anglie quãdiu puer iste regnabit: & dunsta-
nus noster uixerit. Regnauit autem ãnis. 16.
& quolibet anno nouum monasterium fun-
dauit: totamqꝫ insulam in sũma pace & iusti
tia gubernauit. Nã regem scotoꝝ cinandum
cambioꝝ malcolinũ: archipyratã mascosiũ
omnesqꝫ reges unalensiũ numero. 5. ad curiã
coactos perpetuo sacramẽto sibi obligauit.
Quos apud legionũ sibi occurrentes: & põ-
pam triũphi per fluuium deduxit una naui
impositos: quã illi remigabãt: & ipse in ꝓra
sedebat. Compatriotas suos a nimia potati-
one timore & industria refrenauit . Et adeo
seuerus fuit : ꝙ ibi nullus fuit priuatus la-

ero nullus popularis predo: nisi qui nellet amittere uitã: quinetiã omnis generis feras sanguinis auidas ex regno extermiauit. Gui dualo regi guaidensiũ indixit: ut sibi omni ãno tributũ .300. lupoꝝ solueret. Quod dũ ille plurib⁹ annis fecisset: nullũ se amplius iuenire ꝓfessus ẽ. Omni estate p⁹ pascha naues ꝑ omnia littora adunari precipiebat: & ascẽdens ipsemet: mare circuibat: ut pyratas arceret: hyeme uero ꝑ prouincias equitabat ut predones deleret: iudicia potẽtioꝝ exquisens ne ius uiolarẽt. ¶ Quodã tẽpore uenatum prexerat: dunstanũ qui secũ erat rogãs missam differre. q̃a dies dñicus erat. Appropinquãte hora tertia eps sacris idutus super altare regẽ expectabat: subitoq; sopore leui depressus: raptus i celum audiuit cãtus angeloꝝ cantãtes kirieleison. 9. uicib⁹. Excitatus post modicũ adhuc expectãs rapitur: & audiuit alta uoce dici. Ite missa ẽ & rñderi: deo grãs. Tunc accurẽtes eius clerici regem adesse dixerunt: quib⁹ rñdit q̃ missam audiuerat: nec esse opus q̃ ea die amplı⁹ celebraret. Interrogatus a rege cur hec diceret: & q̃re celebrare nollet uisionẽ apit. Et hoc sumpta occasione regi prohibẽs ne die dñico ulterius uenatum pergeret. Quã correptionẽ scũs rex benigne suscepit & de cetero obseruauit. Qui gubernato regno post annos .xvi anno etatis sue. 53. i pace quieuit: & miraculis post obitum claruit.

¶ De scõ deodorico episcopo. LXVI

Deodoricus metensis epus imperatori othoni primo sanguine & dilectione ꝯiunctus fuit. Qui dũ i italica expeditione militaret: & secũ eps eẽt eo ꝑ trienium i ipsis ptibus extuisset: ipe uti deuotissim⁹ ex diuersis locis & ciuitatib⁹ plurima corpora & reliquias scõꝝ collegit: que ipe secũ i partib⁹ suis asportauit. Primũ a marsia corp⁹ elpidii ꝯfessoris substulit. Cuius socii cadauer iuide licet eutychii iã ipse imperator substulerat. Ab amiternis eutychen mrem cum reliquiis maronis & uictorini socioꝝ illi⁹. A fulginiu felicianũ epm & martyrem: a pusio asclepiodorũ mrem: a spoleto serenũ mrẽ cum gregorio mre spoletañ. a cordinio pignora uincentii mris olim ab hispanis ꝑ duos monachos capuã: & inde cordiniũ delata. A menãnia alteꝝ uincẽtiũ epm & mrem: a uincentia leontium episcopum & martyrẽ: a florẽtia minyatẽ mrẽ: ab urbe tudertina fortunatũ epm. A sabinis partes corporuꝫ proti & hiacynthi mrꝫ: & alia plurima que i ecclesia scti uincẽtii mris a se i saltuuallis ꝯstructa locauit: cum pte catene sci petri apostoli: & capillis ei⁹: & sanguine sci stephani protomartyris: & pte craticule sci laurẽtii: a ioãne papa sibi donatis. Hec omnia prefatus sanctus eps in dicta ecclesia deuote reposuit: ubi p⁹ modũ ecclesia sua feliciter gubernata i xp̃o quiescens tumulatus iacet: & miraculis uiuit. Hec sigibertus.

¶ De scã eteldrita regina & uirgie. LXVII

Eteldrita regina & uirgo i anglia clarruit: ut ait beda. Que duobus nupta uiris uirgo ꝑmãsit: uiros ad castitatis obſuantiam suis exhortationibus inducẽs: & semetipsam illibatam custodiẽs. Huius pater fuit anna rex orientalium angloꝝ qui habuit alias duas filias: etelburgã & sexburgã. Quarum prima in monasterio gallie: quod dicit brigis: scimonialis primũ: p⁹ abbatissa fuit: & semper incorrupta permansit. Altera hesecoberto regi cũmarioꝝ uxor data est. Ex quo genuit duas filias execorungam: de qua beda multa scripsit: & hermenildã: que uulfio regi mercioꝝ data est in coniugẽ. Ex quo habuit filiã uemburgã uirginẽ. Mater apud baluium post sexburgã abbatissa fuit: filia uero apud legionũ ciuitatem quiescit. Que maxime orationes feminaꝝ & puerorũ exaudire creditur.

¶ De sanctis uuldruta & uulburga uirginibus. LXVIII.

Vvldruta & uulburga uirgines sorores carnales i anglia claruerũt. De quib⁹ beda scribit: q̃ fuerunt filie mẽguardi fris guelserii regis i ex uxore uemburga filia hermerendi fratris hercoberti: quarum prima in cenobio sancti augustini cantuarie: secunda apud uẽneloch ambe signis radiantes quiescunt.

¶ De scã edburga uirginie. LXIX

Edburga filia eduardi regis senioris in anglia claruit. Hec ex uxore regis edelspita progenita uirgo sãctissima fuit. Que adhuc trima sic a patre probatur. Posuerat ille in triclinio diuersa urnamenta mulierum naturaliter allectiua: & seorsum crucẽ & euangelium: iussaq; ut qđ uellet horum eligeret toruo aspectu secularia despiciens: manibus iunctis crucem & euangelium adorauit: ipsaq; postmodum in manib⁹ sumpsit & osculata est. Quod pater considerans & uirginis puellule auspicium notans: eam adhuc infantem in monasterio uirginum in urbe uincõnia dedicauit: ubi ipsa procedente etate laudabiliter uixit: & humilitatem nimiam in omnibus exhibuit. Nã saccos puellarum sociarum furtim nocte suscipiens: & diligenter lauans lectis earum rursus apponebat. in ipsoq; cenobio in pace dormiuit: & signis effulgens ibidẽ corpore q̃escit.

¶De sancta eggytha uirgine. LXX

EGgytba filia regis edgari anglurum uirgo scã in uilumẽsi cenubio iacet:& miracula ondit. Dũ sanct⁹ dũstan⁹ ꝯsecraret ecclesiã dionysii:quã edificauerat:rex uidit banc puellã pollice dextro frequenter signũ crucis fronti iprimere:& ait: Nunq̃ putrescat ille digit⁹:& ꝯtinuo flens floridã illã rosam cito marcentẽ futurã ꝑdixit: auemq; deo dilectã euoluturã. Quod post modicũ ꝯtigit:puella de seculo isto subtracta. De q̃ sanct⁹ dunstan⁹ p uisionẽ uidit:ꝙ sanct⁹ dionysius illã p manũ tenebat:& dũstanũ amunebat: ut ipsa uirgo a famulis xp̃i sic bonoraret̃ in terris: sicut a sponso honorabat̃ in celis. Hec in pfessione scimoolalis aureis uestibus utebat̃. Cuius corp⁹ uirgineũ i terra sepultum:dũ post aliquot mẽses altius leuaretur:totum in cioerẽ solutum inuentum ẽ: ꝑter dextrã pollicem:de quo dunstanus ꝑdixerat:ꝙ nunq̃ marceret:& aluum atq; aluo subiecta:que integra repta sunt. De quo dũ omnes admiraretñ:uirgo sancta cuidã dormienti apparens dixit:nõ esse mirandũ:si uẽter ille nõ putruerat:quẽ ulla libidu nõ tetigerat. Quiescit in prefata ecclesia sci dionysii:ubi miraculis fulget.

¶De sanctu hildeberto epõ. LXXI

HIldebertus cenomanẽsis eps:postea turooẽsis archieps fuit. Hic berengarii turonẽsis discipulus Versificator & dictator egregi⁹, librũ elegantẽ de ꝯtẽptu hui⁹ uite partim metrice:ptim psaice dictatũ cõpo fuit:qui etiã ut ipse de se i quadã sua epistola refert:multas tribulationes & uincula p xp̃o ppessus ẽ ab emulis: uidelicet rotrocii comitis cenomanẽsis:q illũ de comitatu eiecerat:& comitatũ ei⁹ usurpauerat. Qui scũs eps a ꝑdictis bostib⁹ detẽtus ẽ iniuste: eo ꝙ comitẽ existẽtẽ io carcere uisitasset:& testamentũ ipsi⁹ sua manu ꝯscriptũ matri detulisset. In ipsa ergu custodia multas passus afflictiões:epistolas plures scripsit. Tãdem eiect⁹ de carcere turoni archieps ordinat⁹:uirtutib⁹ & scitate refulsit:& apud eãdẽ citatẽ i pace dormiuit:ibiq; iacẽs i miraculis uiuit.

¶De sancto didacho epõ. LXXII

DIdachus eps exomẽsis magister fuit sancti dominici ordinis ꝑdicatorũ fundatoris:cui⁹ & ille fuit canonicus regularis:& exinde supprior canonice ipsi⁹. Hic cũ iz. abbatibus ordis cistertiensis & cluniacẽsis:& cũ quodam apostulice sedis legato ad terrã albigẽsem missus est ad ꝑdicãdũ ꝯtra hereticos albigenses:qui tale ꝯsiliũ collegis in officio ꝑbuit:ut qa xp̃m paupem ibãt ꝑdicare:eiusdẽ se uite ostenderent õpib⁹ ꝯformare:ut ex hoc aias facili⁹ lucrarent̃ ad xp̃m Et sic ꝯsilio didachi:equitaturas & põposã supellectilẽ dimittẽtes:in hitu humilitatis& gestu paupertatis incedentes officiũ ꝑdicatiuis ꝓsecuti sunt: in quo officio ꝑdict⁹ pater cũ sancto dominico eius canonice supprior sibi assistẽte laudabiliter se gessit:& multos ad xp̃m ꝯuertit. Post biennũ antẽ ad ecclesiã suã redire disponens: loco sui beatũ dominicum uicarium dereliquit. Dũq; post multos labores exomam peruenisset:pedes trãsiens per castellam: ad extremum uite sue perductus est. Qui post ubitum miraculis claruit.

¶De sanctu bene abbate. LXXIII

BEne abbas fuit io desertu thebaidis:de quo hieronymus dicit: ꝙ nunq̃ uisus est iurare: neq; mentiri:neq; irasci:neq; ociosum uerbum pferre: sed uita eius erat in summo silentio:mores tranquilli:ut per oĩa q̃si ãgelici ordis uideret̃. Humilitas quoq; immẽsa: p nihilo in oĩb⁹ semetipm ducens. Hic dũ bestia quedã noie hipporaur⁹ regiunẽ sibi pximã uastaret:rogatus ab agricolis uenit ad locũ:& bestie i noie iesu ꝑcepit: ne amplius terrã illã uastaret. Bestiaq; statim recedens nusq̃ ꝯparuit. Simili modo crocudilum ab eo alio tempore sugatum perhibebant. Hec io uitis patrum.

¶De sancto pitrione abbate. LXXIIII

PItrion abbas fuit in thebaide in monte quodã ꝑrupto fluuiu imminente:in quu erant p ipsa ꝑcipitia spelunce difficiles accessu: in his monachoꝝ plurimi ꝯmanebãt:quoꝝ pater erat pitrion. Hic discipulus sancti antonii fuit:& post eius obitũ cũ amone habitauit: & post hui⁹ abscessum in ꝑdicto se monte ꝯstituit. Qui grã saniatum & sugandoꝝ spirituũ miro modu clarebat & immundoꝝ demonũ notitiã maximã habebat. Dicebat aũt neminem posse demones eiicere:nisi prius a seipso uitia eiecisset. Et quicũq; supasset uitia ppria: posset de facili demooes superare. Hic secundu in septimana reficiebatur pulmentula ex farre sumena nec aliam iam poterat escam recipere: neq; etate:neq; maosuetudine permittente. Hec ubi supra.

¶De sanctu heronio sene. LXXV

HEronius senex annorum. 110. discipulus fuit beati antonii. Qui i deserto nitrie in eremo habitauit post mortẽ magistri summe humilitatis gratia refertus. Et in eadem solitudine plenus sanctitate quieuit. Hec in uitis patrum.

¶ De scõ diogene monacho. LXXVI.

Diogenes anachorita alt⁹ beati antonii discipulus fuit. Hic erat uir sãme prudẽtie i eodẽ nitrie deserto degẽs. Cuius s̃mo & narratio oẽs ad se uenientes edificabat potissime cũ de magr̃i sui uirtutib⁹ loqueref. Et hic etiã i eadẽ eremo dormiuit i pace. hec ubi supra.

¶ De scõ iulio aphricano. LXXVII

IVlius aphricanus inter historiographos precipuus ut scribit eusebius. Alexãdri & maximini ac gordiani impatoꝝ fulsit temporib⁹: qui sctate & sapiẽtia insignis fuit: scripsit eni ad aristidẽ de euãgelioꝝ: q̃ uidef dissonãtia & de genealogiis que a mattheo & luca diuerse referunf ꝯposuit librũ. In quo ceteroꝝ opiniones a ueritate discordes coarguit: & uerissimã utriusqꝫ ꝯsonãtiã esse demonstrat. Chronicoꝝ de tẽporib⁹ edidit libros: i quinqꝫ uoluminib⁹ diligenter admodũ & studiose ꝯpositis. Ad origenẽ scripsit ep̃lam de eo qd̃ i daniele legif de susanna q̃si in hebreis nõ hẽatur codicib⁹: ad quã origenes elegãtissime r̃ndens ait: nequaq̃ iudeoꝝ adherẽdũ fraudib⁹: sed solũ: q̃ septuaginta iterpretes scribũt pro ueritate tenẽdũ. Hic sub antonino augusto dormiuit in dño. Hec hieronym⁹ de uiris illustrib⁹.

¶ De scõ archiloco episcopo. LXXVIII.

ARchilocus siue archelaus mesopotamie ep̃s tẽpore ꝓbi ipatoris floruit. Qui uita fuit clar⁹ & doctrina ꝯspicu⁹. Librũ eni disputatoriũ aduersus manicheũ scripsit in quo disputationẽ ad sensuꝫ eũ quodã ex heresi illa secũ habitã syro s̃mõe explicauit. Qui in grecũ trãslat⁹ a multis habetur. Hic quoqꝫ i ecclesia sua ꝯditus i pace requiescit: hec ubi supra.

¶ De scõ agrippa ꝯfessore. LXXIX.

AGrippa cognomẽto castori⁹ cõfessor scũs floruit alexãdrie tempore hadriani iparoris. Qui uir doctus & sapiẽtia isignis aduersus. 424. basilidis heretici uolumina que i euãgeliis ꝯfecerat: & fidei nr̃e ueritati repugnabãt: fortissime & elegãti s̃mone dissoluit grãdi libro catholicã credulitatẽ defẽdẽs. Hic apud alexãdriã nõ minoris uite scitate q̃ doctrine ueritate radiãs diẽ clausit extremũ tẽporib⁹ hadriani ipatoris: hec hieronymus libro de illustrib⁹.

¶ De scõ attico ep̃o. LXXX.

ATticus ꝯstantinopolitan⁹ ep̃s tẽpore archadii iparoris apd̃ ipaꝫ urbẽ regiã clarus uerbis & operibus fulsit. Qui ad eiusdẽ principis filias de fide & uirginitate egregiũ scripsit uolumẽ. In quo nestoriana dogmata repugnauit. Et apud eandẽ ciuitatẽ i xp̃o quiescit: hec gẽnadius.

¶ De scõ bacchilo episcopo. LXXXI.

BAcchilus corinthioꝝ ep̃s: de quo eusebius ecclesiastice historie libro. v. cap. 22. mẽtionẽ facit apd̃ ipam corinthioꝝ ciuitatẽ claruit tpe seueri ipatoris. Qui uir scissimus & sapiẽtia ꝓfulgens isigniter inter cetera doctrie sue opa: librũ elegãtẽ de pascha ex ꝑsonis oium epoꝝ: qui i achaia erãt: ꝯposuit: & apud ip̃m oppidũ tumulatus in dño quieuit. Hec hieronymus.

¶ De scõ phileate episcopo. LXXXII

PHileas ep̃s & mr̃ apd̃ egyptum passus ẽ sub ꝑsecutiõe maximiani iperatoris. Hic egyptius natione de ciuitate tãpnis: uir genere nobilis & opũ nõ modicaꝝ: eiusdẽ ciuitatis ep̃atũ humiliter suscepit. Qui sapiẽtia illustris uolumẽ elegantissimũ de martyrũ laude ꝯposuit: de semetip̃o i eoꝝ numero futuro diuinit⁹ uaticinãs. Nam eũ ebulliẽte maximiani persecutione ab isidelib⁹ tentus idolis imolare renuisset: pro xp̃i ꝯfessione capite truncatus & apud eandẽ urbeꝫ a xp̃ianis conditus est.

¶ De scõ fetitio episcopo. LXXXIII.

FEtiti⁹ eduẽsis ep̃s apud ip̃am floruit ciuitatẽ. Hic uita purissima & doctrina fulgida: fame i gallia celebris i canticis canticoꝝ ꝯmẽtarios edidit insignes: aduersus quoqꝫ nouatianum grãde ꝯpilauit uolumẽ: cõstantiniqꝫ magni tẽporibus in ip̃a ciuitate fatis terminum ponẽs tumulatus iacet. Hec ubi supra.

¶ De scõ gennadio episcopo. LXXXIIII

GEnnadius ep̃s apud ꝯstãtinopoli floruit: & ip̃i⁹ ciuitatis regie pastor extitit. Qui uir scitate ꝑspicuus atqꝫ sapiẽtia & doctrina uenerabilis fuit. Acris eni erat ingenii & lingua dis̃tus. Hic danielẽ ꝓpheta ex integro ad uerbũ exposuit. Homelias etiam plurimas edidit: leonis ipatoris prioris tempore uite mortali cedẽs: eternã adeptus ẽ: & corpore tumulat⁹ in ip̃a urbe quiescit. Hec gennadius ubi supra.

¶ De scõ gulphila episcopo. LXXXV

VLphilas natiõe gothus gothorum primus episcop⁹ fuit. Qui tempore ualentiniani primi & ualentis augustorum uite sanctitate & sapiẽtia clarẽs: a papa damaso ad ip̃as gẽtes delegatus: maximam eorum ptem ꝯuertit ad christũ: miraculoꝝ

quoq̃ gloria claruit. Nam & eccl'as plures illuminauit: & demones ab obsessis nō nullis effugauit. Egros quoq̃ a diuersis infirmitatibꝰ curauit. Hic ad gentis sue instructionē gothicas litteras repperit. Cum ante eū rustico more sine litteris: que nouerant memorie cōmendabant. Deinde testamentū uetus ac nouum in linguam transtulit ꝓpriam. Et senio longo ꝯfectus in pace quieuit. Sepultꝰ apud gentē suā: ubi miraculis pollet.

¶ De sancto gemino epo. LXXXVI

GEminꝰ eps nisibensis floruit tpe alexandri impatoris. Hic primū antiochene ecclesie p̄sbr̄ mox nisibene urbis soe pontifex effectꝰ uita & doctrina egregius: tāq̃ modico tpe io corpe uixit: sicq̃ pauca ingenii sui monimenta dereliquit. Apud nisibense oppidū iacens uirtutibus effulget. Eodem tempore heraclas huiꝰ in scholis ꝯsocius: alexādrine ecclesie ordinatus est p̄sul. Hec hieronymus libro de uiris illustribꝰ.

¶ De sancto heraclide ꝯfessore. LXXXVII

HEraclides ꝯfessor claruit in egypto tēpore ualentiniani augusti: is qui alexandria ortus: dū cultū eremi desideraret: isidorum abbatē apud alexandriā degentem petiit: eiq̃ optatum suū exposuit. Isidorus uero illum ad abbatē dorotheum in thebaidis deserto habitantē: & ꝯtemplationi uacantem adduxit. Sub cuius disciplina & eruditione heraclides annos plures exegit. Die quadā missus ab abbate ad puteum: ut aqua cacubum impleret: dū ille aquam hauriret: hausit simul cū aqua serpentē. Et expauens ad abbatē accessit: eiq̃ factū narrauit. Qui eidem respondit: q̃ si quādocunq̃ diabolus serpentis formam sibi delectā assumens lympham intraret: monachi potum recusarent: forsitan uel nunq̃ aquam biberent: sicq̃ siti perirent. Et uadens ad cacubum signū crucis edidit: & continuo colubꝝ occidit: ipseq̃ prior de hausta aqua bibit: & deinde discipulus securꝰ potauit. Et extunc heraclides: dum serpētē uidebat: exemplo magistri crucis signum faciebat: & serpens protinus interibat. ¶ Verum defuncto dorotheo abbate heraclides solus eius antrum hereditario iure possedit: ibiq̃ multo tēpore perseuerauit. Hic cellas & tuguria monachoꝝ & anachoritarum omniū per omnes regiones deserti multo tēpore circuiens: uidelicet desertum scythi: thebaidis: & nitrie inferioris ac superioris. Vitas & gesta sanctoꝝ patꝝ singulorum exquirens: & mēte recondens. Librum postmodū de uita anachoritica ꝯpilauit: in quo que uiderat: & audierat acta descripsit quē & paradisum intitulauit. Et hic sāctitate ꝯsumatus in thebaide in pace dormiuit.

¶ De sancto lucifero epo. LXXXVIII

LVcifer calaritanus eps apud eandem ciuitatē: que in insula sardinie sita est: claruit tempore constantii impatoris. Hic cum arriana heresis pullularet: ipseq̃ a liberio papa heretico requisitus: eum nollet niceni cōcilii damnare fidem: a ꝯstantio prefato impatore arriano apud palestinā in exilium dudū actus est. Vbi ꝯtra fidem eiusdē imperatoris librū elegantē ꝯpilauit: quē ad eundem misit. Vnde & ꝯstantius indignatꝰ acrius eidem mortē cōminatus est. Sed paulo post ꝯstantio defuncto: uir sanctꝰ sub iuliano reuersus calaris reliquū uite cū pace transegit. Et sub ualentiniano imperatore sati munus impleuit. Hec hieronymus libro de uiris illustribus.

¶ De sancto latrocitiano marty. LXXXIX

LAtrocitianus martyr apud galliam passus est. Hic natiōe hispanus: uir per omia eruditus: & in metricis ut ferē uersibus cōparandus opuscula diuersis metris edita fidem nostrā redolentia scripsisse traditur: que usq̃ ad hieronymi tēpora extare adhuc dicebant. Deniq̃ sub quodā maximiano tyrāno: qui imperante primo theodosio gallias occupauerat: factione quorundā ꝓ ueritate & defensione catholice fidei apud treuerim cesus est cum priscilliano bapille epo & amborum corpora apud ecclesiā treuerensis ciuitatis condita sunt. Hec hieronymus ubi supra.

¶ De sancto malchione p̄sbr̄o. XC

MAlchion antiochene ecclesie presbyter disertissimus floruit apud ipsam ciuitatem temporibꝰ claudii & aureliani imperatorū. Hic uita sanctus & sermone luculentus in eadem urbe rethoricam florentissime docuit. Qui aduersus paulū samosatenū p̄fate ciuitatis epm prauū ebionii dogma restaurantē fortissime disputauit. Cuius disputatiōis scribis excipientibꝰ dialogꝰ extat. Sed & alia opuscula ex p̄sona synodi ab eo sunt edita ad dionysiū & maximū romane & alexandrine urbis epos directa. Hic apud eādē antiochiā scitate & doctrina p̄clarꝰ btō fine quieuit: ibidē tumulatus. Hec ubi supra.

¶ De sancto sophronio ꝯfessore. XCI

SOphronius ꝯfessor natione grecus claruit tempore leonis secūdi imperatoris. Hic uir p omnia eruditissimꝰ grece & latine lingue peritꝰ adhuc puer bethleemitice ciuitatis laudes descripsit. Et postea de eius subuersione librū composuit. Ipse librū de

uirginitate ad eustochiū & hilarionis monachi uitā que btūs hieronym⁹ romana lingua cōpilauerat: opuscula: ex latino uertit in grecum. Psalteriū quoq; & ꝓphetas que hieronymus ex hebreo i latinum trāstulerat: hic idē ꝯuertit ī grecū. Et postmodū ad eremū trāsiēs & uitā anachoriticā ducens ꝯtemplationi iugiter uacās q̄euit in dño.

¶ De sanctis philippo & philippo imperatoribus martyribus. XCII.

Philippus imperator & philipp⁹ cesar eius filius ambo martyres anno dñi.239. ab urbe uero condita anno.997. Gordiano augusto in imperiū successerunt. Cū enim gordianus imperator obtenta uictoria i bello parthico: rediens circa fluuiū euphratem fraude suorum fuisset īterfect⁹ philipp⁹ ibidem imperator a romana militia creat⁹. Philippum filiū suū ꝯsortē regni fecit exercitūq; ex syria īcolumē ad italiā reduxit: Imperauitq; ānos.7. Hic prim⁹ imperator oium xpianus fuit: quē btūs pōtius eps & mr: una cū filio ad fidē xpi ꝯuertit: & i meca citate ꝓuincie baptizauit: ut dictū ē supra in passiōe pontii epi & mris pridie id⁹ maii. Post tertiū uero ei⁹ ipii annū millesim⁹ a ꝯditione rome ānus explet⁹ ē: ut augustissimus oium preteritoꝝ. Hic natalis ānus xpo potiusq̄ idolis dedicaret. Qui qdē annus fuit a romanis cū ingenti ludorum & spectaculorum apparatu celebratus. Nec dubiū est qn philippus imperator xpian⁹ hui⁹ tante deuotiōis glriaȝ & honorē ad xpm & ecclesiā reportaret: qñ ipsȝ uel ascēsum in capitoliū imolatasq; ex more hostias nullus auctor oñdit. Eodē aūt tēpore philippus ipator deciū militarē uiꝝ & in rebus bellicis strenuū cesarē fecit. Cuius ꝓcepto dū corpora apostoloꝝ petri & pauli de catacūbis a cornelio papa trāsferri deberent: toti⁹ senatus cōsultu: ꝯcessuȝ ē romano pontifici ceterisq; xpianis libere ad sepulturas apostoloꝝ fiendas isudare: & ad id faciendum data sunt eis de fisco reipublice adiutoria. Hoc autē decius cum eēt paganissim⁹ simulate fecit: ut dñis suis xpianis ꝯplaceret: & sic ab eis magis honoratus occasionē mortis illoꝝ ꝯsidētius ptractaret. ¶ Cū aūt imperatores deciū ad gallias subiugādas: que nuper rebellauerāt misissent. Isq; prospe cūcta gessisset: & ad libitū potit⁹ uictoria romā rediret. Imperator philippus eū honorare cupiēs eidē a roma usq; ueronā obuius iuit. Decius aūt iā cū quibusdā ex principalioribus militie sue de morte ipatoꝝ ꝯspirauerat: & ne ꝓditor dūoꝝ suoꝝ notaret: occasionē xpianitatis assūpserat: suadēs q nō eēt decēs sup romanā militiā imparē hoīes q deoꝝ cultū deseruissent: & a romanis antiqs legibus discedentes: noue ignoti & reprobati dei culture adhesissent. Sicq; de cōsensu illoꝝ Imperatorē i stratu suo quiescētē & xpm ꝯfitētem latēter occidit: & cū exercitu muneribus & precib⁹ subducto romā uenit: ac senatui cur dñm suum occidisset exposuit. Sȝ dū necē philippi maioris senat⁹ ratā habuisset: philippus iunior rome degēs: hoc audiēs timuit: thesaurosq; paternos ac suos: btō sixto ℓo tunc rome pōtifici: ecclesie & paupib⁹ dispēsandū tribuit: & se a facie decii occultauit. Decius aūt ad ꝓditionē suā palliandā xpianos cepit crudelissime ꝑsequi: mandans illos sine ulla misericordia trucidari. In qua ꝑsecutiōe mlta milia martyꝝ passi sūt. Inter quos & philippus ipator iunior ab eo tent⁹ & i xpi confessiōe iugulat⁹ ē. Sicq; ambo ipi pater.s. & fili⁹ mres xpo ꝯsecrati sūt. ¶ Iste philippus senior adeo i fide xpi profecerat: ut prompte peccata sua ꝯfitēs: in festo pasche a btō sixto papa corā omni multitudine cōionē eucharistie sumeret. Philippus uero iunior i tantū seueri animi fuit: ut nulli⁹ cuiusq̄ cōmento ad risum solui potuerit: patrēq; ludis secularib⁹ aliqn̄ ꝯcitātē: uultu ānotauerit auersato.

¶ De scō theodosio magno ipatore. XCIII.

Theodosius imperator senior imperium accepit circa annum domini.422.& ipauit ānos.x.mensez unū sul⁹. Nā primū cū sub⁹ se natu maiorib⁹ ipauerat p ānos v. Hic in catalogo scōꝝ a grecis cōscribitur & ꝯfessoris scissimi noie ueneratꝛ. Nā xpianissim⁹ & scissim⁹ uita fuit. Oia antiqua phana & tēpla idoloꝝ destruxit: & p totū orbē romanū destrui mādauit: cultumq; xpi & fidei mirabiliter auxit: hostes aūt ipii nō tā ferro uel multitudie q̄ ieiuniis & oratiōib⁹ ꝯfisus prostrauit. ¶ Fuit aūt reipublice ꝓpagator morib⁹ & corpe & aio simul clemēs: misericordie opib⁹ iugiter itent⁹: cōis apd cūctos: solo habitu se differre a ceteris putans i oēs hoies honorifice⁹: uerꝝ effusus i bonis simplicia igenia diligere: erudita mirari nō debat: largiri magno ac diligēti aio magna: amare ciues etiā priuatos ꝯtubernio: eosq; potissime dignos pecūia beneficiisq; ceteris munerari: uiolentiā & cupiditatē detestatus ē. Bella nō mouit sed iuenit: que & pro posse sedauit. Ministeria lasciuia saltariasq; ꝯmesationes lege prohibuit: ꝯsobrinaꝝ nuptias tanq̄ propbanum interdixit: litteris mediocriter doctus sagax multū diligens ad noscēda gesta maiorum. Excerabatur cum legisset gesta dominantiū superba. Ira rebus indignis: sed subito flecti emolliebatur. Inerat eni ei cura eximie pietatis. Interdum autem seuera precipiēs a nature munere: magisq̄ a deliberāte rōne. Hic etiā p ꝓ uirtutū ꝑfectionem

ab ipsis barbaris summe diligebatur: unde
multe gentes ad ipsius inductum relictis er
roribus & idolis ad christum conuersi sūt.
In bellis cunctis que ad fidei christiane au-
gmentū & paganorū exterminiū potissime
gessit: semp triumphū obtinuit: unde ob ei⁹
insignes uictorias poeta quidā eximius sed
infidelis: his uersib⁹ in eius laudem cecinit.
O nimium dilecte deo tibi militat ether: Et
cōiurati ueniunt ad classica uēti. ¶ Hui⁹ pri
ma suasione & hortatu papa damasus officiū
in ecclesia dei p beatū hieronymū mandauit
ordinari decantandū: cū usq ad temp⁹ illud
nullū eēt in ecclesia officiū ordinatū. Quan-
ta aūt in eo apud hoies māsuetudo & apud
deū extiterit deuotio: patet in illo exemplo:
de quo dictū est supra i uita ambrosii epi &
doctoris. 7. id⁹ decēbris. Cū eni apud medi-
olanum missaꝝ interfutur⁹ solēnis uoluis-
set intrare ecclesiā: beatū ambrosiū p quodā
facinore introitum sibi phibentē: nisi publi-
ce peniteret: humiliter tulit: & satisfactionē
nō erubescens: nec publicā facere penitentiā
ꝯfusus iudictō a scō epo modū deuotus ex-
cepit: atq pontificē de iustitia & magnanimi
tate animi ꝯmendauit. Hic ex flaccilla ꝯiuge
archadium & honoriū xpianos & iustos fi-
lios impio sublimandos genuit. Qua defun
cta gallam ualētiniani iunioris sororem in
matrimoniū duxit: que ei placidā ꝑperauit:
cui postea de matris noie galle cognomētū
accessit. Hic orientis & occidentis ptes paci-
fice possidens: quinquagesimū etatis sue annū
agens anno sui impii. xi. apud mediolanum
in pace quieuit: cui⁹ corp⁹ eodē āno ꝯstātina
polim translatū est: ubi & miraculis uiuit.

¶ De scō carolo magno impatore. XCIIII

Carolus magnus impator huius
nomis primus apud francigenas
inter sanctoꝝ numeꝝ scribit: &
colit: & ppter ei⁹ sanctissima ge
sta: q sci noie uenerer ab ecclesia
toleratur. Nam & uiuens miraculis claruits
& post mortē signis uirtutū effulsit. Hic pri
mus francoꝝ rex pipini filius: multa felicia
bella gessit. Nam aquitaniā & uasconiā sube
git. Saracenos in hispania xpianos depopu-
lantes usq ad ibeꝝ amnem uincens fugauit.
Terras eoꝝ plurimas acquisiuit: & uictori-
as plores ꝯtra ipsos obtinuit: De quibus su-
pra actū est in gestis scōꝝ rotblandi & socio-
rum. 16. calē. iulii. Vbi inter aliud memora-
bile illud de carolo miraculū legit: q dum
corpora scōꝝ militum a saracenis occisorū
requireret apud runciaualle: & sol ad occa-
sum tenderet: ad eius orationē & mandatum
sol in celo stetit: & spatio quasi horaꝝ trium
in nullo se mouit: donec sanct⁹ eex oēs suos
interfectes recollegit. Hic etiā saxones infi-

deles adhuc: & xpianis infestos prius sepius
requisitos: ut ad fidem xpi redirent: aut saltē
xpianos in pace dimitterent: dū in sua perti-
natia eēnt obstinati: triplici bello deuicit:
& regno suo submisit: & tandē coactos ad fi
dem xpi reduxit. ¶ Tempore uero hadriani
pape primi requisitus ab eo: ut contra desi-
derium regem longobardorum: sibi & ec-
clesie dei subueniret: dimisit bellum: quod
ꝯtra saxones iam inceparat: & cū multo exer-
citu francoꝝ & finitimaꝝ nationū ueniens i
adiutorium ecclesie dei: supato alpiū iugo:
Desideriū regem frustra sibi resistere conan
tem: cōmisso bello uicit & fugauit: ticenoq
inclusum obsedit: dimissoq ibidē exercitu
romā uoti grā pficiscit. Et ueniēs ad montē
gaudii: usq ad sci petri ecclesiā pedester p-
perauit. Et eundo p urbē oēs ecclesiaꝝ po-
stes humiliter osculatus est: qui ab hadria-
no papa honorifice suscept⁹: a populo quo
q & clero urbis ultra modū honoratus: &
ab eisdem patriciatus honore sublimat⁹: ec
clesie bti petri & aliis i urbe ecclesiis & mo
nasteriis multa copiose largiens: tandem ad
exercitū reuersus: papiā dudū obsessam ad
deditionē ꝯpulit. Ceteras deide lombardie
ciuitates subiiciens: Desideriūq regē capti-
uum ducens: & ecclesie dei cuncta ipsi a lon
gobardis ablata restituens: in galliā reuer-
sus est. Indeq saxonicum bellum ꝓsequēs:
eos tādē: ut dictū est: indomitos domuit: &
inuincibiles supauit: atq ad fidē xpi uel co
acte reduxit. ¶ Hic terrā sanctā occupatam
a saracenis legatis pr̄iarche hierosolymita-
ni & ꝯstātini impatoris ꝯstantinopolitani re
ceptis audiens: & terre scē ꝯpatiēs: cum ma
gno exercitu illuc usq puenit: & recupata
terra scā cū p ꝯstātinopolim rediret: auꝝ &
argentū ꝑciosasq gēmas a ꝯstantino impa-
tore exhibitas: cū nollet recipe: solas xpi re
liquias & sanctoꝝ: postulauit: ꝑmissoq ieiu
nio & orone: recepit de corona dñi ptē: que
ipso uidente floruit: & clauū unum passiōis
dñi: & ptē crucis dñice cū aliis sacrosanctis
reliquiis: que omnia comitantib⁹ miraculis
secum detulit: & aquisgrani i basilica scte
marie: quā ꝯstruxerat: recōdidit: ut dictū ē
supra in historia translatiōis corone dñi. 5.
id⁹ augusti. ¶ Ad numeꝝ etiā elementoꝝ. i.
lraꝝ in alphabeto cenobia fundauit. Et in u
no quoq p ordinē unā litterā de auro fabri-
catam pluſq centū libre turonensiū ualentē
reliquit: ut ex ordine litteraꝝ tēp⁹ fundatio-
nis cuiusq monasterii cognosceretur. Que
littere adhuc in plerisq monasteriis reperi
untur. Hic etiā quattuor archiepatus: uideli
cet treuerensē: coloniensem: magūtinensem:
salczburgensē diuitiis & honorib⁹ āpliauit
¶ Mortuo uero hadriano papa: & leone ter

tio sũ pontificiũ sublimatõ : dũ die quõdam ad letaniã procedens de laterano pgeret a romanis captus & erutis oculis : lingua quoq; amputata : nudus ac semiuiuus i monasteriũ mistus est. Sed deus oĩpotẽs miraculose ei loquelam ac uisuʒ restituit : de quo supra dictũ ẽ in ei⁹ gestis. 4. cal. iulii. Qui deinde ad regem carolũ pergẽs : ab eodeʒ ualde honorifice : ut beati petri uicarius exceptus est. & cum ei omnia que facta fuerant itimasset. Rex pre nimio dolore fleuit. Et cũ papa romã adiit : & cũ honore ipm in locũ suuʒ restituit : ubi & papa coram rege de qbusdã sibi obiectis criminib⁹ se purgauit. Sed cum die natalis dñi ad missaꝝ solennia in beati petri basilica assisteret. Leo papa carolum i romanoꝝ imperiũ coronauit : cuncto populo romano laudes ei impiales acclamãte. ¶ Post modum aũt carolus impator factus : eos qui in sũmum pontificẽ manus iiecerãt de crimine cõuictos capitali dãnauit snia. Sed leone pontifice pio affectu pro eis iteruenientie : in exilium ppetuo sunt dãnati : uitaq; eis de misericordia ꝯcessa. Sicq; omnib⁹ recte pacatis carol⁹ in imperiũ sublimatus : in galliã reuersus est. Ex quo tẽpore impiũ ꝯstantinopolitanum i galliã trãslatum dignoscit. ¶ Post hec carolus reuersus ꝯtra mauros classem in corsicã misit : quã & ab eis liberauit. Hic edificauit basilicã dei genitricis marie aqsgrani ope mirabili : Apud maguntiam quoq; in rheno flumine põtem ducentorum passuum longitudinis fecit. Nam tãta est ibi fluminis latitudo. Totius quoq; occidentis omnes pene regiones sibi subegit. Auxitq; mirabiliter gloriam regni sui : quibusdaʒ regibus ac gentib⁹ per amicitiã sibi ꝯciliatis. Adeo nãq; alfonsium regẽ galitie regesq; scotoꝝ sic habuit apud suã uoluntatẽ p munificentiã iclinatos : ut eũ nunq̃ aliter nisi dñm : seq; seruos & subditos eius pronũciarẽt. Cum aaron rege persaꝝ : qui excepta india totũ pene tenebat orientem : talẽ habuit i amicitia ꝯcordiam : ut per legatos suos inter uestes & aromata & ceteras oriẽtaliũ terraꝝ opes : ingentia illi dona direxerit : & sacratissimũ locũ in quo ẽ saluatoris nr̃i sepulchrũ : ut ipsius imperatoris ascriberet potestati cõcessit. Nam ipse impator ad eundẽ locum p singulos annos plurima donaria mittebat. Imperatores quoq; ꝯstantinopolitani nicephor⁹ : michael & leo ultro amicitiã ei⁹ expetẽtes : multoties cum muneribus ad eum suos miserunt legatos. Erat eñi in amicitiis optie tẽperatus : ut eas & facile admitteret : & ꝯstantissime retineret. Tanto uiuntamore & fauore omni uite sue tẽpore ꝯueriat⁹ ẽ : ut nunq̃ ei uel minime seueritatis quicq̃ fuisset obiectũ religionem xp̃ianam : quã ab infantia imbuit : scissime & cum sũma pietate coluit. Ecclesiam mane & uespe : itẽq; nocturni & sacrificii tẽpore : duʒ eum ualitudo pmitteret quotidie frequentabat. Curabatq; ut oĩa que in ecclesia gerebãtur magna fierẽt honestate. Amabat peregrinos : & i eis suscipiendis sũmã curã habebat : uestitu patrio utebatur : peregrina quoq; indumẽta nunq̃ uestire patiebatur. In festiuitatibus quidẽ precipuis : uestib⁹ auro gẽmisq; ꝯtextis : diademate quoq; precinsu ornatus i cedebat. Aliis uero dieb⁹ habitus ei⁹ paruʒ a cõi ac plebeio distabat. In cibo tẽperatus : in potu tẽperatior erat. Inter cenãduʒ nunq̃ histriones sed aut sapientes : aut lectorem audiebat. Legebanẽ ei historie & antiquoꝝ res geste : ac libri precipue scĩ augustini : in quibus maxie delectabaẽ. Erat enim eloquẽtia copiosus & artibus liberalib⁹ solerter imbutus : litterarumq; sapientes ueneratus magnis ditabat honorib⁹. Circa paupes sustẽtandos gratuitam liberalitatẽ habuit : adeo ut nõ solũ in patria & in regno suo largiffuas elemosynas facere curauerit : uerꝫ in transmarina in syria egypto & aphrica hierusolymis alexãdrie atq; carthagini : ubicũq; xp̃ianos in paupertate uiuere ꝯpisset : penurie eoꝝ ꝯpatiens pecunias trãsmittebat. Sacerdotes honorabat : sacra ac uenerabilia loca colebat : & precipue romanã ecclesiã i cuius donaria magna uis pecunie in auro argento ac gẽmis ab illo ꝯgesta ẽ. Cui⁹ & pontificibus multa largit⁹ ẽ. In omnib⁹ aũt quib⁹ regnauit ãnis : quater tñi cã tantũ romã profect⁹ est. Filios suos q̃ eito etas patiebaẽ : faciebat equitare : & armis intendere : filias uero lanificio coluq; ac fuso assuescere : ne ocio torpescerẽt. Miraculoꝝ gloria claruit. Nam & leprosos tactu & oratione ferunt ab eo fuisse mũdatos : & cecos duos illuminatos. Postq̃ aũt regnũ francoꝝ atq; impium : quod regẽdum susceperat feliciter ampliasset. dũ ad mortem langueret uocatis ecclesiaꝝ p̄latis quos habere potuit : oẽs thesauros eis tradidit p ecclesias & paupes distribuendos. Et sic in omni scitate pfectus i pace migrauit : anno etatis sue. 91. regni autẽ. 47. Subacteq; italie 42. ex quo uero impator & augustus appellatus est : ãno. 14. in cuius transitu audita est ꝯcinẽs angelica melodia. Sepultusq; ẽ honorifice aquisgrani i ecclesia sancte marie. quã ipse ꝯstruxerat. Ad cuius tumulũ diuersarũ egritudinũ sanabantur infirmi.

¶ De scõ libertino abbate. LXXXXV.

Bolbertinus abbas monasterii fundensis : qd est i prouincia samnii ꝯstructum : discipulus fuit scĩ honorati abbatis : & fũdatoris ipi⁹ loci : de quo supra dictuʒ est. 17. cal. februarii. Claruit autẽ tempore totille

regis gothorū: & miraculis effulsit. Nā cū eēt monachꝰ ex abbatis iussu: qui honorato successerat: quodā tēpore rauennā pgebat. Pro amore uero honorati olim eiꝰ magistri quocūq; libertinus ibat caligulā illiꝰ in sinu deferebat. Dū ergo pgeret: accidit: ut mulier extincti filii corpusculū fleret: que famulū dei intuita: iumentū illius p frenō tenuit: atq; iurando asseruit: q illū īde abire non pmitteret: nisi filium eiꝰ suscitaret. Ille uero inusitatum miraculō expauit: & declinare mulierē uoluit: sed nullo nequiuit. In eiꝰ quoq; pectore pugnabant inuicē humilitas ꝯuersationis: & pietas matris: timor ne inusitata psumeret dolor ne orbate nō subueniret. Vicit tū i eiꝰ corde pietas: que quia uicit: afluit & humilitas: descendit: orauit: caligolam de sinu protulit: eāq; supra corpus extincti pueri posuit. Moxq; defunctꝰ surrexit: quē flenti matri uiuum reddidit: & iter inceptū pegit. ¶ Quadam die plat⁹ eiꝰ abbas qui honorato successerat: ꝯtra uirū dei in graue iracūdiā exarsit. Et quia uirgā: qua eū ferire posset: i promptu nō habuit. Cōprehenso scabello suppedaneo ei caput ac faciem tutudit: uultumq; eius tumentē ac liuidū reddidit. Die uero altera cū libertinus ad cām sibi monasterii cōstitutā ire deberet: expletis matutinis ad lectum abbatis uenit: & licentiā ab eo humiliter petiit. Ille uero sciens q̄tum a cunctis dilectꝰ eēt: pro iniuria quā in eum tulerat: recedere eū de monasterio uelle putabat: eumq; quo uellet ire interrogabat. Ille autē ei cām cuiubii hesterno ꝯstitutā ait: quam dimittere nō ualebat: qa se ad eam plectuꝝ pmisat. Tunc ille a fundo cordis ꝯsiderans duritiam suā: & patientiam libertini: ex lecto psiliit: & ad pedes eius pcidens: de illatis in eō ueniā supplicauit. Et ꝯtra libertinus se in terrā psternens sue culpe nō illius seuitie fuisse referebat: quod ipse iuste pertulerat. Sicq; ad ꝯsuetudinē adductꝰ est abbas: humilitasq; discipuli facta est magistra magistri. Cū aūt libertinus egressus a multis eū uenerantibꝰ nobilibꝰ & notis iterrogaf: quidnā hoc eēt: q liuidā & tumentē faciem sic haberet. Qui hesterno in sero se in scabello suppedaneo pegisse peccatis suis exigentibꝰ rn̄dit. Sicq; nec abbatis prodidit uitium: nec falsitatis incurrit peccatū. ¶ Postq̄ autē abbas ille decessit: libertinꝰ eidē i regimie abbatie successit. Qui dū die q̄daꝫ pro utilitate monasterii iter ageret: eidem quidā clarida gothorū cumes obuiauit. At dei seruus ex caballo suo ab hoibus illius deiectꝰ: iumēti dānū libēter ferens: etiā flagellum: quod tenebat: raptoribus obtulit: & statim se in orationē dedit. Cursu autē rapido predicti ducis exercitus ad fluuium uultoruum deuenit: ibiq; dum singuli equos suos hastis tundētes: calcaribus cruētantes nullo modo obtinere poterant: ut equi moueri possent: sed aquā fluminis tangeer quasi mortis pcipitium pertimescebant: donec uno ipsorū ceteros informante cognouerunt: quia ex culpa: quā dei seruo in uia tulerant: talia sui dispendia tolerabant. Qui statim reuersi libertinū orantē inuenerunt: eiq; equum eius obtulerunt. Ille uero caballo opus non habere rn̄debat. At illi descendentes eum in equo eius quasi inuitum reposuerunt: & dum retrocessissent: equi illorū alueum fluminis uelocissime trāsierunt. ¶ Eodem tempoer in partibus campanie quidam bucylinus cum francis uenit: Sed duꝫ rumor de cenobio libertini exisset: q abbas pecunias multas haberet. Ingressi franci oratorium seuientes libertinum querebant: ubi ille orans prostratus iacebat: in ipsum quoq; ingredientes impingebant: eūq; presentē uidere nequibant. Sicq; sua cecitate frustrati a monasterio uacui sunt reuersi. Sanctus autē uir post uitam laudabilem quieuit in xp̄o. Hec gregoriꝰ primo dialog. capitulo secundo.

¶ De sancto equitio abbate. XCVI

Equitius abbas in ualerie ciuitatis partibus claruit: qui multorū monasteriorū pater fuit. Qui etiā dū adhuc iuuenis aeri certamine carnis tentaref: & i hac re ab oīpotenti deo remediū continuis pcibus quereret. Nocte quadam assistente angelo eunuchizari se uidit: eiusq; uisioni appuit: q oēm motum ex genitalibus eius absciderit. Atq; ex tēpore ita alienus extitit a tentatione: ac si sexū non haberet in corpore. Et extunc sicut antea uiris sic cepit & feminis pesse: nec tamē discipulus admonere cessabat: ne se ipsius exemplo in hac re facile crederent: & casuri tentarent donum: quod non accepissent. ¶ Quodam uero tempore quidam basilius magus a roma fugiens in habitu monachi ualeriam petiit: & pergens ad castoriū epm amiternine ciuitatis: ab eo obtinuit: ut ipm equitio abbati cōmitteret: ac sociandū monasterio illos cōmendaret. Equitius autem epo pro hoc instante respondebat: q illum quem ipse sibi cōmendabat nō monachum sed diabolum esse uidebat. Cum autem eps diceret: q abbas occasionē quereret: ne sibi petita prestaret. Vir domini iterum protestatur: q qualem illum dixerat: talem agnoscebat. Sed ne se uelle obedire eps existimaret: iussa ipsius facere paratus eēt. Susceptꝰ itaq; ille i monasterio ē. Sed non post multos dies discedente abbate longius: contigit ut in monasterio uirginum: cui equitius perat: quedam illarum speciosissima febribꝰ

arrepta clamaret se continuo morituram nisi
basilius monachus ueniret: & per eius cura
tionis remediũ salutẽ sibi redderet. Sed com
in absentia abbatis nullus ad cõgregationẽ
uirginũ auderet accedere: missum repente ẽ
& dei famulo nunciatũ. Quo audito uir do-
mini dedignatus dicebat: q̄ utiq̃ illũ nõ mo
nachum sed diabolũ esse predixerat. Manda
uitq̃ ipm̃ de cella fratrũ expelli. De ancilla
uero dei predixit nũciis: q̄ ex illa hora neq̃
esset de cetero febrib⁹ laboratura: neq̃ basi-
lium quesitura. Regressi aũt monachi eadẽ
q̄ hora salutẽ uirgini restitutã: qua scũs di-
xerat cognouerũt: & basilium de mõasterio
continuo reppulerunt. Qui repulsus dixit:
frequenter cellulã equitii magicis artibus i
aere suspendisse: nec tñ eoꝝ quẽpiam ledere
potuisse. Qui & postmodũ in urbe roma ze-
lo fidei a xp̄ianis igne crematus est. ¶ Que-
dam monialis monasterii prefati hortum in
gressa latucam ↄspiciẽs cõcupiuit: eamq̃ si-
gno crucis oblita benedicere auide momor-
dit: sed protinus a diabolo arrepta & uexa-
ta cecidit. Quod dũ equitio nũciatũ eẽt: ille
concitus uenit: & ut ab ea demon abscederet
cũ indignatione precepit. Qui continuo ab
ea exiuit: nec eam ultra ↄtingere preualuit.
¶ Cũ autem die quadã felix abbas cenobii
castorii: qđ intra menia urbis situ ẽ familia
riter quodãmodo quasi redargueret: eo q̄ sa
crum ordiñẽ non hñs nulla licentia a sũmo
pontifice obtenta: ubiq̃ predicando discur-
reret: ↄpulsus uir scũs qualiter licentiam ac
cepisset eidem indicauit: dicens seipm̃ etiam
secũ predicta aliqñ tractasse. Sed nocte qua
dam speciosus iuuenis ad eũ accesserat: atq̃
medicinale ferramentũ in os eius posuerat:
& ut ad predicandũ egredereẽ: deinceps ex
parte dei mandauerat. Et ex illo die etiam si
uoluisset tacere nõ potuisset. Hic in uestibus
uilis atq̃ despect⁹ apparere studebat: & quo
ties ad alia loca rẽdebat: iumento uiliori oĩ-
bus: qđ i cella repiri posset: iiidebat. In quo
etiam capistro pro freno & ueruecũ pellib⁹
pro sella utebatur. Sacros codices i sacculis
pelliceis dextro leuoq̃ latere secũ portabat:
& quocũq̃ peruenissꝫ scripturaꝝ fontẽ apie-
bat. ¶ Cũ autem fama predicationis illi⁹ un
diq̃ discurreret: clerici quidã romani sũmo
pontifici sunt ↄquesti: q̄ quidã uir rusticus
auctoritatem sibi predicandi arripuisset: &
officium ap̄lici indoctus sibi usurpare pre-
sumeret. Ad quoꝝ suggestionẽ iulianũ quẽ
dam defensorem misit: ut equitius ad roma-
nam urbem duceretur: & qua ratiõe p̄missa
attẽtaret cognosceretur: mãdauit tamen: ut
honore ei exhibito nullã prorsus iniuriam
pateretur. Qui festine ad monasteriũ ueniẽs
eodem absente fratres scribentes repperit: &
ubi abbas esset inquisiuit. Illiq̃ rñderunt: q̄
in ualle cenobio subiacente fenũ secabat. Mi
sitq̃ ad eum iulianus pueꝝ suum contuma-
cem & superbum: cui uix ipse poterat dñari
ut abbatem ad se celeritate perduceret. Per
rexit puer & quis esset abbas ab aliis quesi-
uit. Moxq̃ ut audiuit quis esset: adhuc lõge
positus ad eum uadẽs: imenso timore corre-
ptus cepit lacessere. Ita ut gressus uix eum
possent portare: ueniensq̃ ad uiꝝ dei: ad ge-
nua illius procidit: suumq̃ dñm ipsi occur-
risse nũciauit. Abbas uero illi mãdauit: ut fe
num sectum leuaret: & pabulũ iumentis: in
quibus uenerãt deferret: ipseq̃ imediate post
eum opere ↄpleto ueniret. Quod dum puer
fecisset: & iulianus pueꝝ cum feno uenienteꝫ
ↄspexisset. Iratus eum icrepauit: q̄ miseraꝫ
illum hominẽ ducere non fenum baiulare.
Sed dum puer equitium post se uenientem
domino suo oñdisset: uidens eum iulian⁹ ex
habitu despexit: & qualiter illum proteruis
uerbis alloqui deberet: cogitare cepit: ut au
tem seruus dei cominus affuit intolerabilis
pauor iuliani animum inuasit: & humiliat⁹
ad pedes eius procidit: & quia apostolicus
ipsum uidere uellet: uix mansueta lingua ex
posuit. Quod audiens equiti⁹ gr̃as deo egit:
q̄ se per sũmum pontificẽ superna gratia ui-
sitasset: statimq̃ mandauit iumẽta ad iter ar
ripiendum parari. Cũq̃ iulianus se illo die nõ
posse exire ex lassitudine diceret: Abbas se i
hoc ↄtristari rñdit: predicens quia si die ipa
non exirent: nec in crastinum ire possent. Sic
q̃ eadem nocte iulian⁹ ex lassitudine in mo-
nasterio quieuit. Factoq̃ lucis crepusculo
equo in cursu admodum fatigato puer ad iu
lianum cũ epistola uenit: i qua papa sibi mã
dauit: ne seruum dei de monasterio mouere
uel exire ullatenus faceret. Cũ autem ille re
quireret: cur sn̄ia esset mutata: cognouit q̄
nocte eadẽ qua ipse illuc missus fuerat per
uisum pontifex extitit uehemẽter exterrit⁹:
cur ad exhibendum uiꝝ dei mittere presum
psisset. Tunc iulianus surrexit: & se abbatis
orationibus cõmendauit: atq̃ ne de cetero fa
tigaretur ex parte pape precepit. Quod au
diens ille ↄtristatus est: & que predixerat ue
ra nunc contigisse probauit: quia si die pre-
cedente non statim pergerent iaꝫ pergere mi
nime liceret. Et executorem suum cũ sũma
charitate aliquantulũ secũ detinuit: ipm̃q̃
plurimũ honoratum ad sũmum pontificem
remisit. Qui & plenus scitate i pace quieuit.
¶ Rusticus quidam super sepulchrũ eius
arcam cum frumento posuerat: nec qualis
uir ibidẽ iaceret ppendere curauit. Sed re-
pente turbo celitus factus: rebus illic omni
bus in sua stabilitate manẽtibus: arcam sup-
positam cuꝫ grano extulit longeq̃ proiecit

¶ Eandem prouinciam ualerie longobardis intrantibus monachi ex cenobio illo ad sepulchrum uiri sancti in oratorio positum confugerunt. Longobardi uero seuientes oratorium ingressi: ceperunt monachos foras trahere: ut eos aut tormentis afficerent: aut gladiis necarent. Quorum dum unus ingemuisset: & sanctum equitium ad sui defensioné aduocasset: priusꝰ longobardos spũs inmũdus inuasit: qui corruentes ad terram tã diu uexati sunt: donec ceteri foras existentes cognoscerent: quatenus locum sacrum temerare ulteriꝰ non auderent. Hec gregoriꝰ primo dialogoꝝ capitulo quarto.

¶ De sancto nonoso abbate. XCVII

Nonosus prepositus siue prior fuit cuiusdam monasterii: quod in soractis monte situm est: qui sub asperrimo eiusdem cenobii abbate degebat: sed eius mores mira semper equanimitate tolerabat: sicq; fratribus in mansuetudine preerat: ut patris sepius iracundiam ex humilitate mitigaret. Quia uero monasterium in summo montis cacumine situm est: ad quemlibet paruum hortum fratribus colendum: nulla planicies patebat. Sed unus locus breuis in latere montis erat: quem ingentis saxi moles egrediens ab una parte occupabat. Cum autẽ die quadam nonosus cogitaret: q; saltem ad olera nutrienda locus idem aptus esset: si ipsũ moles illa non teneret: quam & quinquaginta boum paria mouere non potuissent: nocturno se illic silentio in orationem dedit. Cum mane facto ad eundem locum fratres uenerunt: & inuenerunt molem tante magnitudinis inde longius recessisse suoq; discessu largum fratribus spatium dimisisse. ¶ Alio quoque tempore dum nonosus lampades uitreas in oratorio lauaret: una ex eius manibus cecidit: & per partes innumeras cõfracta dissiluit. Qui furorem abbatis nimiũ timens lampadis fragmentaq; colligens: coram altari prostratus orauit. Et exurgens sanam lampadem repperit: quam antea timẽs per fragmenta collegit. ¶ Cum in cenobio oleum uetus defecisset: & colligende oliue tempus incumberet: sed fructꝰ in oliuis nullus appareret: mandauit abbas fratribus: ut in colligendis oliuis ad exhibenda extraneis opera pergerent: ut uel saltem de mercede operis aliquantulũ olei deportarent. Quod uir domini fieri cum magna humilitate prohibuit: ne ex hoc fratres exeuntes: dum olei lucra quererent: dãnum animaꝝ paterentur. Oliuasq; paucas: que in monasterii arboribus apparebant: colligi precepit: & in pilo missas contundi: atq; inde quantumlibet paruum olei exiens sibi deferri. Quod in paruo uasculo sibi delatum ante altare posuit: cunctisq; egressus orauit: atq; postmodum adscitis fratribus oleum illud modicum per cuncta monasterii uasa exigue infundi iussit. Que protinus: ut erant uacua: claudi fecit. Die uero altera aperta omnia uasa plena oleo reperta sunt. Sanctꝰ autem uir post laudabilia multarum uirtutum opera dormiuit in domino. Hec gregoriꝰ ubi supra capitulo septimo.

¶ De sancto martyrio confessore. XCVIII

Martyrius confessor in ualerie ꝓuincia sanctitate & miraculis claruit. Qui tale de uirtutis sue testimonio signũ dedit. Dum quadam die fratres eius subcinericium panem fecissent: eiq; signum crucis imprimere obliti essent: sicut in ipsa prouincia crudi panes ligno signari solent: ut per quadras quattuor quodãmodo partiti uideantur. Idem dei famulus affuit: eisq; referentibus non fuisse signatum agnouit. Cumq; iã prunis & cineribus opertꝰ esset: signum crucis digito contra prunas edidit. Quo signante protinꝰ panis immensum crepitum dedit: ac si in ignibus olla crepuisset. Qui postmodum coctus: & ab igne subtractus: ea cruce signatus inuentus est: quam non tactus sed fides fecerat. Hec gregorius ubi supra capitulo undecio.

¶ De sancto dacio episcopo. XCIX

Dacius episcopus mediolanensis apud ipsam ciuitatem claruit tẽpore iustiniãi imperatoris. Qui dum causa fidei exactus ad constantinopolitanam urbem pergeret: corinthumq; ueniens largam domum ꝓ se & eius comitiua ad hospitandũ quereret: & uix inueniret: uisam eminus domum congruẽtis magnitudinis sibi ad hospitium preparari iussit. Cum uero incole loci ei dicerent: in ea hunc manere nõ posse: q͂a multis iam annis eam diabolꝰ inhabitauit: atq; ideo uacua remansit. Vir sanctus ideo magis in ea debere uelle hospitari respondit: ut sui aduentum malignus effugatus spiritus domum hominibus iterum habitandam dimitteret. In ea igitur sibi parari fecit: securusq; hostis antiqui certamina toleraturus intrauit. Nocturno autem silentio dum uir dei quiesceret: antiquus hostis immensis uocibus cepit imitari rugitꝰ leonum: balatꝰ pecorum: mugitus boum: ruditus asinorum: sibila serpentum: porcorum stridores & soricum. Cum repente dacius tot bestiarum uocibꝰ excitatus: surrexit iratꝰ: & contra demonem magnis uocibus cepit clamare: eidemq; exprobrare: q; bene ei contigisset: ut qui dixerat. Ponam sedem meam ab aquilone: & ero

similis altissimo: per superbiam eius similis porcis & asinis factus esset. Et qui deum indigne imitari uoluerat: ut dignus erat: bestias imitabatur. Ad quam uocem ac deiectionem spiritus malignus adeo erubuit: quod protinus conticuit: atque eandem domum ad exhibenda monstra consueta ulterius non intrauit. Sicque postmodum fidelium habitaculum facta est. Hec gregorius. 3. dial. cap. 4.

¶ De scō argentario monacho. C.

Argentarius monachus apud ciuitatem aureliam claruit. Qui uir sanctissimus uita & miraculis effulsit: habitumque quem pretendebat specie: moribus explebat. Hic ab argentario monte a quo nomen sortitus est ad apostolorum liminia rome reuisenda annis singulis uenire consueuerat: & ueniens ad quendam subdiaconum quadragesimum nomine: qui in montibus ouer pascebat: sepius hospitalitatis gratia declinabat. Cum autem semel hospitium huius qd non longe erat ab ecclesia intrasset: cuiusdam paupercule mulieris maritus iuxta defunctus est. Quem ciliciu ex more indutū: superuenientie sero sepelire nequiuerunt. Cum ergo uidua mulier iuxta defuncti corpus nocte sederet: & magnis fletibus & lamentis dolori satisfaceret: nec a lamentis cessaret uir dei argentarius doluri illius cōpassus: assumpto quadragesimo ad ecclesiam perrexit: seque in orationem dedit. Deinde ab altaris crepidie puluerem collegit: & cum socio ad defuncti corpus accessit. Et cum ibi ambo diutius orassent ipse surrexit: benedictionem dedit: & reuelatam defuncti faciem: que sudario operta fuerat: aspiciente uxore ac mirante: puluere quem detulerat fricauit. Qui dum fricaretur: animam recepit: oscitauit: oculos aperuit: seque eleuans resedit: ac si de graui somno excitatus fuisset. Quod mulier cernēs cepit ex gaudio magis flere: sed uir domini eam: ut taceret compescuit: mandans ut siquis eam quereret: qualiter hoc factum fuisset: diceret: quia dominus iesus christus hoc fecisset. Et continuo ab hospitio exiit: quadragesimum reliquit: & temporalem honorem fugiens: in loco illo ultra non comparuit. Hec gregorius. 5. dial. cap. 17.

¶ De scō ualentiu presbyteru. CI

Valentius presbyter apud prouinciam ualerie floruit. Qui cum clericis suis dei laudibus bonisque operibus intentus: sancte conuersationis uitam duxit. Superueniente autem uocationis eius die defunctus est: atque ante ecclesiam sepultus. Eidem uero ecclesie caule ouium inherebant: atque idem locus in quo sepultus est: ad easdem oues tendentibus iter erat. Quadam autem nocte fur quidam uenit: & ingressus caulas ueruecem tulit & concitus exiuit. Sed dum peruenisset ad locum ubi sanctus uir iacebat repente hesit: & gressum mouere nequiuit: ueruecem de collo deposuit: eumque dimittere uoluit: sed manu laxare non potuit. Sicque cū preda sua reus & ligatus stabat: nec ueruecem poterat dimittere: nec cum eo accepto exire. Factoque mane egressi ab ecclesia clerici hominem ueruecem tenentem inueniunt: & an animal auferre an offerre uenisset: dubitare ceperunt. Ille uero culpe reus citius indicauit penam: Mirati oēs qa uiri dei ibidem iacētis fuisset uirtute ligatus: se pro eo in orationem dederunt: suisque precibus obtinuerunt: ut qui res eorum uenerat rapere: uel saltē uacuus posset exire. Hec ubi supra cap. 22.

¶ De abbate quodam sancto. CII.

Abbas quidam scūs cuius nec nomen expressum inuenio claruit in monasterio quodam beati petri apostoli. Quod situm est in monte prenestine ciuitati preminēte. Qui monachum quendam nutriens usque ad reuerendos prouexit mores. Quem cum uidisset in timore domini excreuisse: in eodem monasterio fecit illū in presbyterum ordinari. Cui post ordinationem suam: quia non lōge abeēt eius exitus reuelatum est: ideirco ab abbate petiit: ut sibi sepulchrum pararet. Ille uero eidem predixit: quod antē eum se moriturum preuiderat: sed tamē eidem concessit: ut sicut uellet sepulchrū sibi pararet. Recessit igitur & preparauit. Sed post multos dies abbas febre preuentus ad extrema deuenit: atque presbytero suo iussit: ut in suo sepulchro se poneret. Cumque ille diceret: quod ipsum mox secuturus eēt: & sepulchrum utrūque capere non posset. Abbas respondit: quod secure faceret: ut dixerat, quia sepulchrum suum ambos capiebat. Defunctum itaque abbatem in sepulchro: qd sibi presbyter pauerat posuerunt: Moxque & presbyterum langor corporis secutus est: & post modicum uitam finiuit. Cum autem ad sepulchrum qd sibi pauerat corpus eius eēt delatum: eoque aperto uiderunt astātes: locum non esse ubi poni potuisset: quia corpus abbatis omne illud sepulchrum teneret. Tunc unus ex fratribus abbati defuncto quasi improperare cepit: quod uerbum eius qd predixerat deficeret: eo quod sepulchrū ambos non caperet. Ad cuius uocem subito cūctis uidentibus: abbatis corpus quod supinum iacebat: se uertit in latere: & uacantem locum corpori presbyteri prebuit: & quia utrosque caperet: sicut uiuus promiserat: mortuus impleuit. Hec gregorius tertio dialogorum capitulu. xiii.

¶De sancto acontio cōfessore. CIII

Acontius confessor apud urbem romam claruit: qui basilice principis apostolorum custos siue mansionarius fuit: uir magne humilitatis atque grauitatis deo omnipotenti fideliter seruiens: & miraculorum signis effulgens. Nam cum quedam puella paralytica in ecclesia beati petri permanens: manibus reperet: & dissolutis rhenibus corp⁹ per terram traheret: atque ut sanari mereretur: diu dum a beato petro apostolo petiisset: nocte quadam eidem per uisionē astitit: eique iussit: ut iret ad acōtium mansionarium ipsumque rogaret: qui ipsi salutē restitueret. Illa de tanta uisione certa: sed quis eēt acontius ignorās: cepit se per ecclesie loca distrahere: & quis eēt acontius inuestigare. Cui cum ille factus eēt obuiam: & interrogatus se acontium esse dixisset. Illa eidem exposuit: qualiter beatus petr⁹ apostolus illam ad ipm̄ miserat: ut ab infirmitate ipsam liberare deberet. Et ille cōtinuo iussit: ut in nomine xpi & mittentis surgeret: eiusque manum tenuit: eamque sanam protinus erexit: ita ut solutionis illius signa nulla ulterius remanerent. Hic post alia sanctitatis opera uitamque laudabilē rome in pace quieuit: & sepultus apud beati petri basilicam in uirtutib⁹ uiuit. Hec ubi supra libro 3. capitulo. 25.

¶De sancto sanctulo presbytero. CIIII

Sanctul⁹ presbyter claruit in nursia prouincia tempore beati gregorii pape primi: qui & sanctissime uite fuit: & miraculorum gloria radiauit. Nam quodam tempore dum in partibus illis longobardi oliuas in prelo premerent: ut in oleum liquari debuissent: uir dn̄i utrem uacuum ad prelum detulit: laborantes salutauit: utrem protulit: & iubendo potius q̄ petendo eū sibi impleri rogauit. Sed gentiles uiri: qui tota iā die frustra laborantes: oleū exprimere nullatenus potuerant: uerba illius moleste ferentes: eū iniuriis insectantur. Cum autem ille iterum ac iterum oleū instāter peteret: & illi ex oliuis oleum desinere usu cernerent: adhuc accēsioribus illum contumeliis detestabantur. Tunc sanct⁹ uir cernens: quod ex prelo nullum oleū liquaret: aquam sibi allatam benedixit & in prelo iactauit: ex qua continuo tanta olei ubertas erupit: ut illi qui prius incassum laborauerant: non solum sua uasa omnia: sed utrem quem sanctulus detulerat implerent.

¶Alio tempore cum fames ibidem maxima incumberet: & ecclesia beati laurentii martyris a longobardis incēsa fuisset: uir dn̄i eā restaurare cupiens plures artifices & operarios adhibuit: quibus & laborantibus sumptus quotidianos prebebat: sed exigente famis necessitate panis defuit. Cumque laborantes instanter uictum quererent: & ille anxi⁹ huc illucque pergeret: ad clibanum deuenit: in quo uicine mulieres pridie panes coxerant: ibique incuruatus aspexit: ne forte panis aliquis a coquentibus remansisset. Cum repente panem inuenit mire magnitudinis & insoliti candoris: quem ipse quidem tulit: & ne forsitan alienus eēt: per uicinas hunc mulieres detulit: ac ne cui earum remālisset inquisiuit. Omnes autem illum panem esse negauerunt: suosque panes integro numero ex clibano habuisse testate sunt. Tunc ille let⁹ panem artificibus apportauit: & ad refectionē inuitatis deum benedicens apposuit. Ipsique plene saciatis plures ex eo q̄ panis fuerat fragmenta collegit: que die altera eisdem intulit: & iterum que supfuerant plura seruauit. Sicque per dies. iii. continuos operatores illi omnes ex uno pane saciati: hōc quotidie edebant: & ex eo quod edi posset i crastinum superabat.

¶Cum quidam diaconus a longobardis captus esset: eumque occidere uellēt: facto uespere sanctulus ad eos uenit: & ab eisdem petiit: ut eum relaxarent. Cumque hoc illi omnino facere recusarent: petiit: ut uel mortem eius in crastinum differrēt: ac sibi custodiendum darent. Quod illi multis pulsati precibus cōcesserunt: ea conditione: ut si diaconus fugeret: Sanctulus pro eo mortem subiret. Cum autem nocte media longobardos omnes graui somno depressos conspiceret: diacono suasit: ut fugeret. Ille uero promissionis uiri sancti memor: se fugere nolle respondit: quia illum pro se mori nolle asseuerauit. Econtra quoque sanctulus: ut fugiat: instituit: se uero in manu dei esse dixit: & quod in eum hostes non possent: nisi quantum ipse permiserit. Fugit igitur diaconus: & remansit fideiussor quasi deceptus. Cum ergo mane lōgobardi hoc comperissent: Sanctulū sponte accedētem ad occisionem adducunt. Sed quia ipsum bonum hominem reputabant: illum per cruciatus uarios occidere denegabant: sed optionem sibi cuius uellet necis proponebant. Qui se in manu dei eē respōdit: nullamque mortem eligere uoluit: placuit ergo omnibus: ut capite truncaretur: ut sine graui cruciatu perimeretur. Ad spectaculum istud omnes concurrunt: ex omnibus suis uirum fortissimum eligunt: de quo dubium nō erat: quin caput eius uno ictu abscidere debebat. Petiit uir domini: ut sibi daretur paululum licentiam orandi. Sed cum diuti⁹ orasset: spiculator eum calce percussit: & ut surgeret decollandus imperauit. Quo surgēte & genu flexo collum tendente: dum ille ensem leuauit: & sanctulus sanctum ioannem

uocauit. Carnifex igif brachiū pcussur⁹ ere
xit: sʒ nullatenus deponere potuit: & sic ere-
cto gladio brachiū inflexibile remāsit. Con-
currūt oēs longobardi: uidēt miraculum &
stupēt: & ut scūs uir exurgat iubent: suppli-
cantq;: ut carnificē ligatū soluat. Qui nulla-
tenus eū soluere uoluit nisi pri⁹ ille iuraret
q̧ xpianū quēq̄ nunq̄ occideret. Emissoq; iu-
ramento solutus ē. Cū aūt longobardi ppter
tanti stuporē miraculi eidē munera que diri-
puerāt certati offerrent: ille nihil hoꝝ susci-
pere uoluit: sed oēs captiuos quos habebāt
xpianos petiit: & qd̄ petiit impetrauit. Et sic
oēs cū eo liberi dimissi sunt: & dum un⁹ pro
uno se mori obtulit: oēs a morte liberauit.
Sicq; post multa laudabilia facta domino
in pace spiritum reddidit. Hec ubi supra ca-
pitulo trigesimoseptimo.

¶ De scō redempto episcopo. CV

Redemptus eps ferentine ciuitatis
tpe bti gregorii pape primi cla-
ruit. De quo idē beat⁹ doctor eo-
dem dialogorū libro .3. cap. 38.
scribit: q; uir fuit mire scitatis: &
sibi nimia familiaritate ꝯiunct⁹. Qui & spm
ꝑpheticū habuit: & quedā futura sibi a deo
reuelata predixit. Cū enim aliquando pecias
suas ex more circuiret: peruenit ad ecclesias
sci zotici mr̄is: stratūq; iuxta ei⁹ sepulchrum
sibi pari fecit atq; ibi post laborem quieuit.
Cui nocte media nec dormiēti nec plene ui-
gilanti beatus martyr ꝑdictus astitit: eidēq;
tertio predixit: qa finis ueniret uniuerse car-
ni. Et sic uisio ab oculis eius euanuit. Mox
quoq; terribilia signa in celo secuta sunt: de
quibus idē btūs gregori⁹ i homel. mētionē
facit. Deinde efera longobardoꝝ gēs italias
intrauit: & ꝑsecutiones durissimas i xpianos
exercens: oēs pene ciuitates depopulauit. In
cuius medio tribulatiōis tpe: Redēptus eps
scitate ꝯspicuus in xpo quieuit.

¶ De scō specioso monacho. CVI

Speciosus monach⁹ beati benedi-
cti discipulus sub eodē patre ui-
ta & scitate refulsit. De quo gre-
gorius. 4. dial. cap. 9. scribit: q;
frēʒ habuit germanū nole grego-
rium: qui ambo nobiles uiri & exterioribus
studiis eruditi multas pecunias i hoc mūdo
posséderāt: sʒ cūcta paupib⁹ largiētes i cas-
sinēsi mōasterio ꝑmāserūt. Dū aūt speciosus
pro utilitate cenobii iuxta capuanā urbem
missus fuisset: die quadā frater ei⁹ gregorius
cū frib⁹ ad mēsam sedēs atq; ꝯquiescēs p spm
subleuat⁹ aspexit: & uidit speciosi germani
sui aīam longe a se positi ab angelis in celuʒ
deferri. Quod mox frib⁹ īdicauit: & cucur-
rit. Iāq; eūdeʒ frēm iuū sepultū reppit: quē
tū ea hora qua aīam ei⁹ uiderat exisse de cor-
pore inuenit.

¶ De scō spe abbate. CVII.

Spes abbas ꝯstructor fuit mōaste-
rii qd̄ dicif caple qui. 6. miliario
a uetusta nursie urbe disiungif.
Qui dū scitate uite polleret per
40 ānoꝝ spatiū lumē oculorum
amisit. Sed cū a deo flagello castigaref cor-
poris: habebat p scī spirit⁹ custodiā ꝯsolatio-
nem cordis. P⁹ ānos uero. 40. ei dn̄s miracu-
lose lumē restituit: uicinum eius obitum de-
nunciauit: atq; ut i mōasteriis circūquaq; cō-
structis: uerbū uite predicaret: admonuit:
quatenus corporis recepto lumie uisitans i
circuitu frib⁹ cordis lumē apiret. Qui stati
iussis obtēpans frūʒ cenobia circuiuit: & mā-
data uite: que ab angelo didicerat predica-
uit. Quintodecimo igif die ad monasterium
suū pacta ꝑdicatione reuersus ē. Ibiq; frib⁹
ꝯuocatis astās i medio sacr̄m dn̄ici corporis
sūpsit: moxq; cū eis psallere cepit. Qui illis
psallētib⁹ oratiōi itent⁹ aīam erddidit. Oēs
uero frēs qui aderāt ex ore eius exisse colū-
bam uiderunt: que mox apto oratorii tecto
egressa aspiciētib⁹ illis penetrauit celū. Hec
gregori⁹. 4. dial. cap. xi.

¶ De scō probo episcopo. CVIII

Prob⁹ eps reatine citatis fuit. Qui
uita & scitate atq; doctrina ꝯspi-
cuus nō mediocriter effulsit: Ap-
propinquāte uero uite ei⁹ termi-
no euʒ grauissima depssit egritu-
do. Cui⁹ pater maximus nomie: circūquaq;
medicos ꝯgregauit si forte ei⁹ lāgori subue-
niri posset. Qui ꝯueniētes ad tactū uene de-
nunciauerūt eius exitū citi⁹ affutuꝝ. Cū ue-
ro iam eps refectiōis icūberet: scūs eps de as-
sistētiū potius q̄ de sua salute solicitus: eos
cū sene patre admonuit: ut se post laborē ex
refectione reparēt. Omnib⁹ igif abscedenti-
bus: un⁹ tantūmodo ei relictus ē puer. Qui
dum lecto iacētis assisteret: subito aspexit i-
trātes ad uꝫ dei quosdā uiros stolis candi-
dis amictos: qui eūdeʒ quoq; cādorē uestiū
uultuū suoꝝ luce uicebāt. Qua claritate p-
culsus puer cepit emissa uoce clamaf. Qua
uoce ꝯmotus episcopus intrantes aspexit &
cognouit: & stridentem puerū cepit consola-
ri: dicens ne timeret: quia sanctus iuuenalis
& sanctus eleutherius martyres ad se uenis-
sent. Ille autem tante uisionis nouitatem nō
ferens: cursu concito extra fores fugit: atq;
eos quos uiderat patri ac medicis nuncia-
uit. Illi uero propere descenderunt: sʒ egrū
quem relinquerant defunctum inuenerunt:
quia illi eum secum tulerant. Quorum ui-
sionem puer ferre non potuit qui remanse-
rat. Hec ubi supra cap. xiii.

¶ De scā romula uirgine. CIX

R Omula uirgo apud urbē romaȝ claruit: que cuiusdā aous sanctissime discipula fuit: & in quodam monasterio iuxta btē marie uirginis ecclesiā una cū quadā alia ↄdiscipula cū es māsit. He tres in uno habitu sanctimoniali cōmanentes: uitā quidē moribus diuitē: sed reb⁹ paupem ducebāt: inter quas tamē romula magnis meritis anteibat. Erat quippe mire patiētie: sūme obedientie: custos oris sui ad silentium: studiosa ualde ad orationis usum. Que tandem paralypsi p cussa: multis annis in lectulo decubās: pene omnib⁹ mēbris impos iacebat: nec tamē eius mentē ad impatientiā flagella perduxerant. Et tāto solicitius ad orandū excreuerat: q̄to aliud quodlibet ageer non ualebat. Nocte igitur quadam uocauit matrem redemptaȝ: que mox ↄsurgens ad eam cū alia ↄdiscipula accessit. Et dū media nocte lectulo iacētis assisterent: subito celitus lux emissa cellā im pleuit: & splendor tante claritatis emicuit: ut corda assistentium pauore perstringeret: atq; omne eorp⁹ illaȝ obrigesceret. Ceperūt atq; quasi cuiusdam magne multitudinis ingredientis sonus audiri: hostium cellule cōcutiac si intrantium turba premeretur: & ingrediētium quidem multitudinē sentiebāt: sed nimietate timoris & luminis uidere nil poterant. Protinusq; miri odoris fragrātia subsecuta est: ita ut quas lux terruerat: odoris foueret suauitas. Cepitq; romula magistrā ↄsolari: & blanda uoce predicere: quia tunc non eēt moritura. Post aliquod uero tempus spatium paulatim lux est subtracta: sed is qui subsecutus est odor remāsit: cum quo & dies secund⁹ ac tertius transiit. Nocte uero quarta iterum magistram uocauit: uiaticum petiit: & accepit. Et ecce subito in platea ante hostium cellule duo chori psallentium ↄstiterunt: & sicut se dicebant sexus ex uocibus discreuisse: psalmodie cantus dicebant uiri: & femine respondebant: inter talea celestes exequias foris illa aīa carne soluta est. Qua ad celū ducta: q̄to chori psallētiū altius ascendebant: tanto cepit psalmodia lenius audiri: quousq; & psalmodie sonitus & odoris suauitas elōgata finiret. Hec quarto dialogoȝ capitulo.16.

¶De sancta tharsilla amita sancti gregorii pape. CX

T Harsilla scā beati gregorii pape magni amita fuit: de qua idē quo supra libro cap.17. tradit: q̄ alias duas sorores suas uirtute ↄtinue orōnis: grauitate uite: singulari tate abstinentie: ad culmen sanctitatis excreuit. Huic per uisionē felix secund⁹ atau⁹ prefati doctoris romane ecclesie antistes & sanctus apparuit: eamq; ad mansionem perpetue claritatis ostendit: & ipsam ad illā inuitauit. Que subsequenti mox feber correpta ad diem peruenit extremum. Cum autē multi ad eius obitum ↄuenientes ipsi⁹ lectulum circūstarent: ecce illa subito sursum respiciens: iesum uenientē uidit: & circūstantibus acclamaer cepit: ut recederent: & locuȝ iesu ueniēti darent. Cūq; in eū: quē uidebat: intēderet: scā illa aīa e corpe est egressa. Tanta aūt fragrātia miri odoris aspsa ē: ut ipsa quoq; suauitas oōderet: illuc auctorē suauitatis uenisse. Cū aūt eius corp⁹ ad lauandū eēt nudatum: lōge orōnis usu i cubitis & genibus camelorū more inuenta est obdurata cutis excreuisse: & quod uiuens spūs eius sēper egerit: caro mortua testabatur.

¶De scā musa uirgine. CXI

M Vsa uirgo apud urbem romā claruit. De qua idem q supra libro 4. capitulo.18. scribit: q̄ quadam nocte ei per uisionē scā dei genitrix apparuit: & cum eēt puella parua: coeuas ei in albis uestibus puellas ostēdit. Quibus cū illa admisceri appeteret: sed se eis iūgere nō auderet: btē uirgis ē uoce requisita: an uellet cū eis eē: atq; in ei⁹ obsequio uiuere. Et cū puella rūdisset q̄ sic: mādatum pritus accepit: ut nil ultra leue & puellare ageret: a risu & iocis abstineret: & q̄ inter eas: quas uiderat die.30. ueniret. Quibus uisis in cūctis suis morib⁹ puella imutata est: omneq; a se leuitatē puellaris uite detersit. Et dū parentes eā imutatā mirarent: requisita oia uisa narrauit. Sed post.15. dieȝ febre corripit. die uero.30. ad exitum eidē appropinquanti: eadem dei genitrix cū puellis: quas uiderat: deono reuelat. Cui etiā eā uocāti: apta uoce se uenire rūdit: atq; in ipsa locutiōe spiritū reddidit: & ex uirgineo corpore cū scis habitatura uirginibus exiuit.

¶De scis duob⁹ monachis mrtibus. CXII

D Vo monachi martyres: quorum noia nō habent expressa: in prouincia ualerie passi sunt: De quibus narrat greg⁹.4. dialo. cap. 22. q̄ duo eēnt monachi i quodā monasterio: quod per abbatē ualentionē regebatur: & in ipso cenobio longobardi seuientes uenissent: duos prefatos monachos in ramis unius arboris suspenderunt. Factoq; uespere: utrorūq; spirit⁹ claris illic apertiq; uocibus psallere ceperunt: ita ut ipsi quoq; qui eos occiderant: cum uoces psallentium audirent: nimium mirati terrerentur. Quas etiam uoces captiui omnes: qui illic aderāt: audierunt. & eorum psalmodie postmodum testes extiterunt.

¶De sancto surano martyre. CXIII

SVranus abbas & martyr in puīcia surana passus est. De quo eundez libro cap. 23. habetur: q̄ dū esset pater cuiusdā monasterii in eadem puincia siri: captiuis aduenientib⁹ atq; a longobardoꝝ depredatiōe fugiētib⁹: cūcta que habebat largitus ē. Cū q; uestimēta sua & lectum & cellarium: & quicquid in horto haberi potuit i elemosynis cōsumpsisset: lōgobardi subito aduenerunt: & eum tenuerūt: ac aurū petere ceperunt. Quibus cū nil omnino se habere diceret: in monte uicino ab eis ductus est: in quo silua imēse magnitudinis erat. Ibiq; captiuus quidam fugiens in caua arbore latitabat: ubi un⁹ ex illis educto gladio suranum occidit. Cuius corpus dum in terrā caderet: mons omnis pariter & silua concussa est: ac si ferre nō posse pond⁹ sanctitatis ei⁹ diceret terra que tremuisset.

De scō iusto diacono & mre. CXIIII.

IVstus diaconus & martyr in marsoꝝ prouincia passus est. De quo predicto li. cap. 24. scribitur: q; uir uenerabilis & uite sāctissime fuit. Quem inuentū longobardi tenuerunt: quoꝝ unus gladio caput eius amputauit. Sed dum corpus eius in terrā caderet: ipse qui hunc occiderat imūdo spiritu arrept⁹: ad pedes martyris corruit: & q; amicū dei interfecerit inimico dei tradit⁹ ostēdit.

De scō theophanio confessore. CXV

THeophanius confessor. Quē beatus gregorius de nimia sanctuate cōmendat centumcellensis urbis comes fuit: misericordie actibus deditus: bonis operibus intentus: hospitalitati precipue studens. Exercendi autem comitatus curis occupatus agebat terrena & temporalia: sed ut in fine claruit: magis ex debito q̄ ex intentione. Nam cū appropinquante mortis eius tempore grauissima aeris tempestas obsisteret: ne ad sepeliēdum duci potuisset: eumq; uxor sua ex hoc grauiter defleret: hortatus est illam ne ploraret: quia mox ut defunctus esset: serenitas rediret. Cuius protinus uocez mors: & mortem serenitas est secuta. Quod signum alia etiam sunt signa comitata. Nam manus eius & pedes qui podagre humore tumentes uersi in uulneribus fuerant: & profluente sanie patebant: dum corpus eius lauari debuisset sani inuenti sunt: ac si nunq̄ uulneris aliqd habuissent. Sed dum die quarto post eius sepulturam: iubēte uxore marmor eidem suppositū mutare uellent: tanta ex corpore ei⁹ fragrantia emanauit: ac si ex putrescente carne pro uermibus aromata ferbuissent. Hec gregorius. 4. dial. cap. 28.

De sancto antonio monachō. CXVI

ANtonius monachus claruit rome in monasterio beati gregorii pape. De quo idē doctor libro quo supra capitulo. 49. dicit: q; dum esset uita sanctissimus quotidianis lachrymis ad gaudia patrie celestis anhelabat. Cumq; studiosissime & cū magno feruore sacra eloquia meditaretur: non in eis uerba scientie: sed fletum ꝯpunctionis inquirebat. Huic per nocturnam uisionem dictū est. Paratus esto: & quia dominus iussit migra. Cum autem ille non haberet sumpt⁹ ad migrandum diceret. Responsum protinus audiuit: dicens. Si de peccatis tuis agitur: dimissa sunt. Quod dum semel audisset & magno adhuc metu trepidaret: nocte quoq; alia in eisdem uerbis est admonitus. Et post dies quinq; febre correptus fratrib⁹ cunctis flentibus & orantibus quieuit in pace. Ad cuius sepulchrum miracula plurima ostensa sunt.

De sancto merolo monacho. CXVII.

MErolus monachus eiusdem cenobii fuit: & eodez tempore claruit de quo ubi supra gregorius scribit: q; dum esset uehementer lachrymis & elemosynis intentus: psalmodia ex ore suo pene nullo tempore cessare consueuerat. Huic nocturna uisione apparuit: quia ex albis floribus corona de celo in caput illius descendebat. Qui molestia mox corporis occupatus: cum magna animi securitate & hilaritate spiritum emisit. Ad cuius sepulchruz dum post annos. xiiii. petrus quidam abbas sibi sepulturam facere uellet: tanta de sepulchro meroli fragrantia suauitatis emanauit: ac si illic florum omnium fuissent odoramenta congregata. Ex qua re manifeste patuit: q̄ uerum fuerit: qd p nocturnam uisionē uidit. Hec gregorius ubi supra.

De scō aimone cantuariēsi. CXVIII.

AImon cantuariēn. archidiaconus fuit. Qui uite abstinētia & doctrine sapiētia plurimū claruit. Hic sermones elegantes de xpi natiuitate: & de plurib⁹ scōꝝ festiuitatibus edidit. Sūmam copiosam de uitiis & uirtutibus scripsit: & alia plurima utilia opuscula ꝯpilauit. De hoc legit̃ q; dū nocte qdā legeret: & uigilaret ad studiū i crastinō de incarnatione dominica disputatur⁹: apparuit ei diabolus. Et cum leuaret manū dexteram: ut se signaret: tenuit eam diabolus. Et cum uellet se signare sinistra: tenuit eam similiter. Et cum diceret: ego signo me in cocde lo nomine patris: & filii: & spiritoscī: diabolus dimisit eū. Et eū quereret ad qd ueue

rat: rñdit diabol⁹ eq̃ ad ipediẽdũ eũ: ne haberet quid eleganter diceret: de eo qd maxime timebat: q̃ totam uirtutem & potentiam demonum attriuerat: & confuderat: scilicet incarnatiõ desuper ea que deus gessit in carne. Hic post laudabilia uirtutum insignia quieuit in pace. Et sepultus cantuarie miraculis copiosus & clarus effulget.

¶ De sancto petro tarantasiensi episcopo. CXIX

Petrus taranteasiensis archiepiscopus apud eandem urbem claruit circa annum domini. 1140. tempore eugenii pape tertii. Qui sanctitate uite conspicuus: multis & mirabilibus signis radiauit. ¶ Cuius uirtutū fama dum ad ciuitatem lausaniam peruenisset. Tres uiri ibidem in carcere clausi ante hostium carceris custodibus ludentibus: cum ipsius nomen inuocassent: sanctus uir continuo lõge positus affuit: & illos solutos eduxit: ac ut se sequerent admonuit. Qui ab eis solis uisus: nullis aliis apparuit. Et cum nulla alia esset opportunitas diuertendi: sequentes illum desuper tabulas super quibus custodes ludebant: inter illos medios pertransibant. Sicq; ab ipsis inuisi custodibus recesserunt. Nec ante ab eis episcopus disparuit: donec ad locum illos securum perduxit: qui iuxta uotum emissum non prius cibum gustauerunt: donec ad sui presentiam liberatoris accederent. ¶ Hic ex deuotione ab henricu rege anglorũ accersit⁹: in uia miraculuz nouum ostendit. Erat enim filia cuiusdã petri de fraxineto: que nequitia inuide socr⁹ a malefica fascinata langorem desperatum incurrerat: ita ut nec uiri presentiam substinere posset. Hec a patre ut sathanas sathanam eiiceret: alteri malefice tradita fuerat liberanda. Que suis quibusdam premissis prestigiis: morsuras duas i brachio ei fixit. Ab illo extunc langore prio cõualuit: sed aliũ grauiorem incurrit. Nam ex illu die ex morsura superiori cum nimio puelle cruciatu: sicut ipsa testabatur: ex corde acus prodeũtes uisibiliter exibãt. Pluresq; q̃ triginta acus per temporum interualla inde sunt egresse. Hec a patre btõ uiro exhibita: & ab eodem in ipsa morsura contacta egressis inde pluribus acubus ipso presente: extunc ab eadem fuit passione liberata. Sed recedente sancto episcopu ex morsura inferiori: utpote quam sanctus minime contigerat: ceperunt simili modu sudes quasi quercine p̃directa q̃ per diuersos dies quasi .16. exiuerunt. Sed btũs petr⁹ in suu regressu puellaz omnibus peccatis suis plene ꝯfessam & communicatã eadẽ morsura inferiori tetigit: eãq; oĩno sanataz dimisit. Qui postq̃ ecclesie sue doctrina & exemplis insigniter prefuit: i pace quieuit. Ibidemq; sepultus in miraculis stupendis uiuit. Hec frater uincentius i speculo.

¶ De sancto rhectitio epõ. CXX

Rhectitius eduoꝝ. i. augustudunensis epus tempore constantini impatoris celeberrime fame habitus est. Hic sermonibus clarus & uita laudabilis opuscula quedam fidei perutilia digessit. Nam in gallia leguntur eius cõmentarii in cãticis canticoꝝ. Extat & aliud grande eius uolumen aduersus nouatianum. Et hic in pace quiescens augustuduni tumulatus dormit. Hec hieronymus de uiris illustribus libro.

¶ De sancto iuuenco presbytero. CXXI

Iuuencus presbyter apud hispaniam claruit. Hic sanctis pollẽs opibus: quattuor euãgelia hexametris uersibus pene ad uerbuz transferens quattuor libros cõposuit. Et non nulla eodem metru ad sacramentorum urdinem pertinẽtia perfecit. Floruit autem sub constantino imperatore. Et apud hispanias confessoris nomine celebris habet. Hec ubi supra.

¶ De sancto apollinare epõ. CXXII

Apollinaris laodicensis syrie eps patre probo progenitus: grãmaticis in adolescentia uperam dedit: & postea sacris scripturis insudans innumera quasi scribens uolumina scitate uõ sim⁹: ut doctrine ipsi⁹ uita discors nõ fuerit: sub theodusiu impature diẽ obiit. Extãt ei⁹ aduersus porphyriũ 30. libri: qui inter cetera opeꝝ eius uel maxime probantur apud laodiciam corpore quiescit. Hec ubi supra.

¶ De sancto patiano epõ. CXXIII

Patian⁹ pyrenei iugis barcitone eps castitate eloquẽtia & taz uita q̃ s̃mone clar⁹ scripsit uaria opuscula. De qb⁹ est cert⁹ liber ꝯtra nouatianos. Hic sub theodosio famore pricipe iam ultima senectute i xpo quieuit. Hec hieronymus ubi supra.

¶ De sanctu theodoru epõ. CXXIIII

Theodor⁹ tarsensis eps apud eãdẽ seuate & ductrina claruit citatẽ. Qui dũ antiochie eẽt p̃sbr̃ magis florere cepit. Scripsit eni plura ad fideliũ utilitatẽ. Extãt ei⁹ in apostolum ꝯmẽtarii: & multa alia ad eusebiũ cesarieñsem: cui ꝯtẽporane⁹ extitit: eiusq; euz sensũ secutus sit: eloquẽtiã imitari nõ potuit pp ignorãtiã seculariũ lraꝝ. hec ubi supra.

¶ De sancto prisciliano episcopo & martyre. CXXV

PRiscillianus bapille epūs & martyr multa ecclesie dei putilia digessit opuscula. Hic sub quodā maximiano tyrāno qui tpe theodosii primi gallias occupauit: cum latrociniano quodā de quo supra actū est p fidei defēsione ad mortē q̄si cesus una cū eodē latrociniano apud treueriz quiescit Hec hieronym⁹ de uiris illustribus.

¶ De scō gelasio episcopo. CXXVI

GElasius cesaree palestine eps eugenio in dicti pōtificat⁹ sede successit. Qui uita & doctrina uirtutū signis admodū eluxit. Et non nulla diuina uolumina ɔpilauit. Qui etiā in xpo quiescēs apud ipaz ciuitatē in corpore dormit. Hec ubi supra.

¶ De scō theotimo episcopo. CXXVII

THeotim⁹ cyrenoꝝ eps isignis sēctitatis & sapie g̃ia refulsit. Qui cū plura opa laudabilia edidisz Inter cetera in morē dialogoꝝ & ueteris eloquētie breues cōmaticosq; tractatus cōscripsit. Et sic hūanitatis debitū soluēs apud eandem urbē in xpo qe scit. Hec ubi supra hieronymus.

¶ De scō amphilaco episcopo. CXXVIII

AMphilaeus Iconii epus claruit i ipa ciuitate tpre theodosii senioris. Qui uir morib⁹ & scitate redimitus doctrina quoq; ñ isim⁹. Inter alia ad beatū hieronymuz scripsit librū de spirituscō q sit de⁹: & q sit omnipotēs & adorādus. Et alia fidē nr̃az sragrātia opuscula putilia digessit. Et apud eādem ciuitatē i pace humanitatis debituz soluit. Hec ubi sopea.

¶ De scō luciano presbytero. CXXIX.

LVcianus p̄sbytee uir scissim⁹ & deuot⁹ apd hierosolymā claruit tpe honorii ipatoris. Hic dū uite abstinentia & pudicitie scimonia laudabilis apud deū polleret: & hoiesttante gr̃e meritū obtinuit: ut eidē dñs corpa scōꝝ stephani ꝓtomr̃is nicodemi gamalielis & abibon reuelaret. Et p hui⁹ relationē eadē gloriosa cadauera iuenta eēnt: ut dictuz ē supra in inuentione dictoꝝ scōꝝ. 3. noñ. augusti. Hic aūt beat⁹ mr eādē reuelationē & eius historiā ad oium ecclesiaꝝ peesonas: greco s̃mone descripsit. Quā adiutus presbyter homo hispan⁹ postmodū i latinū ɔuertit. Post dictoꝝ aūt scōꝝ corpora inuētionē prefat⁹ uenerādus p̄sbyter scitate ɔspicuus: uirtutūq; opib⁹ multipliciter pollēs i pace qeuit. Et apd basilicā baptisterii i qua mister fuerat sepult⁹ iacet signisq; eor uleat.

¶ De sanctis pluribus quoꝝ sola nomina & dies festiui inueniontur. CXXX.

PLures sancti ultra suprapositos existunt: de quoꝝ uita uel gestis nihil penitus potui inuenire: nisi eoꝝ solūmodo noia & dies festiuitatū: & nihil oltra: nisi de paucis: de quibos etiam loca in quibus passi sūt uel sine martyrio decesserunt: ɔscripta reppi: ex martylogio uidelicet hieronymi usuardi uel adonis. Et iccirco ut nihil eoꝝ que de sanctis inuenire potui omittatur i fine p̄sentis operis. Hoc unico capitulo ea que de nominibus & dieb⁹ festis dictoꝝ sanctoꝝ: in predicto libello ɔscripta sūt recolligere curaui. Reseruata tū tam mihi q̄ posteris potestatē eoꝝ gesta & passiones scribendi distinctius: si ea q̄nq; in futurum reperite contingat. Ad litteeam tñ premissa ut inueni subiciam. Et sic operi huic quantum ad presens finem faciam.

1 ¶ Iustina uirgo & martyr passa ē pridie calendas decembris.

2 ¶ Nicetius eps & ɔfessor in ciuitate treueris quieuit in xpo noñ decēbris.

3 ¶ Iulius & potamia mr̃es eodem die i ciuitate togara passi sunt.

4 ¶ Petrus: sucessus: bassinus: porphyrius & urbanus mr̃es in aphrica passi sūt. 5. idus decembris.

5 ¶ Eutychius ɔfessor: cuius gesta habētur ut dicit ado. Cuius festum i hispaniis agitur. 5. idus decembris.

6 ¶ Hermogenes: donat⁹: & alii uigintiduo martyres passi sunt pridie idus decembris.

7 ¶ Valericus abbas eodem die in pago uiniacensi quieuit.

8 ¶ Aubertus cameracensis eps: qui in dño quieuit idib⁹ decembris.

9 ¶ Drusus: zozymus: & theodorus: in antiochia passi sunt decimonono calen. ianuarii:

10 ¶ Maximinus confessor quieuit in christo in territorio aurelianēsi decimoctauo calen. ianuarii.

11 ¶ Valentinus: naualis: & agricola mr̃es rauēne passi sunt. 17. cal. ianuarii.

12 ¶ Moyses martyr in aphrica passus ē. 15. cal. ianuarii.

13 ¶ Gratianus eps & confessor eodem die turoni dormiuit.

14 ¶ Darius martyr in ciuitate nicea passus est. 14. cal. ianuarii.

15 ¶ Gregorius episcopus antisiodori eodē die quieuit.

16 ¶ Iulius martyr in ciuitate thracia gelduba passus est. 13. cal. ianuarii.

17 ¶ Liberatus confessor: & gregorius episcopus eodem die in amphitea claruerunt.

18 ¶Zepherinus episcopꝰ eodem die rome in christo quieuit.
19 ¶Ioannes & festus martyres i tuscia passi sunt.12.calē.ianuarii.
20 ¶Demetriꝰ:honoratus:& florꝰ martyres in ciuitate ostia passi sunt.xi.cal.ianu.
21 ¶Lucianus confessor in ciuitate tripoli quieuit.9.calen.ianuarii.
22 ¶Eutychiꝰ p̄sbr̄ & domitianꝰ diaconꝰ apd̄ ancyrā galatie passi sunt.5.calē.ianua.
23 ¶Ebrulphus confessor in pago oxymēsi quieuit.4.calen.dicti mensis ianuarii.
24 ¶Hermes exorcista rethiarie urbi clarus it pridie calen.ianuarii.
25 ¶Eugendꝰ abbas cuius uitā ut dicit ado uirtutibꝰ & miraculis plena refulsit: in territorio lugdunēsi claruit calē.ianu.
26 ¶Isidorus episcopꝰ apud antiochiam in xp̄o quieuit.4.nonā.ianuarii.
27 ¶Hermes:aggeꝰ:& caius martyres in ciuitate bononia passi sūt pridie nonā.ia.
28 ¶Felix & iannarius in ciuitate heraclea passi sunt.7.idus ianuarii.
29 ¶Eugenianus martyr passus est.6.idus ianuarii in augustuduni ciuitate.
30 ¶Timotheus confessor eodem die in grecia claruit.
31 ¶Vitalis ep̄s:reuocatꝰ & fortunatꝰ diaconꝰ apd̄ smyrnā.5.idꝰ ianuarii passi sūt.
32 ¶Petrus:seuerinus: & leontiꝰ martyres quoq; ut ait ado:gesta habent apud alexandriam passi sunt.3.idus ianuarii.
33 ¶Lōgiꝰ ꝯfessor:cuiꝰ festū agit idibꝰ iañ.
34 ¶Euphrasius ep̄s & clerus diaconus.19.calen.februarii passi sunt.
35 ¶Fuscus confessor in monasterio patrona claruit.17.calen.februarii.
36 ¶Priscilla sācta eodem die rome quieuit.
37 ¶Nedolfonsus ep̄s apd̄ toletū uita & doctrina claristimꝰ i dn̄o quieuit.x.cal.feb.
38 ¶Marius abbas monasterii beluacensis: cuiꝰ uitā uirtutibꝰ plenā:ut ait ado:uir illustris ac patricius dinamius scribit: eiuus festum agitur.6.calen.februarii.
39 ¶Adiutꝰ mr̄ eodē die i aphrica passus ē.3
40 ¶Ioannes presbyter in monasterio rhemensi quieuit in xp̄o.5.calē.februarii.
41 ¶Valenꝰ ep̄s & bti petri ap̄li discipulus.4.calen.febr̄.treueri dormiuit in dn̄o.
42 ¶Flauianꝰ mr̄ passus est.3.calē.februa.
43 ¶Aldegūdis uirgo eodem die in malbedio monasterio quieuit in pace.
44 ¶Saturninꝰ:thyrsus:& uictor martyres alexādrie passi sunt pridie calē.febru.
45 ¶Policarpus & seuerianus ep̄i:quorum festum colitur calendis februarii.
46 ¶Fortunatus:felicianus presbyteri: firmus & candidus martyres rome passi 4.nonas februarii.
47 ¶Flosculꝰ ep̄s eodē die aureliani quieuit.
48 ¶Tigris & remedius ep̄i apud oppidum napiogum passi sunt.3.nonā februarii.
49 ¶Lupicinus ep̄s:felix & celerinus eodē die lugduni passi sunt.
50 ¶Auentioꝰ ep̄s in ciuitate trechas pridie nonā februarii dormiuit.
51 ¶Amolianus martyr auernis passus est 8.idꝰ februarii.
52 ¶Saturninꝰ:theophilꝰ:& reuocata martyres eodem passi sunt die.
53 ¶Dionysius:emilianus:& sebastianꝰ martyres apud armeniam minorem passi sunt.6.idus februarii.
54 ¶Salomon martyr eodem die in ciuitate corduba passus est.
55 ¶Paulus episcopꝰ:lucas & cyriacꝰ martyres ipso die rome passi sunt.
56 ¶Amon & alexander martyres apud cyprum passi sunt.5.idꝰ februa.
57 ¶Zoticꝰ:ireneꝰ:amantius & hiacynthus mr̄es rome passi sunt.4.idꝰ febr.
58 ¶Desiderius ep̄s apud lugdunū quieuit in xp̄o.3.idꝰ febr̄.
59 ¶Macarius:rufinus & iustꝰ martyres passi sunt pridie idꝰ febr̄.
60 ¶Modestꝰ & amonius infantes eodē die in alexandria martyrio coronant̄.
61 Polyotus martyr:qui latine interpretat̄ multe auris in mylittana armenie idibꝰ februarii passus est.
62 ¶Licinius ep̄s in ciuitate andegaueñ eodem die quieuit.
63 ¶Stephanus ep̄s & iulianꝰ martyres eodem die lugduñ passi sunt.
64 ¶Vitalis presbyter:felicula & zeno martyres rome passi sunt.16.calē.martii.
65 ¶Creator mr̄ cū uxore & uniuersa domo rome passi mr̄io coronāt̄.15.cal.mart.
66 ¶Quinidiꝰ ep̄s i gallis citate uasionēse ipso die quieuit:cuius mortē in cōspectu dn̄i p̄ciosam miracula crebra testant̄.
67 ¶Agapes uirgo in ciuitate iteranis eodē die in domino dormiuit.
68 ¶Iulianus mr̄ & ep̄s cū aliis quoq; milibꝰ apud egyptum passus est.14.cal.mar.
69 ¶Donatus: & secundianꝰ: & romulꝰ cū aliis.86.apud urbem concordiam passi sunt.13.calen.martii.
70 ¶Siluinus ep̄s taruenēsis ipso die in domino quieuit.
71 ¶Rutulꝰ:siluanꝰ: & maximꝰ mr̄es in aphrica.12.calē.martii mr̄io coronant̄.
72 ¶Publius:iulianus & marcellus in eadē aphrica passi sunt.xi.calē.martii.
73 ¶Potamius & nemesius in cypro insula passi sunt.10.calen.martii.
74 ¶Caius:uictor:& panthamia eodē die rome palmam percipiunt.

75 ¶Verolus: secundinus: serdulus & alii uiginti in aphrica ciuitate adrumeto passi sunt. 9. calen. martii.

76 ¶Sergius martyr i cesarea cappadocie passus est. vi. calen. martii: cuius ut di eitado gesta preclara habentur.

77 ¶Fortunatus presbyter: & felix cum aliis. 27. 4. calen. martii passi sunt.

78 ¶Baldomerus confessor uir dei quieuit in domino. 3. calen. martii. cuius sepulchrum crebris miraculis illustratur.

79 ¶Alexander: abundantius: & fortunio martyres ipso die passi sunt.

80 ¶Macarius & rufinus: iustꝰ & theophilus pridie cal. martii mrio coronãtur.

81 ¶Hermes & hadrianus martyres in ciuitate massile passi sunt cal. martii.

82 ¶Leo martyr eodem die passus est.

83 ¶Lucius episcopus: absalon & largus martyrio coronati sunt. vi. noñ. mar.

84 ¶Eusebius palatinus & alii nouẽ martyres. 3. noñ. martii palmã pcipiunt.

85 ¶Iulialis episcopus in ciuitate toleto claruit pridie nonas martii: qui ut ait ado apud eiusdem loci incolas famosissimus habetur.

86 ¶Quadragintaduo martyres in persida passi sunt. 6. idus martii.

87 ¶Gorgonius & firmus martyres eodẽ die palmam perceperunt.

88 ¶Petrus martyr i aphrica passus est pridie idus martii.

89 ¶Aphrodisius ꝯfessor eodẽ die quieuit.

90 ¶Patricius episcopus auernis claruit. 17. calen. aprilis.

91 ¶Quintꝰ: quintilus: quintilia & marcꝰ cum aliis. 9: martyres apud surrhentum passi sunt. 14. cal. aprilis.

92 ¶Leontius episcopus appolonii eodem die in christo dormiuit.

93 ¶Paulus cyrillus & eugenius martyres cum aliis quattuor. xiii. calen. aprilis palmas martyrii perceperunt.

94 ¶Lupicinus abbas in territorio lugduni quieuit in christo. xii. calen. aprilis cuius uita sanctitatis & miraculorum gloria insignis fuit.

95 ¶Saturninus episcopꝰ & alii nouẽ martyres in aphrica passi sunt undecimo calen. aprilis.

96 ¶Romulus: & secundolus martyres in mauritania pro christo passi sunt. 9. calen. aprilis.

97 ¶Seleucus confessor ipsa die apud syriam quieuit.

98 ¶Agapitus confessor eadem die i phrygia claruit.

99 ¶Cyrions martyr rome passus est octano calen. aprilis.

100 ¶Theodorus episcopus: ireneus diaconus: serapion: & amoniꝰ: lectores martyres apud pentapolim libye passi sũt septimo calen. aprilis.

101 ¶Alexander martyr in pãnonia triumphum obtinuit. 6. calen. aprilis.

102 ¶Castor & dorotheus martyres tarsi cilicie passi sunt. v. calen. aprilis.

103 ¶Dominus & uictor martyres thessalonice mrio coronantur. 3. cal. aprilis.

104 ¶Pastor episcopus palatinus eodẽ die aureliani claruit.

105 ¶Diodolus: anesiꝰ: felix: cornelia & ualeria: portꝰ & abdas martyres i aphrica passi sunt. xi. cal. aprilis.

106 ¶Venantius episcopus & martyr calẽ. aprilis palmam promeruit.

107 ¶Victor presbyter: & stephanus martyres eodem die in egypto passi sunt.

108 ¶Eugarius & benignus martyres coronas pcipiũt: i scythi a ciuitate thomis tertio nonas aprilis.

109 ¶Paucratius confessor ipso die apd tauromenium sicilie quieuit in xp̃o.

110 ¶Martiana nicanor: & appolonius martyres apud egyptum passi sunt nonis aprilis.

111 ¶Amphianus confessor eodem die apd cesaream lycie claruit.

112 ¶Timotheꝰ & diogenes martyres i macedonia palmas pceperũt. 8. idꝰ apri.

113 ¶Epiphanius episcopus: donatus presbyter: & alii. 14. apud aphricam passi sunt. 7. idus aprilis.

114 ¶Plensius presbyter eodem die in alexandria in christo quieuit.

115 ¶Apollonius presbyter: & alii. v. martyres apud alexandriam passi sunt. 4. idus aprilis.

116 ¶Domnus episcopus cum militibus. 8 martyres in dalmatia ciuitate salona passi sunt. 3. idus aprilis.

117 ¶Thallacus presbyter & cõfessor eudẽ die in pace quieuit.

118 ¶Constantinus episcopus oppido uapigo claret pridie idus aprilis.

119 ¶Euphemia uirgo & martyr idibus aprilis coronam percepit.

120 ¶Phronto abbas apud alexandriã claruit. 18. cal. maii. Cuius uita ut dicit ado sãcitate & miraculis extitit gloría.

121 ¶Proculus martyr: & donina uirgo cũ socius uirginibus ipso die interãns passi sunt.

122 ¶Petrꝰ diaconꝰ & hermogenes mr̃es apud aphricã passi sũt. 15. cal. maii.

123 ¶Heleus presbyter: paulus: & isidorꝰ monachi in ciuitate corduba eadem die martyrium perceperunt.

124 ¶Prefect⁹ presbyter & martyr in prefata ciuitate corduba passus ē.14.cal.maii.

125 ¶Hermogenes:caius:expeditus:aristonicus:rufus:galatas martyres uno die coronati sunt in armenia ciuitate mylitana scilicet.13.calen.maii.

126 ¶Vincētius martyr eodem die in hispania ciuitate cancoliberi passus est.

127 ¶Martianus confessor antisiodori quieuit.12.calen.maii.

128 ¶Vildisrius episcopus & confessor claruit octauo calen.maii.

129 ¶Euandius & hermogenes ciuitate lycausana martyrio coronāt.7.cal.maii.

130 ¶Castor & stephanus martyres tarsi cilicie passi sunt quinto calen.maii.

131 ¶Aphrodisius:charisipus:agapitus: & eusebius martyres.4.calen.maii palmas perceperunt.

132 ¶Apollinaris martyr eodem die in pannonia passus est.

133 ¶Saturninus & neopolus martyres.6.noñ.maii in carcere quieuerunt.

134 ¶Nicetius episcopus uienne claruit.5.nonas maii: qui fuit uir preclarissimus & nobilis:ut ait ado.

135 ¶Iouinianus lector & martyr antisiodori eodem die coronam promeruit.

136 ¶Heliodorus & uenustus cum aliis septuagintaq; in aphrica martyrio coronātur pridie noñ maii.

137 ¶Iuuenalis martyr noñ maii passus est.

138 ¶Stephanus & uictor atq; helladius episcopi apud egyptum passi sunt martyrium.8.idus maii.

139 ¶Trecenti & decem martyres in perside passi sunt.7.idus maii.

140 ¶Quartus & quint⁹ martyres:rome uia latina ad centumsulas palmas perceperunt sexto idus maii.

141 ¶Aquilinus & uictorianus martyres: quorum gesta habentur i syria prouincia passi sunt.17.calen.iunii.

142 ¶Isidorus eps trechas eodem die ǫeuit.

143 ¶Heraclius:paulus : & aquilinus cum alus duobus martyres passi sunt in ciuitate niueduno.16.calē.iulii.

144 ¶Polieuctus:uictorius:& donatus martyres apud cesaream cappadocie martyrium pertulerunt:12.calen.iunii.

145 ¶Secundinus martyr eodem die cordube passus est.

146 ¶Helena uirgo antisiodori claruit undecimo calen.iunii.

147 ¶Faustinus & timotheus ipso die rome passi sunt.

148 Epiticus & basileus episcopi in hispaniis clarent.10.calen.iunii.

149 ¶Innocentius martyr in portu romano passus est nono calen.iunii.

150 ¶Zoilus:seruulus:felix:siluanus & dioclees martyres apud histriam ipso die triumphum obtinuerunt.

151 ¶Pasicrates & ualentio martyres & alii duo simul coronati sūt.8.calen.iunii.

152. ¶Quadratus martyr.7.calē.iunii passus est:in cuius solēnitate sancti augustini sermones inueniuntur ad populum:ut dicit ado.

153 ¶Felicissimus:eradius:& paulinus martyres tuderti tuscie eodem die palmas percipiunt.

154 ¶Ragenulphus martyr in pago attebatensi passus est.6.calen.iunii.

155 ¶Libertus confessor eodem die apud aoconam dormit.

156 ¶Emilius:felix:mulier:priamus: & lucianus martyres in sardinia coronant quinto calen.iunii.

157 ¶Restitut⁹ martyr rome uia aurelia.4.calē.iunii passus est.

158 ¶Septem germani eodem die uia tyburtina passi sunt.

159 ¶Gabin⁹ & christol⁹ martyres turrib⁹ sardinie palmas obtinent.3.cal.iunii.

160 ¶Syrus & platin⁹ in antiochia eodē die per multa tormenta passi sunt.

161 ¶Crescentianus martyr turribus sardinie pridie calen.iunii coronā pcepit.

162 ¶Caprasius abbas monasterii lir:meñ. quieuit in christo calen. iunii.

163 ¶Aretius & dacian⁹ martyres rome passi sunt pridie noñ iunii.

164 ¶Amantius & alexander martyres in ciuitate niueduno martyrio coronantur octauo idus iunii.

165 ¶Petrus presbyter:eutychius:hieremias:& alii tres cordube passi sunt septimo idus iunii.

166 ¶Salustianus confessor apud sardiniaȝ sexto idus iunii claruit.

167 ¶Vincentius leuita & martyr in ciuitate agino passus est quinto id⁹ iunii.

168 ¶Zacharias martyr nicomedie passus est.4.idus iunii.

169 ¶Censurius confessor & episcopus qeuit in domino antisiodori die eodem.

170 ¶Lucian⁹ & crescentian⁹ martyres passi sunt in aphrica idibus iunii.

171 ¶Aurelian⁹ episcop⁹ & cōfessor lugduni dormiuit in dño.xvi.cal.iulii.

172 ¶Ducenti & sexagintaduo martyres:rome p̄ssi positi sunt uia salaria uetere ad cliuium cucumeris.xv.cal.iulii.

173 ¶Vulmar⁹ ꝯfessor admirande sctitatis & religionis uir ipso die qnieuit in pace.

174 ¶Adiutus p̄sbyter & confessor eodem die aureliani dormiuit in xp̄o.

175 ¶Baddulph⁹ abbas eodem die elaruit.

176 ¶Paulinus cyprian⁹: felix: & feliciana uirgines & martyres apd̄ ciuitatē thomis mf io coronanf.xii.cal.iulii.

177 ¶Rusti⁹ & martia uirgo martyres passi sunt in sicilia ciuitate syracusa undecimo calen.iulii.

178 ¶Qoiriac⁹ & apollinaris martyres eodem die in aphrica palmam suscipiūt.

179 ¶Maxentius presbyter & ɔfessor in pago pictauensi.vi.cal.iulii claruit.

180 ¶Perseueranda uirgo eodem die in domino requieuit.

181 ¶Benedicta uirgo in territorio senonico quieuit in pace.5.calen.iulii.

182 Coticus presbyter & leo subdiaconus passi sunt martyrium pridie cal.iulii.

183 ¶Ostianus eṗs & confessor: i territorio uiuarieñ.eodem die in dn̄o dormiuit.

184 ¶Epachrius monachus & ɔfessor i ciuitate engolisma elaruit cal.iulii.

185 ¶Theodoricus presbyter ipso die i territorio rhemensi feliciter quieuit.

186 ¶Saluius confessor eodem die in portu ualentianas elaroit.

187 ¶Monegunda uirgo apd̄ turoñ.obdormiuit in domino.vi.noñ.iulii.

188 ¶Tryphon & alii docenti mr̄es alexandrie passi sunt.v.noñ.iulii.

189 ¶Eulogius & euphemia:achaicus & demetrius mr̄es constantinopoli eodem die obtinuerunt triumphum.

190 ¶Domitius martyr apud syriam passus est.5.noñ.iulii: qui ut ait ado:uirtutibus suis multa incolis bn̄ficia prestat.

191 ¶Stephanus p̄sbyter:& leonn⁹ mr̄es rome passi sunt.v.idus iulii.

192 ¶Iustus & amicus episcopi: in domino quieuerunt in ciuitate lugduñ. pridie idus iulii.

193 ¶Phocatos episcopus ipso die in christo dormiuit.

194 ¶Eutropius:zozyma & bonosa sorores martyres:rome in portu passi sunt idib⁹ iulii.

195 ¶Philippus:zeno:narsis: & alii decem infantes eodem die alexandrie martyrio coronantur.

196 ¶Emilianus ɔfessor apud ciuitatē doroscoꝝ claruit.xv.cal.augusti.

197 ¶Sabinus: maximus: iulianus: macrobius:cassius & paula:cum aliis decez passi sont apud damascum decimotertio calen.augusti.

198 ¶Paulus diaconus & martyr in ciuitate corduba eodem die martyriū sūpsit.

199 ¶Iulia uirgo & martyr in ciuitate trechas passa est.xii.cal.augusti.

200 ¶Primitiua uirgo rome quieuit decimo calen.augusti.

201 ¶Octoginta & tres milites passi sunt in ciuitate amiternina .9.cal.augusti.

202 ¶Tiberius episcopus antisiodori quieuit.vi.cal.augusti.

203 ¶Symeon monachus ipso die in sicilia claruit.

204 ¶Peregrinus presbyter & confessor cuius beatitudinem miraculorum gloria testatur quieuit lugduni quinto calen.augusti.

205 ¶Vrsos episcopus antisiodori in christo dormiuit.5.calen.augusti.

206 ¶Democritus secundus & dionysius martyres in ciuitate sīnnada passi sunt pridie calen.augusti.

207 Hermelus martyr constantinopoli passus est.5.nonas augusti.

208 ¶Ephronius episcopus eodem die augustuduni quieuit.

209 ¶Petrus & iulian⁹ martyres cum aliis 18.rome passi sunt.7.idus augusti.

210 ¶Faustinos martyr apud mediolanum ip̄o die passus est tp̄re aurelii cōmodi

211 ¶Agapes uirgo quieuit i pace sexto id⁹ augusti.

212 ¶Gandericus episcopus & confessor in ciuitate cameraco tertio idus augusti elaruit.

213 Gratilianus & felicissima uirgo in urbe phalari passi sunt pridie id⁹ augusti.

214 ¶Macarius & iulianus eodem die in syria martyrio coronantur.

215 ¶Demetrius confessor in aphrica .xix. calendas septembr. dormiuit.

216 ¶Simplicianus episcopus quieuit i pace.xviii.cal.septembris.

217 ¶Marinus confessor in territorio bituricensi claruit.14.calen.septēbris.

218 ¶Bonosus:& maximianus martyres passi sunt.xii. calen. septembris quorum gesta ado dicit haberi.

219 ¶Martialis:epictetus:satorninus:aprilis & felix:com quibusdam eorum socius in portu romano martyriuz passi sunt.xi.calen.septembris.

	¶Theodor⁹ eps ɔf.	xi	cxxiiii	
19.cal.ianu.	¶Theodorus mar.	xi	ultimu	
7.cal.apri.	¶Theodor⁹ eps & m̃	xi	ultimo	100
13.cal. dec.	¶Theodorus mar.	xi	ultimu	52
4.non. apr.	¶Theodosia uir. m̃	iiii	xxv	
14.cal.iun.	¶Theodosia mar.	v	xvi	
8.cal.nou.	¶Theodosius mar.	ix	cvii	
	¶Theodosi⁹ iptor ɔ	xi	xciii	
3.id⁹ mar.	¶Theodota mar.	iii	xcvii	
4.no.aug.	¶Theodota mar.	vii	xiiii	
	¶Theodotus eps	xi	x	
pd.non.ian.	¶Theogenes mar.	ii	xli	
7.cal. febr.	¶Theogenes mar.	iii	xxv	
6.cal.octo.	¶Theognitus mar.	viii	cxxi	
10.cal.sep.	¶Theonas eps	vii	xcviii	
10.cal.sep.	¶Theonas abbas	vii	xcix	
10.cal.dec.	¶Theonist⁹ eps & m̃	x	xcvii	
	¶Theophanius ɔf.	xi	cxv	
13.cal.ian.	¶Theophilus mar.	i	xxviii	
8.idus feb.	¶Theophilus mar.	iii	ci	
5.non.mar.	¶Theophilus eps	iii	clxxvii	
	¶Theophilus eps	iii	clxxviii	
7.id⁹ mar.	¶Theophilus mar.	iii	clxxxv	
3.idus oct.	¶Theophilus eps	x	lix	
	¶Theophilus ɔfes.	ix	lx	
8.idus feb.	¶Theophilus mar.	xi	ultimu	52
pd.ca.mar.	¶Theophilus mar.	xi	ultimu	8
6.idus sep.	¶Theophilus mar.	xi	ultimo	24
15.cal.iun.	¶Theopista mar.	v	xxi	
13.cal.iun.	¶Theopistus mar	v	xxi	
3.non.nou.	¶Theopolus mar.	x	xviii	
10.cal.iun.	¶Theopōp⁹ eps m̃.	v	xxiii	
8.id⁹ mar.	¶Theotichus mar.	iii	clxxxiii	
	¶Theotignus eps	xi	ix	
	¶Theothymus eps	xi	cxxvii	
	¶Theotistus eps	xi	ix	
	¶Theremon abbas	xi	lvii	
3.cal. sept.	¶Tercētian⁹ eps m̃	vii	cxxxvi	
8.id⁹ decē.	¶Thertius martyr	i	xxxv	
	¶Tertius discipul⁹	vi	c	
pd.no.aug	¶Tertulinus mar.	vii	xx	
4.idus no.	¶Tiberius martyr	x	xlvi	
6.cal. aug.	¶Tiberius eps	xi	ultimo	[illegible]
18.cal.ma.	¶Tyburtius mar.	iiii	ii	
3.idus aug.	¶Tyburtius mar.	vii	xlvi	
5.idus sep.	¶Tyburtius mar.	xi	ultimo	245
17.cal.feb.	¶Tychianus eps	ii	lxxxix	
3.non.feb.	¶Tigris eps & m̃	xi	ultimu	48

Tempore		Li.	Capitulu	Pa.
	¶Timeus epa	xi	vii	
15.cal.ma.	¶Timon diac⁹ & m̃	viii	lxvi	
	¶Timon eps & m̃	viii	lxvii	
pd.cal.ian.	¶Timotheus p̄sbr̄	ii	xxiii	
9.cal.febr.	¶Timothe⁹ discip.	iii	xvii	
12.cal.iun.	¶Timotheus mar.	v	xxviii	
	¶Timothe⁹ anach	v	cvii	
11.cal.sep.	¶Timothe⁹ p̄sbr̄ m̃	vii	xci	
	¶Timotheus eps	vii	xcii	
10.cal.sep.	¶Timotheus mar.	vii	xcv	
	¶Timotheus eps	xi	vi	
idib.ian.	¶Timotheus ɔfes.	xi	ultimu	50
8.idus apr.	¶Timotheus mar.	xi	ultimu	112
11.cal.iun.	¶Timotheus mar.	xi	ultimu	147
6.idus sep.	¶Timotheus mar.	xi	ultimu	242
11.cal.mar.	¶Tyrānus eps & m̃	iii	cxxxvii	
	¶Tyrānus eps & ɔ.	xi	vii	
16.ca. mar.	¶Thyrion p̄sbr̄ m̃.	iii	cxxiiii	
5.cal.febr.	¶Thyrsus martyr	iii	xxxix	
8.cal.octo.	¶Thyrsus martyr	viii	cxvi	
pd.cal. feb.	¶Thyrsus martyr	xi	ultimu	44
5.cal.ma.	¶Thirhicus diac⁹	iiii	xcix	
8.cal. sept.	¶Titus discipulus	vii	cviii	
	¶Titus eps	vii	cix	
	¶Tobias eps	vii	xcvi	
	¶Tobias uir scūs	viii	lxxix	
	¶Tobias episcop⁹	xi	viii	
	¶Thola iudex	viii	viii	
12. cal.ian.	¶Thomas aposto.	i	lxxix	
4.cal.ian.	¶Thomas eps & m̃	ii	xiii	
no.mar.	¶Thomas d'aquo ɔ	iii	clxxxi	
16.cal.iunii	¶Torpes martyr	v	viii	
idib⁹ ma.	¶Torquatus epa	v	ii	
5.cal.ma.	¶Tottula uir. & m̃	iiii	c	
5.id⁹ mar.	¶Trabia martyr	iii	cxcviii	
pd.no.iul.	¶Tranquillinus m̃	vi	lxi	
8.idus aug.	¶Trāsfiguratō dn̄i	vii	xxix	
16.cal.ian.	¶Translatio sancti ignatii	i	lxxiiii	
15.cal.febr.	¶Trāslatō scē lucie	ii	xxix	
pd.cal.feb.	¶Translatio sancti marci	iii	lxi	
pd.ca.mar	¶Trāsla. sci augus.	iii	clxi	
8.idus ma.	¶Trāsla. sci andree	iiii	cxliiii	
7.idus maii	¶Translatio sancti hieronymi	viii	cxlv	
16.cal.iunii	¶Trāslatio sci syri	v	x	
3.cal.iuni.	¶Translatio sancti nicolai	v	xv	
7.idus iun.	¶Trāslatō s. Eustacii	v	xcvi	
5.non.iul.	¶Trāsla. sci thome	vi	xliii	
4.non.iul.	¶Trāsl. sci martini	vi	lii	
5.idus iul.	¶Trāsl. sci bn̄dicti	vi	lxxxi	
8.cal. aug.	¶Translatio sancti germani pisiēsis	vi	cxxxviii	
6.id⁹ aug.	¶Trāslatō sci quirici	vii	xix	
3.id⁹ augu.	¶Translatio corone christi	vii	xlv	

¶Postq̃ ad libri calcem: deo annuente: peruenimus: nobis uisum est: fore haud inutile: quorundã sanctorũ gesta subnectere: quæ ex eorũ historiis: q̃ cõpendiose potuimus: auctorem hu⁹ imitati: decet p̃sim⁹: ordinẽ temporis tantũmodo seruãtes: &: ut opus uberius habeat: &: ut cœptis nostris aliorum animos ad ampliorẽ fœcunditatem excitemus.

Hæc sunt nomina sanctorũ.

17.cal.feb.	¶Berardus: petrus: accursi⁹: adiut⁹ & otho martyres & cõfessores	i
4.idus feb.	¶Gulielmus cõfessor	ii
pd.no.mar.	¶Cyrillus cõfessor	iii
no.apri.	¶Vincentius cõfessor	iiii
di. paschæ	¶Rupertus ep̃s	v
octa. pasc.	¶Ioannes bonus cõfessor	vi
cal.ma.	¶Catharina senensis	vii
5.non.ma.	¶Vrsius cõfessor	viii
4.non.ma.	¶Monica uidua	ix
5 non.ma.	¶Angelus mar. & cõfes.	x
15.cal.iun.	¶Bernardinus cõfessor	xi
2a dñica iul.	¶Bonauentura episcop⁹ & cardinalis cõfessor	xii
7.id⁹ aug.	¶Albertus cõfessor	xiii
idi.aug.	¶Simplicianus ep̃s & cõf.	xiiii
17.cal. sep.	¶Rochus cõfessor	xv
4.idus sep.	¶Niculaus tolẽtin⁹ cõfes.	xvi
pd.no. oct.	¶Magnus ep̃s	xvii
6.cal.nou.	¶Iuno p̃sbyter & cõfessor	xviii
pd.cal.no.	¶Volfgangus ep̃s & cõfes.	xix
16.cal.dec.	¶O.hmarus abbas	xx
6.cal.dec.	¶Couradus ep̃s	xxi
pd.no.dec.	¶Hosimundus episcopus & confessor	xxii
	¶Othilia uirgo	xxiii
	¶Culianus confessor	xxiiii
	¶Sabinus ep̃s & martyr	xxv

¶De sanctis berardo: petro: accursio: adiuto: & othone cõfessorib⁹ & martyrib⁹. Ca. I

Berardus: petrus: accursius: adiutus: & otho cõfessores a beato frãcisco diuinitus monito: ad miramolini regnũ mahumetanis euãgeliũ p̃dicaturi missi sunt: qui p argoniã: colimbriã portugallẽses deuenientes: reginæ orachæ mẽti sui ordinẽ: & qualiter reliquiæ suæ colimbriam essent deferendæ: & ab ea honorifice suscipiendæ: reuelarunt. & hinc alanqueariũ ad xanthiã uirginẽ deuotã: a qua sæcularib⁹ supinduti uestib⁹ (nam aliter trãsmeandi nõ dabatur facultas) hispalim: quæ nũc dicit̃ sibyllia: applicuerunt: ubi depositis sæcularib⁹ indumẽtis: ad mi(r)qiam regẽ multis lamati uerberib⁹ igrediunt̃: & coram eo mahumeticã damnãtes fidem: xp̃m prædicãt: quos ira concitus ex urbe marochiũ duci iussit: unde pariter a miramolino bis expellũtur: & martyriũ affectãtes reuertunt̃: & prædicationib⁹ insistẽtes ab indignato rege i teterrimũ carcerẽ detrudũtur: quos. 20. dierũ inedia nihilo maceratos ligatis post terga manibus: nudus ad se trahi iubet: & usq; ad uiscerũ atq; ossium enudationẽ cædi: ac sup testas p noctẽ uolutari: oleo & aceto laceris corpib⁹ supinfusis: & tandẽ lassis in flagella lictorib⁹: eorum capita per medium frontis amputari: & sic optata corona sancti mẽes potiti sunt: quorũ corpora flãmis illæsa iacuerũt: & inde xp̃ianis uẽdita p multas saracenorũ insidias colimbriã ad reginam oracbã delata: ab eadẽ: ut sci prædixerant: in monasterio sanctæ crucis iter multa miracula honorifice sepulta sunt: ex quibus adhuc sanguineus manat liquor fragrãtissimus: & pluribus medela infirmitatibus. Passi sunt autẽ sci anno salutis. 1257. cal. februarii. Sed nec saraceni euaserũt impune: rex. n. eodem ãno a dextris aruit: & popul⁹ per quinquẽniũ sterilitate pestilẽtiaq; pene cõsumptus est: eorũ uero festũ colitur. xvii. cal. februarii.

¶De scõ guilelmo cõfessore. II.

Vilelmus confessor: in pueritia a bernardo abbate institutus aquitaniæ dux: & pictauensiũ comes: bellator euasit acerrim⁹: q tẽpore eugenii papæ. 3. romã ipi⁹ accessit: unde ferocitate deposita: & humiliter acceptã pœnitẽtia lorica indut⁹ pro interualla quattuor cinct⁹ catenis hierosolymã prexit: & rediẽs bti iacobi limina uisitauit: q subitaneã mortẽ expauescẽs dñici præcæpti memor: uenditis uib⁹ & pauperib⁹ erogatis in eremo uitã sũma austeritate afflixit: ubi magnũ scitatis nomẽ adeptus est: qui uidens in gallis ordinẽ cistertiensiũ florere: & ere-

mitaꝝ arescere: totis uirib⁹ obnixus illis in regionib⁹ istaurauit: post quæ iteꝝ pari ratione loricatus cū cilicio: decē illigat⁹ catenis nudis pedib⁹ hierosolymā reuisit: unde corrosis plantis: remigās curabat reditū: q captus a saracenis ob suæ uitæ austeritatem libertati restitutus est. Et tandē multos perpessus labores in agrum tuscū & pisanum deueniens: in insula: quæ dr liualia: solitarie ꝯmorat⁹ est: ubi familiariter ꝯiunct⁹ quibusdā eremitaꝝ augustini: eoꝝ mores edoct⁹: nigro habitu sumpto & pellicea zona locellis eoꝝ per totam ethruriā deuote uisitatis: centūcellas applicuit: ubi beatus augustin⁹ librū de trinitate pęgit: cui⁹ locis sūma cū iucūditate plustratis: romā & inde ariminū ad scāꝫ mariaꝫ de platano eiusdē ordinis locellū peruenit: a quo fres: qui prius eremitarum beati augustini appellabanł: cognita ipsius maxima sanctitate guilelmitaruꝫ denominationē sumpserunt: quæ denominatio ad saxones: prouinciā rheni: regnū bohemiæ: & in ꝓuincias ab eo dudū instructas ꝓmulgata est: & i gallis usq; ad inocētii pont. 4. tēpora perseuerauit: sꝫ eo mandāte: oēs sub uno titulo eremitaꝝ bti augustini exinde sūt appellati: hic siqdē btūs guilelmus post innumerabilia scitatis opa remeauit in p̄riam: & ibidē aīam fœliciter exhalauit: miraculis undiq; pullulantibus: eius dies. 4. idus februarii celebratur.

De scō cyrillo ꝯfessore. III

Cyrillus ꝯfessor: olim p̄sbr̄: fratꝝ eremitaꝝ in mōte carmeli ꝯfora fact⁹: adeo corde deuoto: mente pura: ꝯtēplationi uacabat: ut sæpius angelico fouereł aspectu: & diuinis reuelationib⁹ illustrareł: die quadā huic missaꝝ solēnia celebranti in nubecula angel⁹ apparens: uirgā & duas argenteas tabellas: lr̄is græcis futuri statum sæculi cōtinentes: attulit: sic loquens. Has tabellas misit tibi de⁹ oīpotens: tanq̄ familiari suo: & fideli præconi: & quū sacramenta ꝯpleueris: has scripturas transcribe in mēbrana: post hæc ꝯflaos tabellas: formabis eas in calicem & turibulū ad libanda & adolenda in ara sacrifici matutini: quas acceptas cū gratiarū actiōe & reuerentia nō modica: cyrillus uir sanctus ꝯuocatis fratrib⁹ iuxta præceptum angeli transcriptas ꝯflauit. Et extunc sanctis opibus excellētior occubuit: ei⁹ festiuitas p̄die nonas martii colitur.

De sancto uincentio ꝯfessore. IIII

Vincentiu⁹ ꝯfessor ualētiæ ex nobili familia ferrarioꝝ nat⁹ & liberalib⁹ artib⁹ erudit⁹ ānoꝝ. 18. ordīo prædicatoꝝ religionē ingressus est: in qua breui tempore factus eximius theologus: ut patrē dominicū imitareł: plures occidētis regiones: uerbū dei euangelizās: ꝑagrauit: & apprime ualētiæ: aragoniæ: cathaloniæ: hispaniæ: castellæ: normandiæ: britanniæ: sabaudiæ: pedimontiū: ripariæ: ianuæ: delphinatus: borbonii: & franciæ tā grat⁹ extitit prædicator: ut nouellus existimareł apostol⁹. Hic sanct⁹. 25. milia iudeoꝝ & saracenoꝝ ad fidem ꝯuertit orthodoxā. Bibliā tantū secum portabat & breuiariū: semel in die comedebat: cilicium ꝯtinue gestabat: suūq; habitū: ubicūq; quiescebat: nō omittebat: tantæ erat integritatis uir: ut ne pedes quidē nudos: nedū corp⁹ p plures annos aspexerit. Hic scūs miraculis maxime pollebat: die quadā quū barcinonā uersus ꝓficisereł: & ad duo milia hoīꝫ ipsū comitarenł: paucis panib⁹ & modico uino oēs saturauit. Anno uero salutis. 1418. ætatis suæ. 70. i uenetēsi ciuitate britāniæ btō fine migrauit ad dn̄m: & in ecclesia cathedrali sepultus iacet: qui sicut uiuens miraculis floruit: ita mortuus fructificauit. Nā. 28. defunctos suscitasse reꝑitur: inter quos unū admiratione dignū in britānia: quum quædā mulier prægnās humanaꝝ carniū desiderio filiū i duas ptes secuisset: & alterā torruisset: ut manderet: & uir superueniens horrendū facinus ꝯperisset: indilate ptes filii ambas: & crudā & tostā suscipiens: miraculoꝝ sci memor ad eius sepulchꝝ ꝑrexit. Ibiq; ꝓstrat⁹ cū lachrymis orans: filii resurrectionē impetrauit. Hic aūt dei s̄uus p callistū. 3. pōtifi. anno dn̄i. 1455. sanctoꝝ catalogo fuit ānumeratus: eius celebritas fit nonis aprilis.

De scō ruperto episcopo. V

Rupertus eps in normatia ex ꝓsapia regia tēpore hiloperti frācoꝝ regis doctrina & uirtutib⁹ refulgēs: ab insidelib⁹ scitatem ei⁹ non sufferentib⁹: uirgis acriter cæsus ab urbe eiicił: & a theodone bauaroꝝ duce ratisbonæ excipił: ūde baptizato ipso duce cū ppl̄o p danubiū descendēs: per noricos prædicādo: in panoniā deuenit inferiorem: & hinc ubi magis æstuabat gentilitas: diuertebat intrepidus: idola destruens: ecclesias erigens: & populos baptismi gratia regenerās: & postq̄ plura circuierat loca: ad urbē iuuaniensēꝫ: ubi eꝑaleꝫ firmauerat sedem: remeauit: uocatiōis diē suo ignorans. ubi cōstructo erendrudæ uirgini nepti suæ monasterio: & uitale in successoreꝫ electo: febri defatigatus: die resurrectiōis paschæ missaꝝ solēnib⁹ munit⁹ sacro corporis xp̄i uiatico: e plangentiuꝫ manib⁹ inter modulantiuꝫ choros angeloꝝ ad sanctā properauit fœlicitatem.

De scō ioāne bono ꝯfessore. VI

IOannes bonus confessor patria mantuanus: ioanne patre defuncto hæreditate diues relict⁹ est: pro quo: dum lubricis iuuenib⁹ adhæreret: bona eius mater inde sinenter preces ad deum mittebat: deus aūt fidelium uota non respuens: ecce iuuenē sinit ad salutem animæ corpore infirmari: sed dum se religionis uoto alligat: pristinæ saluti restituitur: qui mortua matre: pauperibus erogatis omnibus: in quandam specum haud procul a cæsena recessit: ubi miruȝ in modum se affligebat: postmodū sumpta eremitarum beati augustini habitu carnalibus incendiis torreri cœpit: quæ præacutis arūdinis particulis sub unguib⁹ manuū infixia extinxit tam acri cruciatu: ut triduo pene exanimis iacuerit: sed quia pius deus seruos suos non deserit: per uisionē ei appens: & incētiua carnis & uulnera pariter sanauit: q deo grās agēs: incredibili abstinētia se affligēs: plurima in flaminia & umbria instaurās monasteria: sibi mirabile sanctitatis nomen ædificauit: in qua regione per ānos quinquaginta cōmoratus: in patriam inde reuersus est. & diebus ac perfectis operib⁹ plenus extra mantuam in monasterio sibi a ciuibus astructo: anno salutis. 1222. spiritum deo relaxauit. Cuius corpus non multo post in urbeȝ translatum: in monasterio sanctæ agnetis honestissime cōditum est: cuius sepulcbrū miraculis frequentissime radiatur. Eius memo moria colitur in octaua paschæ.

De sancta catharina senensi. VII

CAtharina senensis patria: ex iacobo & lapa parentibus honestis ortum habuit: quæ septēnis deo uouit uirginitatē. Sed quū duoderim nata foret annos: a parentibus instanter de coniugio uexat: quib⁹ aperuit: quod ad id usq; temporis occuluerat. Cui parentes non sine lacbrymis indulsere. & cōcupitū tertii ordinis beati dominici habitum pro ea impetrarunt: quo sumpto catharina in uigiliis & orationib⁹ cuncta caterra uitam ducebat: iter cætera uirtutū opera pauperib⁹ munificam: & infirmis obsequiosam se præstabat. Interea anno dñi. 1375. inter florentinos & gregoriū. xi. pontificē oritur discensio: interdicunt florentini: & excōmunicant. qua de re catharina ualde anxia animinnē ad pontificē perrexit de rebus cōponendis tractatura: quo a pontifice obtento: florentiā reuertens tumultuantē expperit: nil de pace concluditur. catharina: ut hui⁹ incendii suscitatrix: gladio petitur. sed ipsa ad martyriū pro ecclesia se offerens: illæsa dimittitur. Interim morit pontifex: & urbano. 6. substituto: pax cōficitur: catharina senas reuertit: ubi libellū spiritu afflata dictauit: sed ecce orto schismate: de morte pontificia agit: quo p spirituȝ agnito uehemētius affligit: instanter ad dūm preces hēt: ut in suuȝ capm ipiuȝ scelus cōuertatur: res cōponuntur: & exinde usq; ad uitæ suæ terminuȝ a dæmonibus sub horribilib⁹ specieb⁹ diuersis tormētis est flagellant: habuit aūt beata catharina plures diuinas uisiōes: & illā præsertim crucifixi: ex cui⁹ uulnerib⁹ intrinsec⁹ adeo sauciata remansit: q dicebat: nisi deuȝ nouuȝ faceret miraculū: breui se moriturā. in cōtione frequenter ī extasi rapiebat: & nō nunq̄ plures dies absq; cibo trahebat. In extremis demiq; laborās iter cōuocatas sorores romæ optimā uitaȝ finiuit āno salutis. 1379 ætatis suæ. 30. in ecclesia sanctæ mariæ supminerua nō sine miraculoꝝ multitudine sepulta: cuius cinis cū ossibus anno eiusdem 1430. iuxta capellā maiorem in sepulchruȝ marmoreoȝ translatus est: āno uero domini 1460. pio 2o pont. collegio scōꝝ aggregata. eius dies cal. maii ueneratur.

De scō ursio cōfessore. VIII

VRsius cōfessor ex nobili francoꝝ genere traxit originē: quē adhuc lactentē quidaȝ pegrinus matri prænūciauit futuruȝ patricidā. quū uero adoleuistȝ puer annorum. 18. ad palatia caroli impatoris accedēs siue pedes siue eques adeo se strēue gerebat q armoꝝ ductor creat⁹ est: qui: quū parentes aliqū uisitaret: matreȝ pgnostici memorem semp flentē inueniebat: quæ de lachrymis sæpius interrogata: tandē dulcib⁹ uicta precib⁹ filio cām propalauit: qui ut horrenduȝ scelus declinaret: ānoꝝ iā. 26. cū electo sodali dalmatiā uersus prexerunt: ubi multis paganoꝝ ab eoꝝ rege missos: ut se xpianos capent: trucidarūt: ad quoꝝ uindictam rex exercitū parās per filiaȝ admonetur: ut pus iubeat ipos ad se impune accedere: & de eoꝝ pegrinatione interroget: quo facto rex cū populo ab ipsis cōuertit ad dominum: & filiam unicā ursio desponsauit: cui postmodum ī regnū successit: hoc aūt pater per litteras intelligens pgnosticū pegrini flocifaciens ad aulā filii se cōtulit: ubi clara industria a nuru suscipitur: & qa ursius extra urbem uenatum ierat: in pprio lecto cū sene & filio paruulo maioris grā honoris se collocauit: sed ecce humani generis hostis sub ipsi⁹ cubicularii facie regi denūciat: uiꝝ cum uxore cōcūbere: qui domū festinans inconsultus patrem filiuȝ & uxorē interfecit: quo cognito: facti pœnitēs romā prexit: cui pro peccato ab hadriano pōt. adhibetur pœnitētia: ut

habitu peregrinꝰ ecclesiaꝫ sanctæ mariæ in monte summano uisitet: nemini petēs: ubi fuit: qui inde cū bullis remissionis recessit: & tandem sepulchro dn̄i: monte sina: & liminibꝰ bti iacobi uisitatis ānuente deo uicentiā applicuit: & inde mōtes uersus tendens pastores audiuit dicētes: eamus domū: quoniā nebulæ circundant montē summanuꝫ: ad quorū uerba beatꝰ ursius genibꝰ flexis deo grās agens: salzenam oppiduꝫ postea per impiuꝫ ezelinum dirutum: se ꝯtulit: ubi ab ancilla oralda bis potū petens: & non impetrās expirauit: campanis ex semet ipsis psonātibꝰ: & sic inuentus est scūs cum bullis & baculo florenti. Cui statim erecta fuit ecclesia. quod intelligens imperator cū eius affinibꝰ uenerunt: ut asportarēt corpꝰ: at quū subleuare nequiuissent: cū brachio & florido baculo i galliam redierunt. Eius festiua dies colitur quinto nonas maii.

¶ De sancta monica uidua. IX

MOnica uidua ex honestis parētibus orta: a matre facundia pudice sobrieꝗ educata: deo deuotissima adoleuit: quæ ānoꝝ.15. pritio carthaginēsi despōsata: post annos.12. dei grā & dexteritate sua ferocissimuꝫ uiꝝ deo lucrata est. Et exinde cum eo i castitate pseuerauit. quo post.73. ætatis suæ annum defuncto: cœpit de filio augustino manichæoꝝ errore inflato uehemēter angi. p quo lachrymas: preces: & oblatiōes deo indesinenter offerēs meruit ab angelo audire. Esto uiuitoꝗ secura: ubi eꝫ tu: ibi & ille. quū autē ex aphrica pia mater filium sequeret̄ uiterū labores: & maris discrimina superādo: non manichæū nec adhuc xp̄ianū repperit augustinū. cuiꝰ in amplexus & dulcia ruēs in oscula: lætitia resoluta pene deliquuit: sic dicēs. credo fili mi in xp̄o anteq̄ e uita migrē: te fidelē uetacemꝗ xp̄ianū sim uisura. Hæc beata mulier bonoꝝ opoꝝ studiosa: infirmis inseruire: orphanos custodire: uiduas ꝯsolari nunq̄ cessabat: & ubertim passionē dn̄i deplorabat. In spiritu per dieꝫ non nunq̄ quiescebat. quodā die in solēnitate bti cypriani eucharistiā sumptura: per cubitū a terra eleuata bis clamauit. uolemus ad cæluꝫ: uolemus ad cælū fideles. Appropinquāte uero uitæ suæ termīo hæc dixit augustino. Vnū erat: ꝓpter qđ in hac uita morari cupiebā: ut te catholicū xp̄ianūꝗ uiderē: priusq̄ moterer: ecce accumulatiꝰ mihi deus præstitit: ut te cōtempta etiam fœlicitate terrena: uideā xp̄i seruum: qđ iaꝫ a mō hic facio: nescio. post quæ diebꝰ quinꝗ uix pactis apud ostiam tyberinā. inter natos febribus decumbēs: sic ait. Ponetis hic matrē uestram: rogo uos ut ad altare dn̄i meminеritis mei: ubi fueritis: & sic nocte media: qa uexatione stomachi sacramētum sumere nequiuerat: super lectū puerulus eam amplectens uisibiliter apparuit: inter quos amplexus aīa illa sancta uolauit ad cælū. anno domini.395.4.no.maii ætatis suæ.56. & ostiæ corpꝰ eius sepultum: qđ tpre martini papæ qui anno salutis .1417.5.idꝰ ap̄lis: & similiter paulo post eiꝰ sepulchrū: romā translatum est. incredibili miraculoꝝ numero.

¶ De scō angelo mr̄e & ꝯfessore X

ANgelus mr̄ & ꝯfessor. natione siculus in urbe lycate ex generosa prosapia ortus: ab īfantia deo deuote inseruiēs: ieiuniis & orationibꝰ uacans: habitū carmelitæ religionis suscæpit. In qua uitā maxīa cū austeritate degēs eximiꝰ prædicator effectꝰ est. Hunc siqdem finita quadā prædicatione sci dn̄icus & franciscus audiēte frequēti populo in terra prostrati mirū in modū uenerati sunt. qui post longos amplexus btō frācisco prædixit stigmata: & uicissim ipse franciscus ei martyriū: qđ utriusꝗ adimpletum est uaticinium. Hic enīꝫ dum fidelibus xp̄m prædicasset a paganis tentus: letiferis carceribꝰ mancipatus: & pœnis undiꝗ afflictꝰ: tādē fronte gladio pcussa: deo uitæ obtulit bolocaustū.5.no.maii. Cuius corpꝰ in ecclesia eiꝰ nomini dedicata requiescit miraculis decoratū. in eo autē loco ubi martyris sāguis effusus est. Fons olei a p̄mis usꝗ ad s̄as uesperas scaturit: quo eodē die: si q pungūtur: a diuersis langoribꝰ redimuntur.

¶ De scō bernardino ꝯfessore. XI

BErnardinus ꝯfessor natiōe tuscus ex nobili familia albizescoꝝ procreatꝰ patre tolo senēsi: matre nera massana bindi filia post tertiū eiꝰ natiuitatis ānū defuncta: infra sextū patre: matertera dianæ educandus remansit. qui āno.xi. a patruis senas aduocatus est: ubi liberalibꝰ artibꝰ imbutus: canonico iuri uacauit deuotas nunq̄ prætermittens oratiōes: quibꝰ corroboratꝰ senis fraternitati sanctæ mariæ de scala sanctimonia celeberrimæ ascribi se ꝓcurauit. ubi cilicio indutus super tabulas aut paleas dormiēs circa languētes erat officiosissimꝰ. Interea āno dn̄i.1400. sæuiēte senis epidemia: mortuis fere oībꝰ ministris hospitalis dictæ sanctæ mariæ: quū nullo precio conduci possent. Bernardinus tyro xp̄i annoꝝ.20. languentiuꝫ se gratis obtulit in ministruꝫ: qui quū se ad tantum onus imbecilē fore perpēderet. quosdā eiusdē fraternitatis ꝯsocios ad piū opus sibi asciscere talibus ꝓcurauit. Euāgelio admo-

netur: regnum cælorũ uim patitur. & uiolenti rapiunt illud. Inferam⁹ ergo uiolentiã nobisimet ipsis: nec pro christo mori pertimescamus: quid tam magnũ atq; pulcherrimũ? q̃ pacis tempore ad martyrii coronam peruenire? si morimur: pro christo certe morimur: qua morte & merces augetur: & omne crimen excluditur: omnis ꝯsumatio & stat⁹ uitæ martyrio decoratur: hoc fundamẽtum uitæ & fidei: hoc præsidium salutis: hoc uinculũ libertatis & honoris. Mors quippe integriorem facit uitam. Mors magis ducit ad gloriam. Quid eni nobis cum hac luce? quibus lux æterna promittit̃: quid cum hui⁹ uitæ naturæq; cõmercio? quos cæli altitudo deposcit. Intra omniũ gloriã pulchrior est pro christo mori titulus: & integrior corona signatur. Porro nobis cõtemnenda mors est: quibus christus occisus est ante oculos. Nobis quæso cõcurrant dominicæ passionis exempla: concurrãt oblata & præmia: quoniam misericordiã præstantes: misericordiã ꝯsequentur. His inflãmati iuuenes cuncti unanimes confessione rite expurgati & cõmunione: ad funestã illam domũ non sine parentum & amicoꝝ lachrymis se contulerũt. die nocteq; sedulo infirmis ministrantes: & quãdoq; mortuoꝝ corpora sepelientes. Demum fœdata pestilentia pluribus de ꝯsociis defũctis reliqui ad paternas domos remearunt. quod fecit & bernardinus: qui statim febre concussus: & non multopost saluti restitut⁹: ampla facultate pauperibus erogata: diena ciuitatis mariæ uirginis: cui⁹ gratia a pueritia quoaduixit sabbato ieiunauit: beati francisci factus est imitator: nihil præter habitũ fœmoralia & funiculum possidens. & primo in locũ columbarii in senensi territorio contemplationi aptissimũ destinatur: ubi uigiliis: ieiuniis: disciplinis ultra regulæ præcepta: & cilicio corpus macerabat: illuc per multa miliaria nudis pedibus panis ac uini collectaꝫ elemosynã humeris afferebat prælatis obœdiens. hic inter cætera passione xp̃i amarissime scindebat̃. qui sacerdos ordinatus quotidie amore ĩ deũ inflãmat⁹ celebrabat: sed altius aspiciens: & animaꝝ salutem sitiens: graui sumpta cruce: ex columbario saggianum: ut ebrius spiritu prædicaturus accessit. cui: itegritate prius cognita: a prælatis ordinis prædicandi officium conceditur̃. sed quoꝫ linguam haberet aliquantulũ præpeditam: facta ad dominũ oratione: igneus e cælo glob⁹ dimittitur: qui sic eius linguæ raucitatẽ decoxit: q; exinde illud sanctissimum nomen iesus: italiæ urbes: castella: uillas quasq; perlustrans expedite non sine maximo fructu prædicauit. Tunc eniꝫ terras & maria prædones obsidebãt. tunc tanta guelphorum ac gibillinoꝝ rabies incalluerat: ut mutuo fraternoq; cruore ruberet italia: publica ludorum gymnasia frequentabantur: usurarum uoragines inhiabant: uigebat magia: religio parum colebatur: & festi dies a ferialibus nisi spectaculorum gratia: dignoscebantur. sed quo magis indigebat italia: eo plus in bernardino supernæ gratiæ fauor & uirtus fœcundauit. Quis enarrare posset: quantum boni per bernardinũ consecuta est italia? per hunc sedatæ cædes: erecta hospitalia: extirpatæ fœneratorum rapinæ: adulterini fœminarũ ornatus cremati. festi dies culti. & plures utriusq; sexus non sine miraculorum splendore ad dei seruitium ꝯuersi. O uiꝝ italiæ frugi. In his itaq; operibus bernardinus perseuerans apud aquilam aprucii urbem ãno salutis. 1443. ætatis uero suæ 63. uitæ terminum compleuit. Cuius corp⁹ aquilani ciues pluribus diebus inhumatuꝫ tenuerũt: odore simul & miraculis fragrãs. & ibidem in monasterio sancti frãcisci postmodum honorifice sepelierunt. Et hunc nicolaus pontifex quintus anno domini. 1450. sanctoꝝ catalogo coacernauit. solennis ei⁹ dies. 15. calen. iunii colit̃. Translatũ est autẽ corpus eius in templum nouum ei dedicatũ anno eiusdem. 1472. 6. calendas iunii sixto pontifice maximo eius pontificatus anno primo.

¶ De sancto bonauentura episcopo & confessore. XII

Bonauentura episcopus albanẽsis & cardinalis de balneo regio oriundus ex uoto matris pro ipsius infirmitate adhuc puerulus beati francisci habituꝫ suscæpit: qui sub alexandro de halis theologiæ & morum sic euasit integerrimus: ut sæpius de eo diceret alexander. Verus israelita est iste: in quo adam non peccasse uidetur. Hic annoꝝ trigintaquinq; inter tot uenerabiles religionis patres propter suam perfectionem fact⁹ minister: regulam beati francisci periclitanteꝫ narbonæ ĩ generali capĩo reformauit: & magistri giraldi apologeticũ libellũ cõtra minores subtiliter confutauit. Hic in beati antonii translatione patauium. 32. anno obitus eius: linguam recentem ac rubicũdã in manibus tenens: inter lachrymas sic ait. O lingua: quæ deum semper benedixisti: & alios benedicere docuisti: nunc perspicue cernitur: quanti meriti fueris apud deuꝫ: & sic osculans deposuit. Laborante uero difficultatibus romana sede: a gregorio pontifice undecimo & sacro senatu cardinalis & ep̃s albanensis quãuis renuens proclamatur: &

statim ad ɔcilium lugdunense cum rothomagense & tripolitano episcopis de rebus arduis pertractãdis destinatur: in quo adeo prudenter græcorum hæreses composuit: q omnes præsente tunc paleologo eoꝝ imperatore: libere se deinceps romanæ sedi parere uelle profiterent. Hic libros edidit intitulatos. De septẽ uisionibus. Sententiæ sententiarum. Sup euangeliis: præsertim lucæ. Officiũ de cruce. Officiũ beati francisci: & de eius uita. De sex alis seraphin. Itinerariũ mentis in deum. Alterum in seipsum. Defensorium religionis mendicantiũ. Arbor crucis. Breuiloquia. Sermones dominicales. Super euangeliis & epistolis per ãni circulũ. Compendium ueritatis sacræ scripturæ. De institutiõe nouitiorum. De stimulo amoris. pharetra. Multa in officio reformauit & addidit. Et alia plura opuscula usq ad tricentarium numerum: quæ in partibus galliarum frequenter in manibus habẽtur. Et sic in pace sanctitate & opum fructu proficiẽs ex humanis sublatus est ãno domini. 1274. tertio idus iulii ætatis suæ. 53. lugduni in ecclesia beati francisci sepultus: miraculis radians. Cui⁹ cor reliquo corpore incinerato incorruptum inuentum est: & a sixto pontifice quarto anno salutis. 1482. sanctorum pontificum numero ascriptus est. eius festum dominica secunda iulii celebratur.

¶ De sancto alberto confessore. XIII

Albertus cõfessor gente siculus: drepani ex benedicto & ioanna parentibus honestissimis & deuotis originem duxit: qui peracto iam uigesimosexto sterilitatis anno: nouerũt se gloriosæ uirgini: si quã forent soboles suscæpturi: eius seruitio eã perpetuo dicaturos. qua impetrata post tẽporis plenitudinem: Ioanna peperit filium: in baptismo albertum nomine appellatum. quem sextum uix attingentẽ annum in sponsum puellæ de domo regia pater pluribus ei suadentibus: coniungi annuebat. de quo cum uxore conferens: tale a discreta coniuge responsum accæpit. Miror te prudentem uirum taliter esse mutatum: quod deo & ei⁹ genitrici promisimus: hunc caduco & fragili mundo condonare uelis: non ne oportet deo reddere: quod eius est? nos filium nostrum deo & matri eius obligauimus: ipsum sana conscientia reuocare nequimus. his patre a proposito reuocato: adolescens religionem carmelitam ingressus est: in qua disciplinis & contemplationi uacans. summæ sanctitatis & doctrinæ uir effectus est: & post laudabilem uitam ciuis cælestia hierusalem nõ absq miraculorum illustratione. Eius festũ septimo idus augusti occurrit.

¶ De scõ simpliciano epõ & ɔfessore. XIIII

Simplicianus eps & confessor. romæ uictorino rhetori iam seni familiarissimus fuit. Post cuius baptismũ mediolanũ profect⁹: eremiticæ uitæ se ita sequestrauit: ut sublime scitatis nomẽ adept⁹ sit. hũc beatus ambrosius eiusdẽ urbis eps uere ut patrem diligebat. quũ uero augustinus ibidem legeret rhetoricam: prædicante beato ambrosio de manichæorũ opinione cõpunctus statim ad simplicianuz ut uirum optimum se ɔtulit. a quo exẽplo uictorini ab ea reuocatus est: & fide sũma charitate instructus. quẽ postmodum btũs ambrosius baptizauit: & de nouo uestiuit nigro superiudutum cuculo: & pellicea zona cinxit simplicianus. hic siqdem defuncto btõ ambrosio in episcopatu successit. Et si prius deuotus: tunc imitatione prædecessoris factus est deuotior. mirũ in modum lætabatur in augustino alumno. & ei non nullas dissoluendas quæstiones dirigebat: cui augustinus uti patri uenerãdo: quo ingenio: qua charitate poterat: dulciter rescribebat. hic est ille simplicianus. quẽ beatus ambros⁹ & prosp sic sanctitate extulerunt: ut hominẽ cum angelis uolare: cum archãgelis cantare: cũ seraphin ardere: cum cherubin lucere: & cum principibus sedere: dicerent. Sanctus autem uir diebus & uirtutibus maturus anno dñi. 415. idibus augusti: carnis ergastulum dereliquit. Cuius corpus in suburbanis mediolani in ecclesia sancti simpliciani iter cappadoces martyres. sisinnium hostiarium & alexandrum. honorifice sepultum est.

¶ De scõ rocho ɔfessore. XV

Rochus confessor genere narbonensis apud montẽ pesulanũ ex patre ioanne: matre libera progenitus. annorum. xii. corpus suum cœpit abstinentia castigare. qui mortuis parentibus amplissima hæreditate in pauperes distributa: a principatu se abdicans: oppidis paternis patruo cõmendatis: breui ueste indutus: cum pileo: pera: & baculo in italiam peregrin⁹ deuenit: & quũ romã: aquãpendentem: cæsenam: aliaq plurima loca: truci pestilentia uexata signo crucis liberasset: placentiam eadem lue infectaz ad quoddã ægrotantiuz hospitale diuertit. quibus omnibus similiter sanatis: statim sinistra coxa sagitta trãsfigitur. Sed post acerbam passionem salutez consecutus in galliã armis tunc uexatam remeauit. & in paterno capt⁹ oppido ut exploratoe carceri detruditur: in quo exacto qnqnẽnio i maxima patiẽ

tia & uitæ austeritate dominum orās ut inuocantes nomen suum a sæuissima pestilētia ꝓtegerentur: in pace obdormiuit. anno domini. 1327. ætatis suæ. 32. 16. cal. sept. ad cuius latus reperta est tabella: his litteris inscripta. Peste laborantes ad rochi patrocinium cōfugientes contagionem illam truculentissimam euasuros significo: quo a patruo cognito: inter multas lachrymas: pactis lōgo tractu exequiis sanctum corpus tradidit sepulturæ: eidem templū magnis sumptus erigēs. Huius uero nomen redeuntes e concilio cōstantiæ ab eo recenter a furenti pestilentia liberatæ. anno salutis. 1415. detulerunt in italiam: in qua ob eius innumerabilia miracula basilicæ & sacella ubiq; in dies eriguntur & anno eiusdem. 1485. corpus ei⁹ furtim uenetias delatum a senatu deuotissime susceptum est: & eius nomini tēplū celeberrimū fabricatū. Festū ipsi⁹. 17. cal. septēb. ueneraẽ.

De scō nicolao tolentino ꝯfessore. XVI

Nicolaus tolentinus confessor: ex piceno oppido: quod sancti angeli nuncupatur: patre compagnono: matre amata optimis quidē: religionisq; cultoribus: qui dum prole carerent: ex uoto barum apuliæ oppidum ad sanctum nicolaum profecti: peracto deuotionis officio: in patriam redierunt: & mox amata filium peperit: quem ob sancti reuerentiam nicolaum appellauerunt. Quum autem ad septennium peruenisset: ter in hebdomada cœpit ieiunare: & succedente ætate: canonic⁹ sci saluatoris effect⁹ exinde in religionem eremitarum beati augustini se transtulit. q factus sacerdos in oppido cinguli: tolētinū missus est. ubi uacās orationib⁹: uigiliis: & abstinentiis: pane tantum & aqua contentus: carnē cilicio ferriq; circulo macerans: præcæpta salutis incessanter afferens: & peccatores ad pœnitentiam dulciter reuocans: magnas uirtutes operatus est. Hic amicus dei plures dæmonum illusiones perpessus est. qui eum ab orationibus extorquere nitebatur: & bis ab eis adeo immoderate percussus: ut inde semper claudicauerit. Post plurimas diuinas uisiones: in quadam infirmitate narrauit: in pueritia sua dum sacerdoti sacra conficienti assisteret: uidisse aliquando in ipsius hostiæ eleuatione: saluatorem nostrum tanq̄ puerulum sibi applaudentem: & audiuisse dicentem. Innocentes & recti adhæserunt mihi. & quū ad annos prouectus esset: ea iucunda uisione caruisse. In eremo existens prope pisaurum: quæ dicitur uallimanens: peregrinum de auximo cum pluribus aliis: & in urbe maceratensi gentilem fratrem consobrinum suis missis: orationibus: & lachrymis de pœnis eruit: ut ab eis p reuelationem intellexit. eo uiuente apparuit stella admirandæ claritatis: ab oppido ubi natus erat usq; tolentinum: quam ipse prius uiderat in somniis. At quum eius uitæ finis appropinquaret: ꝑ sex mēses ante in hora matutini angelos magna repletus delectatione concinentes audiuit: & sic prædicto suæ mortis die: humanitatis uinculum soluit anno domini. 1294. & miraculis in dies succedentibus: inter quæ. 16. defunctos uitæ reddidit: ab eugenio pontifice quarto pontificatus sui anno 16. catalogo cōfessorum insertus est. Eius festiua dies quarto idus septembr. colitur.

De sancto magno episcopo. XVII

Magnus eps ex altino parentibus nobilissimis originē ducens: eremum ingressus: magnæ uir scitatis euasit. qui postmodum sacerdos ordinatus desolata a longobardis altinensi urbe & pene tota italia ad ciuitatem nouā: quæ olim heraclea dicebatur: in sinu adriatico paludibus munitam: se contulit. quo ob deuitandas barbarorū pestes innumerabiles undiq; ciues declinauerant. & ibidem magnus sanctis exhortationibus longe afflictos maxime refouebat: a quib⁹: perspecta ipsius integritate: in episcopum ꝓmotus: q̄to sublimius dignitate elatus erat: tanto humilius a seipso deprimebatur: gregem suum cælestibus pascens: & optime gubernans. quadam uice in spiritu raptus per reuelationem monitus est: octo ecclesias ea tempestate ædificare. Primam petro apostolo. secundam raphaeli angelo. tertiam saluatori. quartam gloriosæ uirgini: quæ nunc dicitur maria formosa: nam in formoso ornatu ei apparuit. quintam ioāni baptistæ. sextam zachariæ. septimam iustinæ. octauā. xii. apostolorū numero. Saluatore & matre eū singulis earum sanctis sigillatim apparentibus: & loca ædificationum demonstrantib⁹. suum ibidem futurum uenetiarum urbi patrocinium fideliter promittentib⁹. qui ciuib⁹ omnia pādens: locis & signis prout monit⁹: iouēns: cū suis obsequentissimis filiis: ut tale ramq; fidū urbi patrocinium nāciscerentur: nō lōgo post tpe eas honorificas erexerūt. Scūs uero magn⁹ nō tā nois q̄ effectu dierum plen⁹ & bonorum operum pfect⁹ est ad dōminum: iuorum mercedē laborum susceptur⁹: & cū uberrimo oium fletu honorifice sepult⁹ miraculis uiuens. Cui⁹ corp⁹ anno dñi. 1206. pridie no. octobr. uenetias in ecclesiā sci hieremiæ trāslatū ē adhuc miraculis florēs. & ea dies in ei⁹ honorem celebratur

De scō simone pſbr̄o & ꝯfessore. XVIII

IVuo præsbyter & ꝯfessor. natiõe britãnus: cilicio iuxta carnem indutus: & uestib⁹: quæ paupes decēt religiosos: ieiunia ecclesiæ pane & aqua persoluēs: feria q̄rta & sabbato insup ieiunabat. & nihil circa horas canonicas prætermittebat. dormiebat nisi necessitate ꝯpulsus: & sup nudā terrā uel elledā nodosis uiegis cōtextā: libro bibliæ pro ceruicali. & adeo hospitalis erat: ꝙ raro domi sine paupib⁹ inueniebat: quorum necessitatib⁹ de bonis suis alacriter suppeditabat. quodā die in cubiculo per dies quinq; cū noctibus absq; cibo i contēplatiōe perseuerauit: nullā facie præferēs macerationē. quotidie nisi legitime impedit⁹ ita deuotissime celebrabat: ꝙ die una qdam globus magni splendoris circa corp⁹ xp̄i & calicem in eorꝫ eleuatione emicuit. Scūs autem iuuo in laudabilib⁹ uirtutū propositis ultimuꝫ diē fœliciter peregit. 6. cal. nouembris.

¶ De scō uolfgango ep̄o & ꝯfessore. XIX

VOlfgangus ep̄us & ꝯfessor. gente alemanus: prosapia ingenu⁹: primo canonicus: mox in sueuia cœnobita affectās pegrinari: a beato othmaro uisionē accæpit post annuꝫ uigesimūsecundum: futurum ep̄um: & ubi ei⁹ memoria colitur: obituq;. qua habita per alemaniā in noricum: in pannoniæ ꝓtinia gratia prædicandi deuenit: ubi a pecegrino pictauensi ep̄o suscipitur: & benigne fouetur: pro quo: integritate uiri cognita: p legationem & marchicomitis cōsiliarii suggestionem ab othone secundo impecatore ratisbonæ ep̄atum impetrauit: optime ꝯuenire iudicans si ubiq̄ abundat bona uoluntas: ut eam etiā ad bona opa procedere faciat collaca facultas. Btūs itaq; uolfgāg⁹ oib⁹ postpositis ep̄us eligitur: & statī ad eū legati diriguntur. quibuscum post diuturnā cuꝫ peregrino ep̄o ꝯsultationem in occidentales bauariæ partis tecendit. & ante impatorem ꝓstratus se indignuꝫ exclamās reluctando ratisbonēsis ep̄us sancitur. Vbi in plurimis sāctitatis operibus fœliciter requieuit pridie cal. nouembris.

¶ De scō othmaro abbate. XX

OThmar⁹ abbas p̄ria aleman⁹ sancti florini pri⁹ sacerdos: mox cellæ beati galli præses: postremo a pipino rege ob suæ uitæ scitatē in abbatem eiusdē eremi ꝯfirmatus: haud procul a monasterio cæcis paupibus ꝯstruxit habitaculū: ubi eis solicite ministrabat. Interea Vuarin⁹ & euthardus illius prouinciæ tyrāni potius q̄ ministri eius loci bona occupant: Hoc btūs othmarus pipino denunciat. quā ob rem indignati ministri eū capi iubent: & lamperto eiusdē cœnobii fr̄e adducto de adulterio innocēter accusatum in insulā cheni relegant. ubi mītas pꝑessus calamitates in xp̄i ꝯfessione uitæ terminū ꝯpleuit. 16. cal. decēbris. ibidē sepultus. Lamperto dignas falsitatis pœnas miserabiliter luente. Cuius corpus post decēnii incorruptum ad monasteriū bt̄i galli p cōstantinensem lacū delatū est. ubi honorifice ꝯditum miraculis coruscat.

¶ De scō conrado ep̄o. XXI

COnradus ep̄us genere alemanus pentibus nobilis & uirtutibus: a nothingo ꝯstantinēsi ep̄o: causarum auditor episcopatui præfectus: succedēte tempore: & eius perfectione maiori ecclesiæ præponitur. Et hinc defuncto nothingo a scō uldarico post indictum triduanū ieiuniū constantiæ ep̄us q̄uis renitens ꝯstituitur. ubi tris erexit ecclesias. in quarꝫ una uidelicet bt̄i mauritii sepulchrum dn̄i simillimū illi hierusalem extrui curauit. Et dei genitricis tēpluꝫ preciosis reliquiis decorauit. hic tec deuotione ꝯpulsus tcansfretatus est hierusaleꝫ. In die paschæ pfecta ꝯseccratione: araneā in calicē lapsam fiducialiter assumpsit: quæ: ip̄o ad mensaꝫ expectante: miraculose omnib⁹ uidētibus: ore eius aperto: exiuit. hic gebhardo adolescenti: post gamelonū sibi successurum in ep̄alē sedem prædixit. qđ euenit: & sic inter optimas operationes in dn̄o diē clausit extremū āno salutis. 976. episcopatus sui. 62. 6. cal. decembris.

¶ De sancto husimundo episcopo & confessore. XXII


HOsimundus ep̄s & confessor p̄ria anglicus ex regia ducaliq; stirpe progenit⁹: post laudabiliter exactam adolescentiā: de bonis suis sarisberiēseꝫ ecclesiaꝫ & ampliauit: & prædiis sui cōitatus uortsetiæ affatim ditauit: libris: calicibus: crucib⁹: indumentis: & quæ cathedralē decēt ecclesiam pia liberalitate donatis: in qua suis exigentib⁹ meritis: post ep̄i decessum subordinatus antistes iccedibili pfectione & gr̄a cōmissuꝫ sibi gregē pascebat. hic ob declinandam in diuinis confusionem: librum constitutionum: quo fere omnes utūtur ecclesiæ: cōposuit. nec non alia ualde peutilia. qui post multa uictutum opeca zelanteꝫ animaꝫ reddidit creatori: ibidem sepultus. Intee miraculorꝫ acetuos: plurea sua morte mortuos uiuificans. Et āno dn̄i. 1457. pridie no. decēbris. quo die aiam exhalauit: per callistū papam tertium scōrꝫ catalogo subscriptus.


¶ De sancta othilia uirgine. XXIII

Othilia uirgo a natiuitate cæca: quam patre occidere uolēte: mater secreto alendā cōmisit: in monasterio palmæ educata: ab erardo bauariæ epo diuinitus monito: baptizata uisum accæpit: quæ in religione proficiens: fratri de parētis recōciliatione & reditu suauissimas litteras mittens: ab eo patre renuēte & inscio: suscipitur: ex quo ita a patre cæsus fuit: ut inde obierit. Cuius obitu cōmotus pater othiliæ monasterium erexit. In quo pane hordeaceo præter dies festos: pelle ursi pro lecto: & pro puluinari lapide in summa uite austeritate degebat. Defuncto uero patre: per spiritum agnoscens: orationibus suis eū a purgatorii pœnis liberauit. Et quia baptismatis gratia lumen oculorum habebat. Ioannē baptistā specialiter uenerabatur: cui ecclesiā eidem erigere cogitanti nocte quadā sanct⁹ apparuit magna cum luce: formā ipsius demonstrans & mensuram: in cuius ædificatione: orationib⁹ suis uas uino uacuū impleuit. Tandem finis præscia inter cōuocatas sorores animā deo remisit. Cuius nutricis dextra māma: qua othiliā lactauerat: trāsactis iam obitus eius. 80. annis: integra est inuenta.

¶ De sancto sabino epo & martyre. XXIIII

Sabin⁹ eps mediolanensis beatæ catharinæ deuotus fuit. qui cū theodoro abbate castinensi: uisitato dn̄i sepulchro ad montē sinai adiens a sæuissimo turcorū duce a soldano redeunte capit: & eius familia trucidata: ipsi & theodoro catharinā inuocantibus mutilant membra: qui ob ignominiam ipso duce comitante uehunt ad catharinæ tumulū: inter ꝗ expirauit theodorus: & sabinus: ut ualuit exhibitis precibus sanatur. & mutuo a beata catharina suscipit linguā græco latinoq; idiomate peritissimā: & insuper anulum cū carthula in trib⁹ lineis aureis litteris hæc ꝯtinente. Sabine hæc sunt inter me & te signa dilectionis ꝑpetuæ. Fecit tibi meritum ingens dolor: faciet tibi gaudium uehemens amor. Ducem baptizabis: sanus ad propria remeabis. sicq; decennio expleto laudabiliter mecum eris in cælesti palatio. Tunc peractis: quæ præcæperat beata catharina suscitatur abbas: quib⁹ uisis baptizatur dux: & uenditis omnibus: portione facultatis ibidem relicta: residuū cum episcopo & abbate secum romā asportauit: & constructo monasterio: quæ dicit aula dei: in honorem beatæ catharinæ: monachali habitu in monte casinensi quoad uixit: christo deuotissime militauit. Sabinus uero peracto decennio: deo spiritum efflauit: quo sine lingua reperto: nemo ambigit: quin ab eo beata catharina mutuo datā exægerit. In quorum fidem anul⁹ & carthula apud mediolanum usq; in ꝑsens seruant.





PETRUS DE NATALIBUS
CATALOGUS SANCTORUM.
1493